REGIAM MAIESTATEM SCOTIAE, VETERES LEGES ET...

John Skene, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
27 R
4

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-3, i, 33

22 22
G 5
9

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

REGIAM MAIESTATEM SCOTIÆ,

VETERES LEGES ET CONSTITVTIONES, EX ARCHIVIS PVBLICIS, ET ANTIQVIS LIBRIS

Manuſcriptis collectæ, recognitæ, & notis Iuris Ciuilis, Canonici, Normannici auctoritate confirmatis, illuſtratæ, opera & ſtudio IOANNIS SKENÆI, Regiæ Majeſtati à Concilijs & Archivis Publicis.

Annotantur in Margine, concordantiæ Iuris Diuini, Legum Angliæ, & Iuris nouiſsimi Scotiæ quod acta PARLIAMENTI, vulgò, vocant.

Catalogum eorum quæ in his Libris continentur *viceſima Pagina, Indicat.*

Cum duplici indice, altero Rerum, altero verborum locupletiſſimo.

LONDINI,
Apud IOANNEM BILLIVM, Anno Domini. 1613.
Cum Privilegio Regiæ Maieſtatis.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN MY DEFENCE GOD ME DEFEND.

SERENISSIMO, ET POTENTISSIMO PRINCIPI ET MONARCHÆ, JACOBO,

magnæ Britanniæ, Franciæ, &
Hyberniæ REGI, Fidei Christianæ
defensori, &c. Domino suo
Clementissimo.

ANNVS JAM AGI-*tur tricesimus quintus, cum* DEI *beneficio, post septem annorum peregrinationem, ex inclyta Academia* Witebergensi (*quæ est in* Germania, *sedes & domicilium bonarum literarum*) Augusti Ducis, *et* Electoris Saxoniæ, *annua pensione honoratus, & qualicunque juris Civilis cognitione imbutus, domum redii. Et more patrio, fratrum meorum germanorum exemplo, & quasi trophæis (qui juris scientia, & rerum vsu præstabant) incitatus, vt rem & amicos mihi pararem; ad causas in supremo Senatu*

agendas animum adjeci. Cum autem turpe, & infructuosum esset, in foro causas agenti, si in externis domesticus, & in domesticis peregrinus forem: Juris-prudentiam Scoticam perscrutari, ejusque cognitionem, cum juris Civilis Romanorum scientia conferre, & vtriusque communionem & differentiam (quæ varia est, & multiplex) annotare, & ad meam vtilitatem, peregrina cum domesticis conjungere decrevi. Sed dici non potest, quantum cum hujus mei instituti ratione desperata bona spes conflixerit. Sperabam enim, me nonnihil & mihi, & aliis hac in re prodesse, eorumque studia excitare & juvare posse: adeo vt meæ qualiscunque diligentiæ & sui profectus, aliquam gratiam essent mihi habituri. Fungi enim possem vice cotis, quæ cum ipsa sit exsors secandi, ferrum tamen reddit acutum. Deinde hoc mihi præcipue Curæ fuit, vt non solum me, in antiquiorum legum nostrarum lectione, & antiquitatis (cujus veritas in fundo demersa est, eoque magis jucunda) cognitione oblectarem: sed etiam eas ἀχρησια & desuetudine antiquatas, & oratione ac stylo horrido, & aspero scriptas, ad commune omnium judicium, popularemque intelligentiam, accommodarem, & ad fori vsum dirigerem. Sed mihi currenti, & æstro quodam diligentiæ percito, multa spem meam & gradum remorantur. Etenim constitutionibus tuo mandato in lucem æditis, quæ in publicis regni tui Scotiæ Comitiis, post Regem Robertum ejus nominis tertium, promulgatæ sunt (Acta Parliamenti vulgo vocant) cum in priscas & antiquas leges, paulo diligentius inquirerem: incidi in Augiæ stabulum, quod ne Herculis quidem labore purgari, aut evacuari potest. Libri enim complures, mihi objiciuntur; antiquæ quidem fidei, sed tinearum & blattarum epulæ. In his multa, quæ antiquitatem nobis ignotam, & judiciorum formulas olim vsitatas, nunc ab vsu remotas, sapiunt. Verba peregrina, prisca, obsoleta, & antiquata, quæ facilius admirari, quam interpretari licet. Et (teste Plinio) res ardua est, verbis vetustis novitatem dare, novis auctoritatem, obsoletis nitorem, fastiditis gratiam, dubiis fidem. In his quoque libris, scriptorum imperitia & negligentia, multa corrupta, divulsa, multa sparsim & confuse digesta, quæ sensum corrumpunt, aut nullum reddunt. Verumtamen ab opere incœpto non destiti. Nunquam enim mihi placuit eorum institutum, qui quotidie in foro versantur, ac jurisconsulti, & esse, & dici cupiunt. Hi enim in cognitione Juris Civilis Romanorum, dies noctesque terunt, in eoque versando, omnem laborem ponunt: & patriis legibus neglectis, juris Scotiæ, quod imprimis illis curæ esse debet, nullo tenentur desiderio. In sua Republ. hospites

in,

Digitized by Google

in aliena cives. Non imitantur Servium I. C. *qui objurgatus a* Q. Mutio, *quod cum Patricius eſſet et nobilis, et præterea cauſſas oraret; Ius tamen in quo verſaretur, ignoraret: qui ea velut contumelia tactus, operam dedit Iuri Civili, et Juriſconſultos diligenter audivit. Itaque cum in quaque civitate et regno, lex ſcripta, ſit primo ſequenda: ſecundus locus debeatur moribus, et inveteratæ conſuetudini; et poſtremo ad peregrinas leges, et exterarum gentium mores, recurrendum ſit: tantum abfuit, vt vllæ difficultates, me deſinendi pudore ſuffuſum, ab incœpto deterruerint: vt potius animum mihi addiderint, vt forti et conſtanti curſu pergerem. Satius enim putavi, apud peregrinos vileſcere, quam domi peregrinari. Vt igitur vrſus informem partum, lambendo informat: ita improbo labore, fructum aliquem, neſcio an ſatis ſolidum, et maturum, ad communem Reip. vſum, producere conatus ſum. Quantum enim ipſius rei difficultas, timoris attulit, tantum ademit ejuſdem rei, a nullo adhuc tractatæ, nulliuſque pede tritæ, tum novitas, tum vtilitas. Si autem nihil operæpretium in medium attuli; aut ſententiam ab aliorum opinione et ſententia alienam, quandoque dixiſſe videar; ne illud mihi ſit fraudi, humiliter peto: qui enim in cauſſa publica, ſtudio alios juvandi, aliquid laboris in ſe ſuſcipiunt, etſi multis diſplicent, quia quod volunt, minime aſſequuntur: venia tamen digni ſunt, et ſola voluntate laudandi. Nam* in rebus magnis, et voluiſſe ſat eſt.

Quod ſi tibi, Rex potentiſsime, qui mihi es inſtar omnium, qui, quænam, qualiave iſta ſunt, pro ſingulari tua eruditione, et judicii dexteritate, facile dijudicare potes, aliquo pacto ſatisfactum eſſe, ſenſero: omnibus me ſatisfeciſſe exiſtimabo; præcipue his, qui ſunt humaniores, et æquiores laboris mei Judices: quia nemo tam divino ingenio, quenquam fore putet, qui omnes errores ita expurgabit, vt non ſuperſit aliorum eruditioni et induſtriæ, judicandi locus. Jampridem tibi in animo fuiſſe intelligo, tuas, tuorumque majorum leges (quæ cum legibus Regni tui Angliæ, *magna ex parte conſentiunt) a mendis vindicare, et ſuæ integritati reſtitutas, ad publicam hujus tui Regni* Scotiæ *vtilitatem, in lucem edere. Quod etiam publico edicto, ante aliquot annos, publice teſtatus es; majorum tuorum exemplum ſequutus, qui de legibus a ſitu et ſqualore vindicandis, et in vſum revocandis, complura edicta propoſuerunt. Ideoque hos noſtros qualeſcunque labores, Regiæ tuæ Majeſtati conſecravi, vt pro Regio tuo Imperio, aut ſempiterna memoria, et luce donentur: aut perpetua oblivione et tenebris ſepeliantur. Deinde, cum in hac ſeneſcente mundi*

ætate, omnis pietatis inimica, ad multorum Regnorum hæreditariorum regimen, a Deo promotus, puræ religionis curam in te ſuſceperis: et tanquam religionis Antiſtes et Eccleſiæ nutritius, omni ſtudio operam das, vt in tuo Imperio Deus pure et ſincere colatur: pro tua Regia, et egregia prudentia, et in Regibus rara eruditione, intelligis; poſt Religionem et verum Dei cultum, proximum locum deberi politicis legibus et inſtitutis: vt populus legum metu, in civili ſocietate et officio ſuo, contineatur. Et vt effrænis multitudo, adverſus hoſtium vim ſecura, inter ſe concors et tranquilla, vivat vigeatque. Hæ igitur leges Majorum tuorum Scotiæ Regum, a me, quantum fieri potuit, cum Jure divino, Civili, Canonico, et legibus Regni tui Angliæ (vt vtriuſque regni, concordantia Juris, intelligi poſsit) collatæ, a mendis purgatæ, et priſtino nitori reſtitutæ, et auguſto tuo nomini conſecratæ, ſub vmbra tui Imperii et Patrocinii; ſi ita tibi videatur, penes quem, ſecundum Deum, ſumma eſt poteſtas et Imperium, lucem videant vivantque. Sunt in Regno tuo Natæ, et Latæ: a me, qui Regiæ tuæ beneficentiæ merito, Jure nexi, ſum tibi addictiſſimus, caſtigatæ, et notis illuſtratæ. Ideoque quaſi fructus fundi tui, ſed tamen nullius coloni, antehac induſtria excolti jure optimo debentur. Nam cum talia T. M. in me erigendo, ornando, et ad eos honores, quibus plane ſum indignus, promovendo, exſtiterunt beneficia: quæ nec animo concipere, nec oratione exprimere poſſum; omnium hominum ingratiſsimus, merito Judicari poſſem, niſi gratæ, et obedientis voluntatis ſignificatione, cum omni reverentia conjunctæ, plus-quam Regiam tuam erga me benevolentiam agnoſcere, et ad poſteros tranſmittere conarer. Abſit ea labes ingenio meo, vt vel vlla, etiam tenuiſsima ſuſpicio ingratitudinis, aut inobedientiæ erga T. M. animo meo inſideat. Deus Opt. Max. qui corda principum manu ſua tenet et tuetur, pietate et Juſtitia, Imperium tuum ſtabiliat; idque tibi, liberiſque tuis, ſalutare et diuturnum concedat: ad perpetuam tuæ Regiæ dignitatis gloriam; afflictæ Eccleſiæ Chriſti conſolationem; et Chriſtianæ Religionis propagationem: quæ te florente, efflores cit; et vtinam perpetuo floreat. Edinburgi, 19. Junii, 1608. qui dies fuit quaſi emortualis Arrii, Samoſateni, et Novati erroribus, per Niceni Symboli in Synodo Nicena, promulgationem, Anno Chriſti Incarnationis 328. Tibi vero Chriſtianæ fidei, quæ in illo Symbolo deſcribitur, puriorisque Religionis fautori, et promotori, Natalis, Anno ſalutis humanæ, 1566. Præterea Dies decimus nonus, aliquid divinum, concorde Dei voluntate, tibi, liberiſque tuis, præſagire videtur. Nem

HENRI-

Digitized by Google

HENRICVS FRIDERICVS, *filius tuus primogenitus*, Walliæ Princeps, Comes palatinus Ceſtriæ, &c. Seneſcallus Scotiæ, Dux Rothilay, Comes Carictæ, &c. *majoris fere ſpei, quam generis, natus eſt* 19. Februarii 1593. Elizabetha *vero filia primogenita*, 19. Auguſti, 1596. *Et* Carolus, Dux Eboracenſis, Comes Roſſiæ, *&c.* 19. Novembr. 1600. *Faxit Deus Opt. Max. vt hæc in tua, & liberorum tuorum Nativitate, temporis congruentia, vnanimem animorum conſenſum, et tibi Patri, debitam obedientiam, cum omni reverentia conjunctam, ſecum adferat.*

Sereniſſimæ *T. M.* humillimus
et obediens ſubditus,

IOANNES SKENAEVS.

Per Regem.

REgiâ auctoritate cautum & interdictum est, ne quis hos libros, quibus titulus est, *Regiam Majestatem, &c.* in suis Regnis & Imperio, imprimat: aut alibi impressos, promercales habeat, intra viginti annos; sine consensu & licentia *Joannis Skenæi* de *Currihil*, Clerici Registri, Rotulorum, & Concilij, aut ejus hæredum. Si quis adversus ea quid fecerit, aut admiserit; mulctabitur pœnâ quingentarum librarum. Et præterea non solùm libri impressi, sed etiam inter promercales habiti, ad vsum dicti *Ioannis* et suorum hæredum vindicentur. Apud *Thetfurd*, sexto *Decembris*. 1608.

ALEXANDER HAY.

Digitized by Google

CANDIDO LECTORI
SALVTEM.

VLTA SVNT, LECTOR benevole, quæ de inſtituti mei ratione dici poſſunt; quæ ſi ſingula perſequerer, in immenſum excreſceret epiſtola. Nihil mihi magis in animo aut antiquius fuit, quàm vt majorum noſtrorum leges ſitu & ſqualore obductas, in tenebris delitescentes, & typis adhuc nunquam excuſas, in lucem ærderem; aptè, & ad vſum accommodatè, pro facultate noſtra, quantâ potui fide & diligentiâ explicarem: quod à paucis tentatum, à nullo perfectum & abſolutum eſſe intelligo. Adeò enim omnes juris noſtri periti, in contentioſam illam, ſed tamen auream fori meſſem incumbunt, vt hanc ſterilem, & quæ in contemplatione, & nuda cognitione ſita eſt, quaſi τὸν πρὸς τ'ἀληθῆ negligant. Et non tàm quid ſit honeſtum, aut Reipubl. expediat; quam quid ſit vtile & vnicuique lucroſum, ſectantur. Scio in auctoribus emendandis, rem eſſe plenam periculi, conjecturis confidere; quæ veri-ſimilibus rerum notis nituntur; ideòque ſæpè fallunt & falluntur. Propterea quantum potui, probatiſſimos, & antiquiſſimos codices, eorumque fidem ſequutus ſum. Et certè mirum eſt, ſcriptorum vel malitiâ, vel ignorantiâ, tot ineptias in his libris reperiri; tot locos corruptos, tot amiſſos, diſtortos, depravatos, tot imperitè additos, quales in ſingulis paginis inveniuntur. Et cùm in omnibus codicibus mira ſit varietas; nulla tamen eſt tàm depravata lectio, quæ non habet aliquem ſuo errori confirmando codicem. Emendavi igitur multa; inutiles repetitiones abjeci, quæ alieno loco poſita erant, in ſuum locum reſtitui; emendationes meas, codicum manuſcriptorum fide confirmavi; ad quos tanquam ad ſacram anchoram confugi. Et ſi codices manu-ſcripti alij ab alijs ſunt varij, eam lectionem ſequutus ſum, quæ ſimilium locorum comparatione, & vetuſtioris ac fide dignioris Codicis fide, Juris Civilis, Canonici, Nortmannici, Anglici authoritate confirmatur: Adeò vt ingenuè profiteri poſſim, me nihil ex ſenſu meo, & proprio ingenio confinxiſſe, nullum locum emendaſſe, cujus rationem ex vetuſtis libris, aut aliarum Gentium conſuetudinibus & moribus reddere non poſſum. Conjectanea rejeci, gloſſemata quæ redundabant aut in textum irrepſerant, & ei tenebras potiùs offundunt,

quàm

quàm lucem addunt, expunxi. Varietates lectionum eas ſolas retinui, quæ ſenſum aliquo modo mutare viderentur. Cæteras numero penè infinitas, & luce ac memoriâ indignas, neglexi. Quæ interpunctionibus laborabant, aut ſcribentium negligentia corrupta ſunt, aut antiquitatis injuriam ſenſerunt (quod malum eſt fatale in his libris) jure quodam poſtliminij, in integrum ſtatum reſtitui; & quoad fieri potuit, ſententiæ noſtræ rationem in margine, ſi paucis; poſt calcem verò capitis, ſi pluribus verbis egebat, expoſui: qua in re plurium exemplarium multitudo, me plurimùm adjuvit. Alia enim alijs quaſi lucem prætulerunt, & tenebras diſcuſſerunt. Sed has locorum difficiliorum expoſitiones parcè adjunxi, ne earum longitudine, rem ipſam potiùs obſcurare, quàm explicare viderer. Et ſatis eſſe putavi, ſi agrum præpararem, vt à Doctioribus, ſi illis commodum videatur, vberiore injecto ſemine, coli poſſit. Si linguæ latinæ elegantiam parùm ſtudioſè ſervavi, excuſabit me temporis antiquitas, & puri ſermonis inſolentia, priſcis temporibus familiaris. Eandem verborum conceptionem, qua leges fuerunt conceptæ, aut verbum vllum quantumvis barbarum mutare, mihi fuit religio. Nam omnia, quæ in foro, & vſu communi ſunt vſitata; tum etiam vetera priſcæ ſignificationis, additâ brevi interpretatione, retinui; vt cum juriſ-prudentia Scotica, Lector verborum quoque forenſium peritiam addiſcat: Quia, vt ait Manilius.

Ornari, res ipſa negat, contenta doceri,
Et ſi qua externâ referuntur nomina linguâ,
Hoc operis, non vatis erit: non omnia flecti
Poſſunt, & propria meliùs ſub voce notantur.

Veterum ſcriptorum more, textum, facilioris intelligentiæ cauſſa, in verſus, ϗ τῶς ϛιχῶς diſtinxi. Nam hujuſmodi diſtinctio, veteribus ſcriptoribus vſitata, mirum in modum prodeſt; non ſolùm ad verum & genuinum ſenſum intelligendum, ſed etiam ad evendentiorem ejus cohærentiam confirmandam. Titulos & conſtitutiones ſcriptorum ignorantiâ, vel audaciâ confuſas, ex libris ſubſidiariis, partem reſtitui, partim locupletiores ædidi, partim denique in proprium locum reppoſui. Inſcriptiones, & rubricas capitum, anteà confuſas & tranſpoſitas, in nonnullis locis mutavi, & ſuo quamque loco accommodavi. Et niſi me mea fallit opinio, effeci, vt juxta vulgatum dictum, nigrum rubro reſpondeat. In refutanda vulgata lectione, exiguam & pene nullum operam poſui: quia ſimplicem ingenuitatem amo, eamque omnibus lectoribus commendo; nec ex aliorum reprehenſione, laudem capto; ne ſi alios reprehendam, ipſe videar magis reprehendendus, cùm nemo ſit, qui non plura ignorat, quàm intelligit. Authenticas leges, & conſtitutiones in veteribus libris, ſine ordine, alienis locis confuſè, & ſparſim ſcriptas, Regum ſeriem, à quibus ſunt ſcriptæ & promulgatæ ſequutus, in ordinem reduxi: & temporis habitâ ratione, prioribus priorem, poſterioribus poſteriorem locum attribui. Verùm nonnullas conſtitutiones, quarum auctor eſt incertus, & inter Apocryphos tractatus malè relatæ ſunt, dignæ tamen quæ in vſum revocentur, in vnum titulum conjeci: Cui inſcriptio eſt, *Statuta 2. Rob. 1.* Nam in vulgatis codicibus mentio fit cùm priorum, tùm poſteriorum

rium, tum poſteriorum Statutorum *Roberti* primi; & cuilibet legenti manifeſtum eſt, poſteriores ejus conſtitutiones, ferè eaſdem eſſe cum prioribus, vt mirum ſit eâ vecordiâ fuiſſe ſcriptores, qui eaſdem bis ſcripſerunt. Ne igitur deſideraretur titulus, ſecundorum Statutorum, his quæ numero quidem paucæ ſunt, diverſæ à prioribus conſtitutionibus, eas quæ ſunt incerto auctore, adjeci. Fontes ipſos vnde ſingulæ ferè leges deſumtæ ſunt, aut cum quibus conſentiunt, annotavi, ex Jure Civili, Canonico, Nortmannico. Et ex legibus Regni *Angliæ*, cum quibus noſtræ magna ex parte concordant, adeò vt qui has intellexerit, illas quoque magna ex parte, intelligere poſſit. Apocryphos verò, & privatos privatorum hominum tractatus, qui legis nomen, aut vim non merentur; ſeorſum in alium locum, & ſecundum quaſi Tomum rejeci; de quibus alius fortaſſe erit mihi dicendi locus. Poſtremò, indicem copioſum, qui juris noſtri catholicas regulas continet, ad finem operis addidi. Plurimùm enim prodeſt, ea quæ ſunt vaga, & in ipſo opere diſperſa in vnam σύνοψιν & conſonantiam redigere, vt quid quoque loco inveniri poſſit, facili, & nullo negotio intelligi poſſit.

Hæc ſunt Chriſtiane Lector, quæ à me præſtita ſunt, vtinam tàm magno tuo fructu, quàm meâ moleſtiâ; benè an malè, tuo judicio, & arbitratui relinquo. Quæ redundant expunge, quæ deſiderantur, ſi ita tibi videatur, reſtitue. Si quid certi in medium attuli, quod veritati eſt conſentaneum amplectere. Si in his quæ à me dicuntur, hæſitas, inquire diligentiùs, donec verum inveneris: ſi me erraſſe deprehenderis, in viam revoca, & ducem ſequar manibus, pedibuſque. Chriſtianum fratrem ne temerè accuſes, ne fortè ab aliis accuſeris: præſertim cùm pium ſit, & tibi liberum, ſententiam dicere, ſine aliorum præjudicio, aut injuria. Valè.

IN ANTIQVISSIMAS SCOTORVM LEGES, NVNC PRIMVM A CLARISmo V. IN-TEGERRIMOQVE SENATORE ET ARCHIVORVM REGIORVM CVSTODE, JOANNE SKENAEO in lucem editas.

EPIGRAMMA.

Cùm recti ſincerus amor, regnaret et æqui,
Fortibus hæc Reges jura tulêre viris;
Sive ea priſca ſibi nullis auctoribus ætas
Nec dum corruptis moribus impoſuit.
In tabulas Reges quæ curavêre referri,
Acta nepos patrum, noſſet vt, et coleret.
His decus, his pietas, ſtetit his invicta parentum
Libertas, parta his gloria, parta quies.
Talia Trojugenis trabeatus ſcita Quirinus,
Cecropiſſve Solon, vel Draco juſſa dabant.
Fabula fucato verborum ornetur amictu,
Integritas legum ſimplicitate viget.

A. S. F. C.

Digitized by Google

AD
JOANNEM SKENAEVM COLLEGAM
suum in Senatu, & Archiotam.

TAndem hoc palimpſeſtum in manus vulgi exijt,
Terſum, elaboratum, elegans.
Sed forte neſcis quid tulerit hic Hercules
Bovile purgans ſordidum:
Crede mihi multa devoravit tædia,
Multos trymixos ebibit.
Ite, ite, vappæ deſides, Germaniam
Luſtraſtis, & qui Gallias,
Nec quid reportaſtis domum, præter novas
Amyſtides, ceuſyntheſes.
Loquuntur iſta qualiter ſe geſſerit
SKENAEVS *in puertia,*
Vbi vix per ætatem attigit Rempublicam,
Rebuſq; ſeſe immiſcuit,
Ad Teutones, Anglos, Danos, & Battavos
Legatus ilico mittitur.
Id qua fidelitate, munificentia
Teſtatur iſta Principis.
Qui hunc legit ex tot millibus reducem, cui
Archiva Regni crederet.
Tanti eſt benigno, & liberali Principi
Servire, qui nullum ſuæ
Benignitatis qualitercunq; meritum,
Dimittere exſortem ſolet.

P. ROLLOCVS.

AD
JOANNEM SKENAEVM ARCHIVORVM publicorum Regni SCOTIAE custodem dignissimum, CARMEN EPICON.

(* * *)

RECTE (ita Dij faveant cœptis, cursusque secundent)
Dum cessant alij, prope solus publica curas
Commoda; securus rerum, Skenæe, tuarum,
Si prosis aliis: hoc vere est non sibi nasci,
Sed patriæ; nam quam patriæ, doctissime, partem
Debueras ortus, magno cum fœnore reddis.
At postquam virtus meriti non immemor unquam
Digna laboratis despondit præmia curis,
Et licuit, tandem chartis te reddere nunquam
Ante tuis, primum blattis epulanda relicta,
Magnorum consulta patrum, Regumq; priorum
Jussa, sacro veneranda metu, temerandaq; nulli,
Impune, in puras educis luminis auras.
Nec solum sole, & cœlo te auctore fruuntur,
Verumetiam (meriti tanta est fiducia) rerum
Jam sibi tractandas, audent promittere habenas,
Vis, furor, & fraudes, terras formidine solvent.
Et quæ despectæ, sub tristi carcere leges
Obductæq; situ, & multa caligine tectæ
Aruerant; nivea per te nunc veste refulgent:
Et manibus Domini, & patrum, populiq; feruntur.
Quin etiam fontes legum, & cunabula pandis,
Quoq; cadant juris deducta vocabula ab ortu,
Quidq; ferant, docto hoc tradis dictata libello.
Macte animi, nulli deerunt virtutis honores,
Nec meritis pretium: tenet, æternumq; tenebit,
Imperium STEUARTA *domus, nec contigit unquam*
Gratior, aut cui plus debent hæc tempora PRINCEPS,

Qui

Digitized by Google

Qui quanquam laudes longe tranſgreſſus avitas
Quamq; inter Reges aſſurgat celſior omnes,
Solus amat doctoſq; colit, doctiſſimus ipſe,
Solus amat verum, & veterum veſtigia recti,
Illius mandata ferens melioribus annis.
Majorem Europæ partem legatus obiſti,
Js tibi, ſed facilis, merito, ſed plura merenti
Præſentis virtutum ergo, deſpondit honores,
Pluribus aucturus; ſed nos quod poſſumus unum
Te memores meriti, æterno ſacrabimus ævo.
Et quanvis primæ peragentur ſecula vitæ,
Nobilis omne tamen vives, doctiſſime, in ævum,
Dum Sol ſidereo ponet diſcrimina mundo,
Et memores repetent ſeri tua ſcripta nepotes,
Phœnicemq; ſuo cineri ſupereſſe videbunt.

Aliud.

Dum lucem tenebræ, tenebras lux alma ſequetur,
Dum STEUARTA domus Regia ſceptra feret:
Non meriti *Skenæe* tui morientur honores,
Phœnicem cineri ſcis ſupereſſe ſuo.

THOMAS CRAGIVS.

AD
IOANNEM SKENAEVM ARCHIVORVM publicorum Regni SCOTIAE cuſtodem digniſſimum, CARMEN EPICON.

(***)

RE ſte (ita Dij faveant cœptis, curſuſque ſecundent)
Dum ceſſant alij, prope ſolus publica curas
Commoda; ſecurus rerum, Skenæe, tuarum,
Si proſis aliis: hoc vere eſt non ſibi naſci,
Sed patriæ; nam quam patriæ, doctiſſime, partem
Debueras ortus, magno cum fœnore reddis.
At poſtquam virtus meriti non immemor unquam
Digna laboratis deſpondit præmia curis,
Et licuit, tandem chartis te reddere nunquam
Ante tuis, primum blattis epulanda relictis,
Magnorum conſulta patrum, Regumq; priorum
Juſſa, ſacro veneranda metu, temerandaq; nulli,
Impune, in puras educis luminis auras.
Nec ſolum ſole, & cœlo te auctore fruuntur,
Verumetiam (meriti tanta eſt fiducia) rerum
Jam ſibi tractandas, audent promittere habenas,
Vis, furor, & fraudes, terras formidine ſolvent.
Et quæ deſpectæ, ſub triſti carcere leges
Obductæq; ſitu, & multa caligine tectæ
Aruerant; nivea per te nunc veſte refulgent:
Et manibus Domini, & patrum, populiq; feruntur.
Quin etiam fontes legum, & cunabula pandis,
Quoq; cadant juris deducta vocabula ab ortu,
Quidq; ferant, docto hoc tradis dictata libello.
Macte animi, nulli deerunt virtutis honores,
Nec meritis pretium: tenet, æternumq; tenebit,
Imperium STEUARTA *domus, nec contigit unquam*
Gratior, aut cui plus debent hæc tempora PRINCEPS,

Qui

Qui quanquam laudes longe tranſgreſſus avitas
Quamq́ inter Reges aſſurgat celſior omnes,
Solus amat doctoſq́ colit, doctiſſimus ipſe,
Solus amat verum, & veterum veſtigia recti,
Illius mandata ferens melioribus annis.
Majorem Europæ partem legatus obiſti,
Is tibi, ſed facilis, merito, ſed plura merenti
Præſentis virtutum ergo, deſpondit honores,
Pluribus aucturus; ſed nos quod poſſumus unum
Te memores meriti, æterno ſacrabimus ævo.
Et quamvis primæ peragentur ſecula vitæ,
Nobilis omne tamen vives, doctiſſime, in ævum,
Dum Sol ſidereo ponet diſcrimina mundo,
Et memores repetent ſeri tua ſcripta nepotes,
Phœnicemq́ ſuo cineri ſupereſſe videbunt.

Aliud.

Dum lucem tenebræ, tenebras lux alma ſequetur,
Dum STUARTA domus Regia ſceptra feret:
Non meriti *Skenæe* tui morientur honores,
Phœnicem cineri ſcis ſupereſſe ſuo.

THOMAS CRAGIVS.



SACRATISSIMAE REGIS MAJESTATI.

MVlta Caledoniis debentur regibus; vnum-
Quemq́ ornant meritis posthuma scripta suis.
Relligionis honos, legum lux, vnio regnûm:
Propria sunt sceptri, Magne IACOBE, tui.
Te duce jam tot avûm volitant cita scita per orbem,
Antè Caledoniis vix benè nota foris.

ARCHIOTAE D. SKENAEO, &c.

NEc tu nullus eris, cui tot priùs abdita Princeps
Creaidit Archivis jura ruenda suis.
Primus ab his, tantum patriis cùm legibus addas
Lumen, erit calami gloria prima tui.

PATRICIVS SANDISVS.

Digitized by Google

AD VIRVM CLARISSIMVM, D. JOAN. SKENAEVM.

QVa Skenæe *domo, quibus es majoribus ortus;*
Quaque tuum longa ducas ab origine nomen,
Ignorem licet (extremo quod diſsitus orbe,
Vix hauſi latitans tantæ primordia famæ)
Viva tamen ſummo de pectore flumina vidi
Ire indefeſſo per ſecla ſequentia curſu.
Dum veterum ponis leges ex ordine Regum,
Quæ terra procul, & cæca caligine merſæ,
Delituere prius, picto ludibria muro.
Tu tamen auſus eras, regali notus in aula,
Vndiq; melliſluos legum diffundere rivos,
Pandere & obſcura primas ab origine voces;
Vt Regum ſummis, atq; imis juſſa paterent:
Vt cædes, vt furta, doli, ſceleratáq; fraudum
Impietas (horrendum odium mortalibus ægris)
Lurida præpetibus fugerent ſub tartara pennis.
Tu, Skenæe, *doces quanto conamine Reges,*
Nobilitate pares, & avito ſanguinis ortu,
Diſsimiles animis, ſimiles pietate, potentes
Imperio, cuncti juſto moderamine legum
Incubuere ſuæ multum decus addere genti.
Inſignes STEUARTA *dedit domus unica leges,*
Qua duce, non metuit ſævos gens iſta tumultus.
Quis nobis impune hoſtis prior intulit arma,
Auſus & inſano Martis contendere bello?
Legibus haud unquam gens eſt melioribus uſa,
Nec plus conſilio, virtute, potentibus armis,
Angustis poterant mortales ſedibus ulli.
☞ *Quis te Juſtitiæ, quis pacis amantior alter?*
Infido quis te, PRINCEPS, *clementior hoſti?*
Quis vera pietate Prior? tua fama per orbem
Spargitur, ignotas inter celeberrima gentes.

Magna-

Magnanimis figis leges & ſceptra Britannis:
Et quondam duo regna, tuo, REX, *ſubjicis vni*
Imperio, ſuperas omnes virtute Priores,
Et meritis nomen longe tranſcendis avitum:
Aſtra velut nitido vincit ſplendore Selene.
Te celebres Skenæe *manent per ſecula laudes,*
Nominis & major poſt mortem ſurget imago,
Quod ſacras Regum tantorum ſcribere leges
Non metuis, cernent ſeri tua facta nepotes,
Ingenium, viresq; tuas ſuper æthera tollent
Laudibus, æterna moriens celebrabere fama.
Omne tuum merito nomen florebit in ævum.
Celſior & Princeps, cui tota Britannia *paret,*
(Qualem Juſtitia, qualem pietate videbunt
Nulla ſeneſcentis, ſic fama eſt, ſecula mundi)
Præmia digna tuis meritis feret: ille diſertis,
Facundiſq; favet longe facundior ullo.

ALIVD EJVSDEM AD EVNDEM SKENAEVM.

LIttora dum tumidis reſonantia fluctibus æquor
Verberat, & tellus ictibus icta gemit:
Donec Sol roſeo properet feſtinus ab ortu,
Occiduas curſu dum parat ire domos:
Magna tuæ in terras famæ volitabit imago,
Et celebris toto lex erit orbe tua.
Et tua ſcripta palam multorum ante ora ferentur,
Mæonidæ nec erit laus tua laude minor.

WILHEL. SIMONIDES.
Britannoduni gregis Paſtor,

Digitized by Google

IN NOSTRATES LEGES, QVAS *REGIAM Majestatem* indigitant, nunc primùm, à D. JOAN. SKENAEO *in ſuprema Curia Senatore meritiſſimo, & Regi ab Archivis, typis editas.*

Ευχαριστικον.

INformi quæ obducta ſitu, carieque ſepulta
Tot Regum conſulta, ævi monumenta prioris,
Barbaries inculta, Hircanis exſul ab oris,
Squalore, illuvieq́, gravi, & caligine merſit:
Iuſtitiæ pius Antiſtes, Themidiſq́, miniſter
SKENAEVS *(ſummi Archivi cui credita cura eſt)*
Sarta & tecta iterum ſuci, ſolitoq́, nitori
Reſtituit, geminæ & donavit munere vitæ:
Dum revocat tenebris in diis luminis auras,
Barbara Pæoniâ & medicatur vulnera dextrâ.
Sic Glaucum amiſſi revocavit ad aurea Solis
Lumina Caranides; ſic fama Coronide natum eſt
Deſcerptum Hyppolitum quem diſtraxêre quadrigæ
Reſtituiſſe ſuis, voto, precibuſq́, Dianæ.
Atq́, vtinam officiis paribus non immemor hujus,
Poſteritas te ſera colat; Qui caſca renaſci
Scripta facis, ſcriptis vivas immortuus ævùm:
Æternùm & preſſo faveant tibi pollice patres:
Acceptamq́, ferat tibi Cauſidicina ſalutem,
Quâ juris nodos, & legum ænigmata ſolvat.

ALIVD.

DIgna olim merces duro è diſcrimine mortis
Servanti civem, querna corona fuit.
Qui eripuit leto Reges, Patriæque Parentes
Reddit, quâ meritus cingere fronde comam?
Indigna eſt laurus, quercus ſed vilior, auro
Auricomum tribuat cingere Jova caput.
Funereâ redimita caput Libitina cupreſſu,
Damnabat Stygio *Scotica* jura Jovi:
Quod patriæ huic orbiq; bonum, ſit & vtile cunctis,
Suppetias SKENAEVS, vindiciaſque tulit;
Noſtratem, puramque Themin, qui primus ab ævo
Moribus antiquis ſtare viriſque docet.
Perge igitur benè de patriâ, vir magne, mereri,
Demeriture homines, demeriture Deos.

Obſervantiæ ergô JOANN. RAY.

CATA-

CATA-LOGVS ET SE-

ries librorum & legis-latorum.

Leges Malcolmi *Secundi.* fol. 1.

Reg. Majeſt. liber primus. fol. 8.
Liber ſecundus. fol. 30.
Liber tertius. fol. 73.
Liber quartus. fol. 94.
Quoniam Attachiamenta. fol. 105
Leges Burgorum. fol. 132.

Curia quatuor Burgorum. fol. 153
Statuta Gildæ. fol. 154
Aſsiſa de ponderibus & menſuris. per R. D. P. fol. 161
Iter Camerarij. fol. 162
Iter Juſtitiarij. fol. 171

Statuta Wilhelmi. fol. 1.
Leges Foreſtarum. fol. 18.
Statuta Alexandri *Secundi.* fol. 22.
Prima Statuta Roberti *Primi.* fol. 29.
Secunda Statuta Roberti *Primi.* fol. 37.
Statuta Davidis *Secundi.* fol. 48.
Statuta Roberti *Secundi.* fol. 59.
Statuta Roberti *Tertij.* fol. 63.
Index copioſus rerum. fol. 73.
Index verborum præcipue Barbarorum. fol. 120

Digitized by Google

IN MY DEFENCE, GOD ME DEFEND. 1.

LEGES MALCOLMI MACKENNETH.

EJVS NOMINIS SECVNDI.

DE ORIGINE VVARDAE ET RELEVII. CAPV TI.



DOMINVS REX *MALcolmus* [a] dedit, & distribuit totam terram regni *Scotiæ*, hominibus suis:

2 Et nihil sibi retinuit in proprietate, nisi regiam dignitatem, & montem placiti, in villa de [b] *Scona*.

3 Et ibi omnes Barones concesserunt sibi wardam, & relevium, de hærede cujuscunque Baronis defuncti, ad sustentationé Domini Regis.

[a] *Malcolmus* 2. filius *Kenethi*, cœpit regnare Anno Mundi, 4974. *Christi* 1004. Regnavit Ann. 30. Has leges esse authenticas probat. lac. 3. Parl. 14. c. 113. Infra c. 3. 4. hoc Tit. *Anglia* Regis *Edvvard.* 2. Anno, 17. c. 1.

al. Baronis, seu alterius cujuscunque defuncti.

ANNOTATIO.

Ver. 1. *Huius donationis, seu potiùs mutui contractus, qui continet συναλλάγμα, inter* Malcolmum *Regem, & eius vasallos, meminerunt* Hector Boëtius, David Camerarius, *& alij rerum Scoticarum scriptores, in vita* Malc. 2.

Hominibus suis. *Idest, vasallis suis, qui hominium, sive homagium (vt*

vulgò loquimur) Domino Regi debent. Et teſte Cujac. in prin. lib. de feud.

Hominium

hominium vox, eſt concinnior, quàm homagium. De homagio infr. lib. 2. cap. 60. cum ſeqq.

Mons placiti, in quo controverſiæ, & actiones ſoleban terminari.

Ver. 2. Montem placiti. *Montem ſeu locum intelligit, ubi placita, vel curiæ regiæ, de placitis, & querelis ſubditorum ſolent teneri. Ubi Barones compareant, & homagium, at alia ſervitia Regi debita, offerant.* [the mute hill of Scone]. *Et vulgò*, Omnis terra, *vocatur; quia, ex terræ mole, & congerie exædificatur: quam regni Barones, aliique ſubditi ibi comparentes, vel coronandi Regis cauſſa, vel ad comitia publica, vel ad cauſſas agendas, & dicendas, coràm Rege, in vnum quaſi cumulum, & monticulum conferebant.*

Omnis terra, vel potius, omnium terra.

Baro.

Ver. 3. Omnes Barones. *Altera pars mutui contractus Baro hoc in loco accipitur, pro vaſallo qui tenet terras ſuas immediatè de Rege, per ſervitium militare, quod wardam, & relevium dicimus, cum Furca & foſſa*, infang-thief, & outfang-thief: *Licet generaliter in hoc regno, Barones dicantur, qui tenent terras ſuas de Rege, per ſervitium militare, per albam firmam, feudifirmam, vel aliter; cum furca, & foſſa: Et nonnunquam generaliſſimè accipitur pro quolibet Domino proprietario rei immobilis.* [anie free halder] Iac. 3. Parl. 7. c. 53.

lib. 1. c. 4.

VVarda.

Warda eſt Gallicum verbum; Illi enim guardiam, nos wardam dicimus: Nam illis G, nobis W, eſt in vſu: Illi enim guarenter, nos warrantizare: Illi guarenna, nos Warenna; Illi guarderobe, nos warderobe; Illi gardianus, nos wardianus dicimus. Et in jure Canonico, Guardia Eccleſiæ, eſt cuſtodia Eccleſiæ. c. Prætereà 23. de jur. patron. in lib. feud. *Feudum guardiæ, idem eſt, ac feudum cuſtodiæ. Ex hoc igitur loco manifeſtum eſt guardiam, hoc eſt cuſtodiam, ſive tutelam, non ſolùm terrarum, ſed etiam perſonæ hæredis, feudi militaris, quod tenetur de Rege in capite, pertinere ad Regem: & hæredis perſonam, eiuſque terras, eſſe in tutela regia, uſque ad perfectam eius ætatem, nempe, in maſculo hærede, ad 21. ætatis annum completum: in fœmina verò, ad 14. annum: vel quouſque dum nupſerit, cum conſilio Regis*; lib. 2. c. 41. c. 48. *De poteſtate quam Domini ratione wardæ habent in hæredes ſuorum hominum*, lib. 2. c. 48. *Prætereà, poteſtas hæredum in matrimonio collocandorum eſt, penes Regem, quàm ad nubilem ætatem pervenerint: adeò vt dos ad eum iure pertineat, vulgò, maritagium hæredis dicunt.* Quon. Attach. c. 91. cum ſeqq. lib. 2. c. 48. *Concordant leges Angliæ*, Edwardi 2. ann. 17. c. 1. c. 2. *Magna Charta*, ann. 9. Henrici 3. c. 2. Stat. de ward. & Relev. Edwardi 1. ann. 18.

Maritagium hæredit.

Relevium] *A relevando dictum, ſignificat certam pecuniam, vel vnius anni, finem wardæ proximè ſequentis, annuum cenſum, vulgò novum extentum, vocant, quem hæres feudi militaris, qui perfectam ætatem (veluti 21. annum) exceſſit, Regi vel alij ſuo Domino Capitali, dat. Per quam, hæreditatem ſuam, vel terras, quæ in manus Regis, vel Domini ſui ſuperioris, ratione wardæ (ut ita dicam) ceciderunt, relevat, hoc eſt reſuſcitat, & à Rege, vel Domino ſuo redimit.* lib. 2. c. 68. cum ſeqq. *Sed de his & omnium fere obſcuriorum verborum ſignificatione, quæ in his Libris continentur, dixi copiosè*, in tract. de verb. ſignifi.

Relevium.

De Hærede. *Scilicet, qui eſt minoris ætatis: Nam ſi ſit perfectæ ætatis, non eſt in warda Regis, ſed intelligitur veniſſe in ſuam tutelam. Verum tamen eius maritagium, cuiuſcunque fuerit ætatis ad regem pertinet, ſi modò non ſit alicui in matrimonio collocatus. Sed in ſecundis nuptijs, ſive ſit mas, ſive fœmina,*

de

de praxi, quæ nunc vtimur conſenſum Regis requirere non tenetur. Licet aliud ſit dicendum de iure veteri. lib. 2. c. 49. 3.

Baronis defuncti] *Si vaſallus fuerit tempore mortis ſuæ, proprietarius, immediatus vaſallus Regis, & (vt nunc loquimur) veſtitus, & ſaſitus, vt de feodo: & heredem minoris ætatis poſt ſe reliquerit: warda heredis ad Regem pertinet, vnà cum maritagio, cuiuſcunque ætatis fuerit hæres. Sed ſi hæres fuerit in tenemento, hoc eſt in feodo, vel proprietate, & terras teneat de Rege, vel per reſignationem in eius manibus, vel per confirmationem de praxi noſtra neque eius warda, neque maritagium pertinet ad Regem. Quia cùm Rex habeat vaſallum adhuc ſuperſtitem hæreditas illi non aperitur. Et generaliter, warda non debetur propter mortem vſu-fructuarij, ſed ratione mortis proprietarij, & minoris ætatis hæredis eius. Et præterea de jure novo, vbi nulla eſt warda, ibi nullum eſt maritagium, Sed ſi hæres minoris ætatis tenuerit terras de patre ſuo, qui iam vita defunctus eſt, (cuiuſmodi infeofamentum privatum dicimus) nihilominus eius warda, & maritagium, ad Regem pertinent, poſt mortem patris. Nam Rex non agnoſcit privatam hanc alienationem, inter patrem & filium; Ideoque Pater dum viveret, remanſit propretarius & immediatus vaſallus reſpectu Regis: licet quoad filium, fuerit tantum Dominus Capitalis: Adeò vt filius, iam maior factus, mortuo patre, hæreditatem paternam adire cogatur, per Breve Cancellariæ, de morte anteceſſoris. Alioqui hæreditatem omittit, ratione non introitus, penes Regem remanſuram. Idem dicendum eſt, de alijs Dominis Capitalibus, & eorum vaſallis.*

Publicum in feofamentum eſt quod tenetur in capite de Rege, vel alio Domino capitali.

Privatum infeofamentum quod tenetur in capite de alienante, & ejus hæredibus. Angl. Reg. *Hen.* 3. An. 52. c. 6. *Hen.* 7. An. c. 17.

DE FEODO CANCELLARII, ET EJVS Clerici CAPVT. 2.

ITem, ordinaverũt Cancellario Regis, [a] feodum magni ſigilli, videlicet, pro qualibet Charta, centum libratarum terræ, & vltra, pro feodo ſigilli, decem libras, & Clerico pro ſcriptura, duas marcas.

Ang. Reg. *Hen.* 8. An. 27. c. 11. *Edward.* 1. An. 13. c. 41. *Weſtm.* 2.

2. *Item*, pro [b] litera ſaiſinæ, ſuper tali Charta, Cancellario, pro feodo ſigilli, vnam marcam; & Clerico duos ſolidos.

b. i. præcepto ſaiſinæ.

3. *Item*, pro qualibet litera de actornato, vel protectione, pro feodo ſigilli, duodecim denarios, & Clerico pro ſcriptura, tres denarios.

4. *Item*, pro quolibet Brevi clauſo infra ceram, Cancellario, ſex denarios; & Clerico pro ſcriptura, tres denarios.

Hinc ortum eſt vulgatum dictum; *of ane nine penie breve.*

5. *Item*, pro litera pacis Domini Regis, de morte alicujus, Cancellario, quadraginta ſolidos; Et Clerico pro ſcriptura, ſex ſolidos, octo denarios.

6. *Item*, pro litera Preſentationis ad Eccleſiam, vel Hoſpitale, Cancellario, quadraginta ſolidos, & Clerico pro ſcriptura, octo denarios.

Leges Malcolmi Secundi.

Annotatio.

Ver. 1. Feodum] *Stipendium, ſalarium, vulgò*, the fee of the great ſeale, *ſive merces, quæ hoc in loco Cancellario pro labore ſuo, & ratione officii conceditur, hodie Directori Cancellariæ attribuitur: præter feodum magni ſigilli, quod ad Cancellarium pertinet, ſine vllo definito pretio, aut quantitate, cùm nunc ſit arbitrarium. Hinc igitur liquet, officium Directoris Cancellariæ, quod nunc eſt in vſu, olim apud majores noſtros, ad Cancellarium pertinuiſſe: quod manifeſtum eſt*, Stat. Rob. 3. c. 1. 3.

Ver. 5. Litera pacis] *Vulgò, Remiſſionem vocant, quæ criminis admiſſi abolitionem continet, quæ à ſolo Rege conceditur, & impetrari ſolet pro quolibet crimine, etiam Læſæ Majeſtatis, ſi ita Regi videatur.* Infr. c. 12. Ver. 2. Infr. lib. 4. c. 17. Vid. Damhonder in Praxi Criminali. c. 147.

DE FEODO JVSTITIARII, CLERICORVM ejus & Coronatoris Cap. 3.

Item, ordinaverunt pro ſuſtentatione Juſtitiarii, quolibet die iteneris ſui, centum ſolidos.

2. *Item*, Clericis ſuis, pro quolibet homine amerciato, vel vendito, duos ſolidos. Et pro quolibet homine mundato per aſſiſam, pro tractu extra rotulos, quatuor denarios.

3. *Item*, ordinaverunt Coronatoribus pro feodis ſuis, de homine amerciato, vel vendito, vnum *colpindach*, vel triginta denarios: Et de homine mundato, nihil.

Iac. 2. parl. 6. c. 21. Iac. 3. parl. 14. c. 102. et c. 113.

Angl. Regis Edward. 1. An. 3. c. 10. Hen. 8. An. 27. c. 11.

4. *Item*, de homine condemnato ad mortem, coram Juſtitiario, Coronator habebit equos domitos non ferratos: oves infra viginti, capras, & porcos, infra decem; blada de cumulis, & taſſis fractis: Et omnia vtenſilia, infra interiorem partem domus, *videlicet*, infra crucam, ſuper igne pendentem.

a. ad domicilium, vbi homo commorari, et habitare ſolet.

5. *Item*, de homine non invento tempore atachiamenti, Coronator commorabitur ad domum ſuam, vbi eſt commorans, per vnum diem, & vnam noctem. Et habebit ſuſtentationem ſuam rationabilem pro ſe, & duobus hominibus ſuis propriis: Et pro duobus hominibus, pro teſtibus adductis; & Clerico ſuo, vel duos ſolidos, nihil plus capiendo.

6. Et ſi non poterit illum hominem indictatum invenire, ipſe debet arreſtare omnia bona ſua mobilia & immobilia, ſub ſalvis plegiis, ad reſpondendum coram Juſtitiario.

b. *fidejuſſoribus.*

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIO.

Ver. 4. Homine amerciato] *Hominem amerciatum intelligo, qui legitimè citatus, vt in itinere ſeu curia Juſtitiarij compareat, ſe non ſiſtit: Ideoque ratione ſuæ contumaciæ, amerciatur: & mulctam ſolvit*, vt Infra c. 8. *Homo autem venditus intelligitur, qui in itinere, coram Juſtitiario comparet & crimen ſibi objectum, pro quo fuit attachiatus, confitetur: Et pro eo cum Juſtitiario, certo quaſi pretio interveniente, tranſigit. Alter igitur vitam, vel panam pecuniariam, pro crimine, ipſa lege debitam, redimit. Alter verò, nempe Juſtitiarius, hæc eadem, acceptâ pecuniâ, ei vendit: Vulgò, Compoſitionem vocant. Eſt autem Compoſitio, certa mulcta pecuniæ, quam quis in curia Juſtitiarij pro criminis abolitione diſſolvit, fiſco inferenda.*

Ver. 4. Equos domitos] *Hoc ſtatutum de equis domitis non ferratis, ad Coronatorem pertinentibus, Jure novo.* Jac. 3. Parl. 13. c. 113. *limitatur tantùm ad hos equos, ſi ad operas ſerviles diſtinantur. Nam ſi ſint indomiti, & intractati; aut domiti, & ferrati; aut denique domiti, & ephippiarii, quibus ſella imponuntur ad ſedendum, vt ſeſſores mollius vehantur: ad Coronatorem pertinere non debent.*

Ver. 6 Et ſi non poterit] *De modo quo homines fugitivi debent arreſtari per Coronatorem, vt coram juſtitiario compareant.* Jac. 5. Parl. 4. c. 33.

DE FEODO CAMERARII.
CAPVT. 5.

ITem, ordinaverunt pro ſuſtentatione Camerarii Domini Regis per annum, ducentas libras, de eſchætis burgorum. Et reſiduum de amerciamentis, tolonæis, & cuſtumis burgorum Domini Regis.

DE FEODO SENESCALLI DOMINI REGIS, & aliorum domeſticorum. CAP. 6.

ITem, ordinaverunt pro feodo Seneſcalli domus Domini Regis, quadraginta libras.

2. *Item*, pro feodo Clerici liberationis ejuſdem domus Domini Regis, viginti libras. *Richard. 2. An. 13. c. 4.*

3. *Item*, pro feodo Clerici de coquina, decem libras.

4. *Item*, pro feodo Panitarii, decem libras.

5. *Item*, pro feodo Buttelarii, decem libras.

6. *Item*, pro feodo Piſtoris, quinque libras.

7. *Item*, pro feodo Braſiatoris, quinque libras.

8. *Item*, pro feodo Magiſtri Coci, quinque libras.

9. *Item*, pro feodo Lardarii, quinque libras.
10. *Item*, pro feodo Janitoris, quinque libras.
11. *Item*, pro feodo Oſtiarii coquinæ, quinque libras.
12. *Item*, pro feodo Oſtiarii Aulæ, quinque libras.
13. *Item*, pro feodo Oſtiarii ad Cameram Regis, quinque libras.
14. *Item*, pro feodo factoris ignis in Aula, quadraginta ſolidos.
15. *Item*, omnes alii Miniſtri Regis, de ſtatu minore, quilibet habebit quadraginta ſolidos, pro feodo ſuo, vel per conſiderationem Domini Regis, Seneſcalli, vel aliorum de conſilio Domini Regis.

ANNOTATIO.

Clerici liberationis. *Liberatio Gallicum eſt verbum, quo nos etiam hodie vtimur* [ane liveray] *Solent enim Reges, & Principes, certum dimenſum in pecunia, vel in veſtimentis, quotannis dare ſuis domeſticis, vt melius ali, & veſtiri poſſint. Qui autem his annotandis, & in tabulas referendis præeſt, Clericus liberationis dicitur*, the Clerk of the liverayis.

DE FEODO CONSTABVLARII, ET MARESCALLI ac eorum juriſdictione. Caput. 6.

Item, ordinaverunt pro feodo Conſtabularii, decem libras.
2. *Item*, pro feodo Mareſcalli, decem libras.
3. Et quòd omnes trangreſſiones factæ ſub virga Mareſcalli Domini Regis, (videlicet infra duodecim leucas) debent determinari in curia Domini Regis, coram prædictis Mareſcallo, & Conſtabulario; & ſecundùm quantitatem delicti debent puniri.

Edvvard. 1. An. 28. c. 3. in Statuto de Articulis ſuper Charta. De conſtabulario. Richard 2. An. 13. c. 2.

ANNOTATIO.

In omnibus ferè codicibus, qui ad manus meas pervenerunt 12. *leucas legitur. In paucis non adeò fide dignis (duas leucas) Quam poſteriorem lectionem vſus communis recepit. Nemo enim apud nos, minimo rerum vſu, aut prudentia præditus, vnquam dixerit juriſdictionem, quam ſolus Conſtabularius nunc exercet, (quæ tamen & Mareſcallo & illi, hic tributur) extendi ad duodecim leucas: ſed ad duas tantùm, hoc eſt, ad quatuor miliaria Scotica, eaque numeranda circulariter, ab eo loco, ubi ſacro-ſancta perſona Domini Regis, domicilium ſeu habitationem habet. Prior lectio.* 12. *leucarum, confirmatur per Statutum* Richard. 2 *Anno* 13. c. 3.

Quantitatem delicti.) *Delictorum varia ſunt genera, Ideoque pœnarum varii ſunt gradus; in quibus ſeptem circunſtantia ſunt obſervanda* L. perſpiciendum

Digitized by Google

dum. 11.l. aut facta 16. ff.de pœnis. *Pœna quæ nulla certa lege definitur, qualis esse debeat; sed judicis arbitrio relinquitur; communiter à juris interpretibus dicitur pœna extraordinaria, & nonunquam propter causse qualitatem, & circunstantias personæ, facti, loci, temporis (quæ delictum augent) ad vltimum supplicium, seu mortem, exsilium, relegationem, aut ordinis motionem, extendi potest* d.l.16.l.vltima ff.de privat.delict.l. Qui injuriam.43. ff. de injur.

DE FEODO VICEC-OMITIS, EJVS CLERICI, & servientes CAP. 7.

ITem, ordinaverunt pro feodo Vice-comitis, decem libras, de Eschætis curiæ suæ. Stat.Rob.3.c.25. Iac.2.parl.13.c.60. Iac.4.parl.3.a.30. parl.6.c.66. Iac.6.parl.12.c.74.

2. *Item*, pro feodo Clerici sui, de quolibet amerciamento, duos solidos.

3. Item, pro feodo servientis, vnum *colpindach*, vel triginta denarios, de quolibet amerciamento condemnato.

ANNOTATIO.

Ver. 1. *Merces sive feodum non debet solvi Vicecomiti, donec rationes reddiderit; & computum fecerit in Scaccario.* Stat. Rob.3.c.26.c.25. concordat. Stat.Henrici. 8.Anno.35.c.16.

Ver. 3. Vnum colpindach *Verbum est Hybernicum, priscis Scotis vsitatum,* Colpindach. *hodie corruptè* Quyach; *& significat juvencam, quæ vitula esse desijt, & nondum aptæ tauro, injustam magnitudinem non excrevit.*

DE AMERCIAMENTIS CVRIARVM JVSTITIARIJ, Vicecomitis, Burgorum, Camerarii, Militum, Sub-pastorum. CAP. 8.

ITem, amerciamentum coram Justitiario, ex parte boreali maris *Scotiæ*; octo vaccæ, & vnus *colpindach* Coronatori; & duo solidi Clerico. Et vltra mare *Scotiæ*, sicut in *Laudonia*, & partibus ibidem inter aquas de *Forth*, & *Tyne*, decem libræ, & vnus *colpindach*; vel triginta denarij Coronatori; & duo solidi Clerico. Amerciamentum debet esse æquale delicto. Vid.Magn.chartã. An. 9.*Hen.*3.c.14. *Edvar.* 1.An°3. c.6. *Vvestm.* Coram Iustitiario amerciamentum est duplex. Iac.6.parl.11.c.70. parl.15.c.267.

2. *Item*, amerciamentum coram Vice-comite, non excedat vltra sexdecim solidos. Et pro feodo Clerici, duo solidi, & vnus *colpindach*, vel triginta denarij servienti [a] Vice-comitis. Australis Scotiæ pars, Angliæ vicina, moneta, Borealis vero pars, pecore abundabat. Vid.lib.4.c.vlt.17

3. Et amerciamentum in burgo coram Præpositò, & Ballivis, octo solidi.

4. Et coram Camerario, quinquaginta solidi; & Clerico duo solidi.

a 2. Serjando.

5. Et

5. Et ſervientibus burgi, de quolibet amerciato, quatuor denarii.

6. Et omnes Barones capient leges regales, in curia Domini Regis coram Juſtitiario & Vice-comite. In omnibus vtentur, tam in legibus, quàm in amerciamentis & feodis, coram Vice-comite.

7. *Item*, ordinaverunt quòd in lites, qui tenent de Baronibus, capiant omnes leges, & obſervent eas in curiis ſuis cùm neceſſe fuerit; ſicut Barones faciunt. Sednon teneant curias de vita & mẽbro, ſed de injuria; & non ratione: hoc eſt, de *wrang*, & *vnlauch*. Et capiant dimidium amerciamentum, ſicut in curia Baronis.

8. Et illi qui tenent de Militibus, qui vocantur Subvaſores, leges tenebunt, & obſervabunt in omnibus curiis ſuis; & dimidium amerciamentum; ſicut in curiis Militis, & ſic de ſubſeqq.

Annotatio.

Ver. 6. Amerciamentum] *pro mulcta, ſeu pœna pecuniaria, quæ pro qualitate delicti, per judicem, delinquenti ſolet irrogari: & apud veteres certo boûm, ovium, aut aliorum animalium numero æſtimabatur: Vt ſcribit* Gellius cap. 11. lib. 1. *Quem morem majores noſtri ſecuti ſunt: Et Inſulani noſtri eundem adhuc retinent. Deductum videtur, à Gallica voce*, mercie, *miſericordia. Solet enim hujuſmodi mulcta irrogari crimen confitenti, & miſericordiam petenti, unde miſericordia dicitur.* lib. 2. c. 74. 5. 6. 7. & alibi ſæpè.

Mare Scoticum. Maris Scotiæ] *Id eſt, amnis ſeu fluminis, cui nomen eſt*, Fortha. *Ejus enim æſtuarium*, Lothianam, & Fifam *provinciæ ſeparat, & reliqua omnia æſtuaria in hoc regno magnitudine ſuperat: Ideoque mare Scoticum dicitur:* Jac. 2, parl. 3. cap. 6.

Coram Vice-comite.] *Jure noviſſimo amerciamentum in curia Baronis videtur ſumma 40. ſolidorum.* Jac. 2, parl. 14. c. 64.

Ver. 7. Sed de injuria] *Barones & eorum vaſalli, (qui hic dicuntur Milites) habent jurisdictionem de* wrang, *&* vnlauch, *hoc eſt, de cauſis civilibus, veluti de debitis, & aliis cauſis, quæ non tangunt vitam, vel membrum. Porrò* wrang, *idem eſt quod injuria, ſine jure, contra jus.* vnlauch. *ſine lege, contra legem. q. d.* wrangouſlie, and againſt the lawe. *Poſſunt tamen cognoſcere de cauſis criminalibus, de vita, & membro,* of life & limme: *ſi hujuſmodi juriſdictio, & poteſtas fuerit eis conceſſa per chartam.* lib. 1. c. 4.

Ver. Subſeqq.] *Vĩz. de ſub armigeris, qui tenent de armigeris comitum leges obſervent, & capient amerciamentum, ovem, vaccam, vel tres ſolidos.*

De furto facto in terris eorum, qui tenent de Baronibus. Cap. 9.

Item, ſi aliquis faciat furtum in terris prædictorum liberè-tenentium, ille malefactor debet attachiari, & duci ad carcerem

Baronis

Baronis, in cujus Baronia captus sit, & ibidem debet condemnari, & Baro habebit eschætam bonorum dicti malefactoris.

2. Nisi Dominus villæ, vbi captus fuit, sit privilegiatus de feodo, per chartam.

ANNOTATIO.

Ver. 2. Captus fuit] *furtum debet puniri in eo loco, vbi fur captus est, cum re furtiva, vt hic dicitur: Quod Bartolus confirmat*, in l. 45. ff. de furt. *Alii furtum puniendum esse affirmant, ec in loco, vbi est commissum.* Vid. Stat. Wilh. c. 18. *& quæ annot. vi* lib. 1. c. 42. Stat. 1. Rob. 1. c. 4. 2.

DE RECEPTATORIBVS MALEFACTORUM. CAP. 10.

ITem, ordinaverunt quòd nullus Baro, vel Comes, vel aliquis alius, receptabit malefactorem aliquem, infra dominationem suam sub pœna amissionis curiæ suæ in perpetuum.

Iac. 1. Parl. 2. c. 37. Iac. 5. parl. 7. c. 97. Stat. Wilh. c. 7. 6. Iac. 6 parl. 12. c. 144.

ANNOTATIO.

Receptabit] *Receptator malefactorum, punitur perpetua amissione curiæ suæ vt hic dicitur: & præterea eâdem pœnâ qua ipse malefactor, vt* infra. c. 14. *quod est consentaneum juri civili, secundùm quod, notum est, ipsum delinquentem & delicti approbatorem, pari pœna puniri, quia inter auctorem sceleris, & approbatorem, nihil est discriminis.* Bartol. in l. 15. qui opem 34. nu. 5. ff. de furt. tot. tit. ff. de Receptat. & C. tit de his qui latr. vel alios crim. reos occult. Vid. Stat. Rob. 2. c. 10. in fin. *Vbi alia pœna exponitur.*

Receptores malefactorum.

Rom. 1138.

DE PLACITIS CORONAE, ET POENA eorum qui inde condemnantur. CAP. 11.

ITem, omnes raptores de roboria, deforciatores mulierum, murdratores hominum, sive justè, sive injustè, & combustores domorum nequiter, & malitiosè; comparebunt & respondebunt coram justitiario Domini Regis.

2. Et si judicati fuerint: Rex habebit omnia bona sua, ad Eschætam, & Barones nihil.

Stat Alex. 2. c. 14. 2. c. 4 leg. burg. c. 6. 3. Angliæ. Regis Henr. 2. Anno. 9. c. 17. Hen. 7. An. 12. c. 7.

ANNOTATIO.

Ver. 1. Sive justè] *Hoc est, sive justè hoc crimen se commisisse affirmat, scilicet, ad sui defensionem.*

Nequiter & malitiosè] *Nam aliud dicendum est de eo, qui negligenter, & sine dolo malo, ædes alienas combusserit, quia juxta vulgatam juris regu-*

gulam

regulam omnia delicta æstimantur animo, & proposito delinquentis. Stat. 2. Rob. 1. c. 29. Leg. burg. c. 54.

DE POENA PRODITORIS CONTRA REGEM, & aliorum malefactorum, de Rege tenentium. CAP. 12.

lib. 4. c. 1. §. 17. Jac. 1. parl. 1. c. 3. Quon. attach. c. 48. in fin. proditores possunt impune occidi. Jac. 5. parl. 4. c. 8.

ITem, statutum est de proditoribus, & falsis traditoribus contra Regem: Quòd de illis Rex habebit omnia, quæ illi habent, tam terram, quàm bona, sine recuperatione alicujus hæredis.

2. Nisi specialis gratia Regis intervenerit.

3. Et sic de alijs malefactoribus, qui habent terras, & hæreditatem, sive alia bona quæcunque, qui tenent de Rege, Rex habebit omnia, & malefactor ad mortem condemnetur, sine redemptione

ANNOTATIO.

Remissio criminis.

Ver. 2. Nisi specialis gratia. *Damnato læsæ majestatis, Rex potest crimen remitere, si ipsi ita videatur. Nam exuli, bannito, vel damnato ad mortem, solus Princeps, & non alius crimen remittere potest.* l. 4. & 16. Bart. num. 4. l. Ad bestias 13. ff. de pœn. *Idque ex mera gratia, & sola sua misericordia.* l. 1. in. fin. & ibi Bartol. ff. de Quæst. *Nam in hoc casu, motus Principis habetur pro justa causa.* Bald. in l. rescripta. 7. nu. 4. c. de precib. Imp. offerendis. *Verum restitutio à Principe facta per viam gratiæ, non aufert jus tertij; neque restitutus recuperat bona sua, per Principem in alium trãslata.* Bart. in l. 1. nu. c. de sent pass. & restit. *ed al ud dicendum est, si quis restituatur per viam juris, tunc enim ad omnia, & in pristinum statum restitui intelligitur, ut postea dicetur*, lib. 2. c. 56.

Restitutio felonis.

DE MALEFACTORIBVS TENENTIBVS DE Baronibus, & quod placita coronæ non pertinent ad curiam Baronis CAP. 13.

ITem, statutum est, quòd illi malefactores, qui tenent de Baronibus, eodem modo debent condemnari.

2. Exceptis quatuor placitis prædictis, (videlicet roboria, raptu mulierum, murthro & incendio) ad coronam Domini Regis spectantibus.

Supr. c. 11. 2. lib. 4. c. 11. Quon. Attach. c. 19.

3. De quibus Barones potestatem non habent, se intromittere, nec determinare.

DE

DE HIS QVI HOMICIDIVM VOLVNTARIUM manu-tenent. CAP. 14.

ITem, quia sæpiùs visum est, vel fuit, quòd diversi homines iniqui, & injusti, interfecerunt homines fideles, pacificos & justè viventes, per invidiam, & [a] iniquam procurationem, vel propter cupiditatem vxoris suæ, terrarum suarum, seu bonorum.

a i. per assasinum.

2. Et dicti malefactores in tali modo intraverunt in terris, & bonis dicti interfecti. Et vt hoc agerent, consueverunt juvenes, & parentes dicti interfecti interficere.

1. Reg. c. 21. 19. Juxta illud occidisti, & possedisti.

3. Et tales malefactores fuerunt recepti, manutenti per Comites, & Barones, injustè contra legem Dei, & seculi, vt dicitur *Qui gladio interficit, gladio peribit.*

Genes. 9. 6. levitic. c. 24. 17. Exod. 27. 12. Matth. 26. 52. Deuter. c. 19. 4.

4. Statutum est, quòd de omnibus illis malefactoribus Rex habebit sequelam, tam de Comitibus, & Baronibus, quàm de illis malefactoribus.

Iac. 1. parl. 1. c. 4. parl. 2. c. 37. Receptator homicidæ, punitur eadem pœna, qua ipse homicida. Iac. 1. parl. 6. c. 90. cum seqq. vid. Iac. 3. parl. 14. c. 98.

5. Quia omnes magnates qui hoc agunt, sunt falsi & perjurati contra Deum, Regem, & populum regni.

ANNOTATIO.

Ver. 1. Iniquam procurationem. *Hoc genus homicidij, quod alterius jussu, vel mandato fit, dicitur Assasinium, deducto ab Italis vocabulo, qui hoc genere homicidij, sunt infames. Dicitur autem Assasinus, qui ab alio pecuniam vel meredem accipit, alterius interficiendi caussa, & qui huiusmodi scelus, data mercede fieri procurat, aut mandat; bonis omnibus mulctatur, publicè diffidari, seu banniri, & officio, & beneficio, si quod habet, privari, & excommunicari debet l. 1 de homicid. in 6. Ipse autem Assasinus, ad caudam equi tractus, & in frusta membratim concisus, vltimo afficitur supplicio.* Iul. Clar. lib. 1. Sent. 5. Assasinum. num 4. & jure divino, maledictus est, qui munera accipit, vt percutiat animam sanguinis innocentis. Deuter. 27. 25.

Ver. 4. *Habere sequelam, est phrasis frequens, & vsitata, de his qui habent jus persequendi, in judicio de re aliqua, presertim in caussa criminali.* lib. 4. c. 15. & alibi, *Rex dicitur habere plenam rectitudinem* [to haue right to persew] *de morte ejus qui patrem suum infringit, vel sectam suam de violatione pacis sue.* stat. David. 2. c. 20. stat. 2. Rob. 1. c. 13. *Eodem modo quo in hoc loco, Rex habet jus persequendi, & accusandi omnes delinquentes, & eos, qui illis rem, opem, vel consilium præstant: Nam ex omni ferè delicto, privati homines, qui vim & dānum patiuntur, privatam suam habent actionem. Et Rex cujus interest, ne delicta maneant impunita, suam quoque habet actionem, pro suo interesse, adeò vt neutra harum actionum, alteram tollat,* lib. 4. c. 20. *Privati enim agunt ad pœnam pecuniariam sibi applicandam, vel ad interesse, & ad suam bursam. Rex verò ad pœnam sive commodum publicum.* l. vlt. & ibi glossa ff. de privat. delict. §. 1. & ibi gl. Instit. de pub. jud.

Ad Regem pertinet criminum coercitio.

Ex omni delicto duplex oritur actio, altera privata, altera publica.

Nam

Digitized by Google

Nam vt ait Vlp.in.l.prætor.7.§.1. de Iniur. *ex quibus cauſsis publica ſunt Iudicia, ex his e uſis, non ſumus prohibendi, quo minùs & privatò agamus, velati de crimine adulterij, inſtitui poteſt iudicium criminale, vel civiliter ad ſeparationem poteſt agi, ut hodie fieri ſolet.* capitul. Tuæ. 5. de procur. *Verrò, multa delicta, hoc in loco in vnum quaſi cumulantur. Primùm enim maritus occiditur: Deinde, adulterium, idque continuatum, cum ejus vxore, committitur. Tertiò, bona interfecti invaduntur, & rapiuntur. Poſtremò, cognati ne hæc ſcelera vlciſcantur, occiduntur. Ex pluribus autem his delictis, plures oriuntur actiones, quarum vna aliam non perimit, ſed omnes competunt, & ſuum habent effectum. Quia plura delicta cõcurrentia, nunquam faciunt, ut ull us delicti impunitas detur. Neque enim delictum, ob aliud delictum, minuit pœnam: præſertim ſi diverſis temporibus committantur.* l. 2. & ibi gloſſ. ff. de privat delict. Barthol. in l. ſi adulterium. ff. ad l. jul. de adult.

De cumulatione actionum.

DE OFFICIO CORONATORIS.

Caput. 15.

Ang'. Reg. *Hen.* 8. An. 1 c. 7. 1. An. 4. *Edward* 6. Ann. 2. & 3. c. 24.

CVm aliquis murthrum publicum, vel privatum fecit, perpetrator aperti murthri, ſtatim levato hueſio, [a] ſequatur.

a ſalbe ſuiour.

2. Et ſi per ſectam [b] hueſii apprehendi poſſit, ſtatim retinebitur, incarcerabitur, nec erit replegiabilis.

b i, clamoris.

3 Tamen per breve Domini Regis, poteſt dari ad plegium, uſque ad adventum Juſtitiarii.

4. Nec debet murthrum adjudicari, ubi [c] infortunium intervenit.

c. l. rixa, *Chaudud'*, quæ fit ſine præcogitata malitia. & opponitur feloniæ, quæ fit certo & deliberato delinquendi animo, *fretbobt felonie.*

5. Sed locum habeat publicum murthrum in interfectis per feloniam.

Deut. c. 21. l. 2. §. Iac. 1. parl. 2. c. 51. parl. 6. c. 95. Iac. 3. parl. 5. c. 35.

6. Coronator autem, vel Vicecomes, aut Præpoſitus, interfecti videbunt plagas, & per Clericum ſuum inbreviari, & corpus interfecti ſepelire debent.

7. Et dicitur privatum murthrum, cùm aliquis eſt interfectus, vel ſubmerſus, vel aliquo loco inventus: Tunc inventor levet hueſium, ut præfertur.

8. Veniens autem Coronator videbit mortuum, & inquiſitionem faciet de ſuſpicione.

Angl. Reg. *Hen.* 7. An 3. c. 6.

9. Et ſi quis ſuſpectus fuerit: attachiabitur, ut prædicitur. Et ſi nulla ſit ſuſpicio, nulla ſit attachiatio.

10. Corpus autem mortui per præceptum Coronatoris, videbitur ſepeliri.

11. Et ſic de omnibus placitis coronæ, pertinentibus ad Coronatorem, fiat uſque ad adventum Juſtitiarii.

DE

DE PLACITIS AD CORONATOREM PERTINENTIBUS. *Caput.* 16.

AD Coronatorem pertinet de plagis, verberibus, et melletis facere attachiamenta, vbi accusator adjicit in appellatione sua, pacem Domini Regis esse infrictam. Lib.1.c.3.7.

2. Et si hoc non dixerit, ad Vice-comitem pertinent hujusmodi attachiamenta.

ANNOTATIO.

Hoc caput in vetustis codicibus hoc modo legitur.

Semper ad Coronatorem pertinent attachiamenta, vbi qui accusat adjicit in appellatione sua, pacis Domini Regis fractionem: Sed si hoc non adjiciat, ad Vicecomitem semper pertinet attachiamentum.

Iac.1.parl.13.c.139.
Iac.5.parl 3.c.5.
parl.4.c.33.
Stat.Rob.3.c.32.

FINIS.

Digitized by Google

IN DE FENS
HONI SOIT QVI MAL Y PENSE

IN MY DEFENCE, GOD ME DEFEND.

REG. MAIESTAT.
LIBER PRIMVS.

PRAEFATIO.

¶ *Regi duo ſunt neceſſaria; Arma, quibus hoſtes debellet; Leges, quibus ſubditos pacificè regat.*

Egiam **Majeſtatem,** non ſolùm armis contra rebelles, ſibi, regnoque inſurgẽtes, oportet eſſe decoratam:

2. Sed etiam legibus ad ſubditos, & populos pacificè regendos, oportet eſſe armatam.

3. Vt vtraque tempora (ſcilicet, pacis & belli) glorioſus Rex noſter, qui regimen regni complectitur, ita feliciter tranſigat, & regat regnum ſibi à Deo commiſſum, (qui nullum habet ſuperiorem, niſi ipſum Creatorem cœli, & terræ, qui cuncta gubernat) vt effrænatorum, & indomitorum, dextera fortitudinis, elidendo ſuperbiam, & humilium ac manſuetorum, Deu. 17. 12. Rom. 13. 4.

ſuetorum, virgâ æquitatis, moderando juſtitiam; tàm in hoſtibus debellandis, ſemper victorioſus exiſtat; quàm in ſubditis tractandis, æqualis cunctis judex, jugiter appareat.

[a] *al. prudenter.*

4. Quàm eleganter, quàm ſtrenuè, quàm [a] callidè hoſtium obviando inſidijs, & malitiis, hoſtilitatis tempore, armatam exercuit militiam, nemini venit in dubium.

5. Et quàm juſtè, quàm diſcretè, & quàm miſericorditer, erga ſubditos ſuos tempore pacis, ipſe pacis amator, & auctor ſe habuit, non ambigitur.

Stat. VVilh. c. 25. 1.

6. Cùm tantæ celſitudinis, & æquitatis fuerit ejus Curia, quòd in ea, nullus judicum, tàm attritæ frontis, tàm temerariæ præſumptionis exſtiterit, qui à juſtitiæ tramite, auderet aliquatenus declinare; aut vias veritatis, vllatenus præſumeret excedere.

Stat. 1. Rob. 1. c. 2.

7. Ibi enim pauperem non opprimit adverſarij potentia, nec à limitibus judiciorum pellit quenquam, amicorum amor, favor, aut gratia.

Iac. 1. parl. 2. c. 48. Iac. 4. parl. 6. c. 49.

8. Leges autem, & jura regni, ſcripto vniverſaliter concludi, noſtris quidem temporibus, omninò impoſſibile eſt; tàm propter ſcribentium [b] ignorantiam, quàm multitudinem [c] cauſſarum confuſam.

[b] *Al. carentiam.*
[c] *Al. earum. al. Iurium ipſorum.*

9. Verùm, ſunt quædam in Curia generalia, & frequentiùs vſitata, quæ ſcripto commendare, non mihi videtur abſurdum, vel præſumptuoſum: ſed ad juvandam memoriam, admodùm neceſſarium.

Stat Alexandri, 2. c. 12.

10. Horum itaque quandam particulam, ad mandatum Domini Regis David, cum ſano conſilio totius regni ſui, [d] tàm populi, quàm Cleri, in ſcriptis redigere decrevi; ſtylo vulgari, & verbis vtens curialibus, ex induſtria, ad totius regni notitiam, in hunc modum diſtinguendum duxi.

[d] *al. tàm laici, quàm Clerici.*

Annotatio.

Hos quatuor libros (quibus, more Hebræorum, titulus & inſcriptio eſt à primis verbis (Regiam majeſtatem) *ad imitationem quatuor librorum Inſtitutionum Iuris Civilis, componi, ſcribi, & publicari mandavit* David *Rex, ejus nominis primus, filius natu minimus* Malcolmi 3. *Is cæpit regnare poſt fratres* Edgarum & Alexandrum primum. *Anno Mundi* 5094, *Ann.* Chriſti, 1124. *Et regnavit annos* 29. *vt patet hic in* Præfatione, nu. 10. & hoc libro, cap. 8. 16. cap. 18. 1. Stat. Wilhel. cap. 1. Stat. Alexand. cap. 12. *Hos autem libros eſſe authenticos, & habere vim legis, probat,* Iacob. 1. Parl. 3 cap.

Digitized by Google

cap. 54. Iac. 6. parl. 6. cap. 47. Parl. 8. c. 63. Iac. 3. parl. 14. c. 115. Ranulphus Glanvilla, Ceſtriæ Comes, *vir nobiliſsimi generis, & in vtroque jure eruditus, ſcripſit tractatum de legibus & conſuetudinibus regni Angliæ, qui incipit* Regiam Poteſtatem, *qui dividitur in* 14. *libros per-breves: Et in omnibus ferè cum his libris congruit. Vixit Anno à Servatoris noſtri nativitate,* 1230. ſub Henrico 3. Anglorum Rege, teſte Ioanne Balæo, Centuria 3. num. 93. fol. 279. Scriptorum Britanniæ. Sed Giraldus Cambrenſis, in Itinerario Cambriæ ſcribit, Ranulphum de Glanvilla *vixiſſe ſub* Henrico 2. *quod verum eſſe credo per* lib. 8. c. 2. tractatus, per ipſum Glanvillam ſcripti, *vbi ejus expreſſa fit mentio, et etiam* Henrici 2.

VERS. 1. 2. Oportet] *Hoc verbum, aliquando eſt decentiæ, et honeſtatis. glo. in c. confidimus.* 25. *queſt.* 1. *Et in hoc ſenſu, decet Regem eſſe armatum legibus; hoc eſt, literatum, et literarum cognitione imbutum. Quod etſi ſit decorum, et (vt cum Accurſio loquar) congruum Regi: et Reſ-publica dici poſsit beata, vbi Philoſophi regnant: tamen literarum, et bonarum ſcientiarum cognitio, neceſſaria Regi dici non debet: cùm multi optimi Principes, ſint illiterati.* Secundò, *dicendum eſt,* Oportet, *regulariter eſſe verbum neceſsitatis, et quandam neceſsitatem inducere.* Bartol. in l. 1. ff. de juſtit. et jur. *Itaque Regem eſſe armatum legibus, idem eſt, ac ſi dixeris, cum Cautiuncula, et Spiegelio, legum ac judiciorum præſidio tutum, et inſtructum; Secundum quas leges, ipſe vivere debet.* l. 4. C. de legib. *et ſubditos ſuos in officio continere, malos pœnis, bonos præmijs afficere. Principis enim auctoritas pendet ex legibus: Lege enim, Rex eſt dominus: Lege, nos ſubditi et ſervi ſumus. Et in eo differt à Tyranno. Ille enim regnum regit legibus; Hic per vim, dominationem occupat: Ille juxta leges, ad ſuorum ſubditorum commodum; hic contra leges, ad ſuam ipſius vtilitatem, omnia convertit.*

ET PRIMO, DE CAVSSIS CRIMINALIBUS ſpectantibus ad coronam Domini Regis, & ad cognitionem ſui juſtitiarij. CAP. 1.

De juriſdictione omnium judicum, et quæ actiones ad quos judices pertineant, vſque ad Caput ſextum.

PLacitorum aliud eſt criminale, aliud civile.

2. Civile eſt, in quo [a] vertitur pœna pecuniaria, aut fundi actio.

3. Criminale eſt, in quo vertitur pœna ſanguinis, vel capitis, vel membrorum truncatio.

4. Criminalium placitorum, aliud pertinet ad coronam Domini Regis, & ad juſtitiarium: aliud ad Vice-comites provinciarum.

Glanvi. lib. 1. c. 1 a. i. controvertitur. Iac. 2. parl. 12. c. 54. l. 1. c. ad leg. Iul. Majeſt.

5. Ad coronam Domini Regis, crimen quod in legibus dicitur, crimen læſæ Majeſtatis, vt de morte, vel ſeditione Domini Regis, vel regni, vel exercitus. Et hi non ſolùm pro facto puniendi ſunt, ſed etiam de propoſito.

Affectus punitur, etſi non ſequatur effectus.

trewes, or aſſurance: *Vt cùm homo nequiter tempore treugæ, & induciarum occiditur.* Iac. 1. Parl. 6. cap. 97. *Quod non improbo: Nam in jure* Normanico lib. 12. c. 1. *hoc crimen dicitur* de treues effraintes. *Quamvis non negaverim, cùm priore, tùm poſteriore modo, violari pacem Regis. Nam quilibet malefactor eum violat, cùm alium verberaverit, aut plagam aut alapam dederit.* Leg. Malc. 2. c. 16. *Treuga dicitur ſecuritas præſtita rebus, & perſonis, diſcordiâ nondum finitâ. Pax verò, eſt finis diſcordiæ, vel plena diſcordiarum ſedatio.* Bald. in l. 1. ff. de pact. poſt gloſſ. in c. 1. de treug. & Bart. in lib. 1. conſil. 66. *vide Breve de protectione Regis.* Quon. Attach. c. 54.

Vers. 8. Indictamentum] *(Vulgò,* dittay) *verbum eſt Gallicum,* dit tu, (ſay thou) *cùm ſcilicet, ſinguli de malefactoribus interrogantur; & ſingulatim reſpondere jubentur, ſi quos criminoſos in provincia noverint. Nam indictamentum fit, quando juſtitiarius Regis, per ſuos Clericos privatim inquiri jubet, de delictis, & maleficijs in ipſorum Ballia commiſsis: & ſingulorum malefactorum nomina, referri jubet in tabulas; vt per Coronatorem attachiari, & arreſtari poſsint; vt in itinere juſtitiarij compareant, & coram eo reſpondeant. Cognitio de indictamento, ſive de criminibus per indictamentum inquiſitis, pertinet ad juſtitiarij juriſ-dictionem.* Iac. 4. Parl. 4. c. 45. *Vid. c. inquiſitiones de accuſationibus extra.* Stat. Alex. c. 2.

Vicineto] *Nonnulli codices* de voiſineto, *quod idem eſt. Nam Latinis vicinus, Gallis,* voiſin, *vulgò,* an aſſyſe of neighbouris.

DE CAVSSIS AD ECCLESIAM ſpectantibus, & de jure patronatus.

Capvt. 2.

De iurſ-diction. Eccleſiæ.
Iac. 6. parl. 6. c. 69.
Parl. 11. c. 61.
Parl. 12. c. 119.
lib. 2. c. 36.
lib. 3. c. 33.

PLacitum de dotibus, & de teſtamentis, ad forum Eccleſiaſticum pertinet:

2. Ac etiam placitum de advocationibus Eccleſiarum, & etiam jus Patronatus, pertinet ad forum Eccleſiaſticum.

3. Sed caveat ſibi Patronus laïcus, quòd vacante Eccleſia, vel vicaria, præſentet perſonam idoneam, in literatura ſufficientem, vita laudabili, & ſanè morigeratam & quòd præſentet illam, infra quatuor menſes, ne dilatio vlterior ſuæ præſentationis, præjudicare ſibi valeat.

Edward. 1. An. 13. c. 5. VVeſtm. 2. Edw. 2. An. 9. c. 13.

4. Per quod pro defectu ſuæ præſentationis, Epiſcopus loci, de jure Canonico valeat præſentare, hoc eſt, providere de illo beneficio, vnde magna diſſenſio oriatur.

Annotatio.

Vers. 1. De dotibus] *Manifeſti juris eſt, quòd actiones matrimoniales, pertinent ad juriſ-dictionem Eccleſiaſticam; ratione mutuæ fidei, quæ intercedit inter virum, & vxorem.* Cap. 5. Supra. 22. de Teſtib. c. 2. de conſanguin.

Et

Et tametsi matrimonium potest esse sine dote; tamen dos sine matrimonio esse nequit. l. 3. de jur. dot. Novell. de nupt. §. 1. coll. 4. *Ideoque cùm dos sit accessorium quoddam matrimonij, actio dotis est Ecclesiasticæ juris-dictionis. Nam qui est judex in principali, est judex in accessorio.* c. 3. de donat. inter vir. & vxor.

VERS. 3. Sed caveat] *Inter Patronos laïcos, seu seculares, & Ecclesiasticos, hoc est discriminis, de jure Canonico; quòd laïci Patroni, quadrimestre, seu quatuor mensium: Ecclesiastici verò, sex mensium spatium (à tempore scientiæ computandum, non autem à tempore vacationis beneficij) habent sibi concessum, ad præsentandam personam idoneam, Ecclesiæ vacanti. Minus autem tempus conceditur laïcis Patronis, quàm Ecclesiasticis: Quia tametsi, Patronus laïcus indignam personam præsentaverit; non tamen privatur jure præsentationis; quia licet ei variare, & alium postea præsentare: quod Ecclesiasticis personis non permittitur. Hi enim si indignum præsentaverint; pro illa vice privantur jure præsentationis: Quia præsentatio à Clerico Patrono facta, vim habet electionis: & eligens indignum, privatur ipso jure.* Guido Papæ decis. 374. cap. cùm in cunctis, in fin. de Electionib. Iac. 6. par.. 1. c. 7. parl. 7. c. 102. parl. 12. c. 119. *concedit Patrono laïco spatium sex mensium, infra quod præsentare debet.* Iac. 6. parl. 12. c. 158. Porrò, *in hunc locum transtuli caput septimum hujus libri in vulgatis codicibus, quod ibi alieno loco positum fuit.*

DE CAVSSIS SPECTANTIBVS AD Vice-comites. CAP. 3.

AD Vice-comites provinciarum pertinent placita de Baronijs.

2. Placita de rationabili tertia parte mulierum.

3. Querela de fine facto in Curia non observato.

Glanv. lib. 1. c. 2. vbi hæc dicuntur pertinere ad curiam Regis. Lib. 2. c. 16. Lib. 1. c. 27. Lib. 2. c. 11. Quon. Attach. c. 56. Lib. 1. c. 60. cum. seqq. Edward. 1. Ann. 6. c. 8. Statuta apud Glocester. Quon Attach. c. 54.

4. Placitum de Nativis, id est, de servis fugitivis à veris Dominis suis.

5. De homagijs faciendis, & relevijs recipiendis.

6. Placitum de debitis laïcorum. Et quædam alia placita, quæ minùs necessaria sunt in isto libro nominari.

7. Ad Vice-comites etiam pertinet, propter defectum Dominorum, cognoscere de melletis, de verberibus, & de plagis.

8. Et etiam vbi accusator adjicit, de pace Domini Regis infricta.

ANNOTATIO.

VERS. 1. De Baroniis] *Quid sit placitum de Baronijs, non scio satis dicere. Ejus autem mentionem non memini me alibi legisse. In libro vulgari,* the mute of Baronies. *Quòd si dixeris intelligenda esse placita Baronum, hoc est, quæ*

Digitized by Google

quæ in Baronum curijs placitantur: & tamen propter defectum, & iniquitatem judicis, ad curiam Vice-comitis transferuntur: Et ibi in ſecunda inſtantia tractantur. Vt enim de jure veteri, placita juſtitiarij, ſi quæ erant iniquè deciſa, in Tarliamento reſcindebantur: ita Baronum placita, in Baronum curijs determinata, coram Vice-comite accuſabantur; ſicuti Vice-comitum, coram juſtitiario. Quon.Attach.cap.13.lib.2.c.16.24.

VER. 3. Querela de fine facto.] *Finem facere aliqnando dicitur, cùm Reus alicujus criminis, pœnæ corporalis evitandæ cauſſa, certam mulctam pecuniariam judici, vel magiſtratui diſſolvit.* Lib. 4. c. 18. *Vt plerunque fieri ſolet in itinere juſtitiarij, vulgò, componere dicunt.* Secundò, *placita & lites, aliquando extra judicium, aliquando in judicio, mutuo partium conſenſu, bonâ cum veniâ & licentiâ judicis, terminantur, & finiuntur. Et ſi alter-vtra pars, ab hac finali concordia receſſerit: coram Vice-comite eam ſervare cogitur. Et in hac poſteriore ſignificatione hîc accipitur, vt infra hoc libro* cap. 27. *Prior illa ſignificatio in criminibus cernitur. Ideoque ad juſtitiarium propriè pertinet.* Poſtremò, *placitum de Purpreſturis, in nonnullis libris, hoc in loco, ad Vice-comitem pertinere dicitur. Sed ſciendum eſt, tres eſſe ſpecies purpreſturæ, contra Regem Dominum Capitalem, & vicinum; quarum* prima, *ad curiam Domini Regis ſive juſtitiarij:* ſecunda, *ad curiam Domini Capitalis:* Tertia, *ad Vice-comitem pertinet.* l.4.c.74.

VERS. 7. De melletis, verberibus, & plagis.] Of tuilyies, ſtrakes, & wounds. Melle, *vetus verbum apud* Gallos. *Vnde* Chaud-melle. *In jure Civili rixa dicitur, quæ non tantum verbis, ſed etiam facto committitur; nulla tamen præeunte certa animi deliberatione. Ideoque præcogitatæ malitiæ opponitur, vulgò,* fore-thought felonie. *Horum placitorum, ſicuti aliorum multorum, cognitio, & juriſ-dictio, in prima inſtantia pertinet ad Barones, & alios libere-tenentes, qui curias de his tenere poſſunt. Verùm, ſi illi jus non dixerint, aut non rectè dixerint; ad ſuperiorem curiam Vice-comitis, hujuſmodi placita pertinent.* lib. 2. c. 27. Leg. Malc. Mac-kēneth c.3.

DE CAVSSIS SPECTANTIBVS AD Epiſcopos, Barones, & Præpoſitos.

CAPVT. 4.

PLacitum civile, quod non eſt criminale, quo ad vitam, & membra, aliud pertinet ad Præpoſitos burgorum, & Civitatum: Aliud ad curiam Baronum, Comitum, Epiſcoporum, Abbatum, & aliorum libere-tenentium, qui curias ſuas proprias habent, ſecundùm formam ſuarum Chartarum.

2. Et quædam placita criminalia, pertinent ad quoſdam prædictorum, & curias ipſorum: maximè qui habent, & tenent curias ſuas; cum ſocco, & ſacca, furca, & foſſa, *Toill*, & *Theme*, *Infang-thiefe*, & *Outfang-thiefe*. *Vt ſunt placita coronæ.* Leg Malc, 2.c,11.

3. Præter illa placita, quæ pertinent ad Curiam Domini Regis; *vt ſupra dictum eſt.*

ANNO-

Digitized by Google

Annotatio.

Vers. 1. Qui curias ſuas.] *Epiſcopi, Barones, & burgorum Præpoſiti, poſſunt de criminibus cognoſcere; ſi hujuſmodi Poteſtas de illis judicandi ſit à Rege conceſſa.* Quon. Attach. cap. 43. Iac. 1. Parl. 6. c. 91.

Verùm, ſunt quatuor crimina, quorum cognitio & pœna ad ſolum Regem & ejus Juſtitiarium pertinet. Quon. Attach. c. 76. c. 100. 1. l. Mal. 2. c. 11. 13. lib. 1. c. 27.

Vers. 2. Cum ſocco.] *Qui habet donationem terrarum, vulgò, infeofamentum, ſibi à Rege conceſſam, cum ſocco poteſt habere vaſallos, vel colonos, quos cogere poteſt, vt cum ſocco, ſeu vomere, ideſt, aratro, agrum ſuum colunt; qui propterea Socco-manni vocantur.* lib. 2. c. 27. *Alij per ſoccum intelligunt ſectam,* ſoyt of court, *vt ſit privilegium regale, tenendi curias, in quibus ſectatores comparere debent, vt in jure dicundo, & juſtitia adminiſtranda, judici adſint ſuo conſilio.* Quon. Attach. c. 36. c. 66. *& paſſim in his libris.*

Sacca] Sacha. *In legibus Regis* Angliæ Edwardi Confeſſoris, *ſignificat mulctam, quæ imponitur Actori, qui per calumniam, alium in jus vocat; aut Reo qui temerè judicium in ſe ſuſcipit, & cauſſâ cadit, veluti ſi Actor in probando libello, aut Reus in probatione exceptionis, ſuccumbit.*

Toill.] τέλος, *tolonæum, Cuſtumæ. Nam qui infeodatur, cum* toill, *liber eſt à ſolutione Cuſtumæ rerum emptarum, & venditarum, in ſuo homagio, id eſt, ſuis terris, pro quibus ipſi ſit homagium; vt ſunt terræ quæ de ipſo tenentur in Capite.*

Theme] thame, *In antiquis codicibus eſt poteſtas habendi nativos ſervos, (qui nativi, & bondi vocantur) adeò vt ipſorum generationes, & liberi, cum eorum catallis, ad Dominum pertineant.* Quon. Attach. c. 56. c. 70.

Furca] *Vulgò, patibulum,* Ane gallous, *in quo maſculi fures ſuſpendi, & ſtrangulari ſolent.*

Foſſa.] *Caverna* (ane pit) *eſt locus in terra defoſſus, aquâ repletus, vbi fœminæ furti damnatæ, immerguntur. Itaque qui habet Chartam, cum furca, & foſſa, libertatem habet puniendi fures vtriuſque ſexus, in furto manifeſto deprehenſos, vt poſteà dicetur.*

Infang-thiefe.] *Eſt regale privilegium alicui à Rege conceſſum, per quod licet ei proprios homines in ſuo dominio, cum re furtiva deprehenſos, ſicuti per* Outfang-thiefe] *poteſt alienos homines, cum furto manifeſto, infra ſuam libertatem captos punire.* Quon. Attach. c. 100. *Nonnulli aliter, & rectè, per* Infang-thiefe, *intelligunt juriſdictionem judicandi fures in ſuo dominio, & libertate captos, cum furto, ſive ſint proprij homines, ſive alieni: & per* Outfang-thief, *intelligunt, libertatem capiendi fures, homines proprios, vel alienos in ſua, vel in aliena terra, cum re furtiva, ſive furto manifeſto, eoſque reducendi ad locum, vbi furtum fuit commiſſum in ſua libertate, & dominio. Nam vbi delictum fuit commiſſum, in ſua libertate & dominio, & delinquens attachiatus, ibidem debet pati judicium.* Stat. Wilhel. c. 18. *Et fur arborum furtim cæſarum, punietur in Baronia, in qua furtum commiſit: licet in alia Baronia fuerit captus cum re furtiva.* Iac. 1. Parl. 2. c. 34. c. 49. *De jure Canonico, vbi crimen commit-*

committitur, ibi cauſſa agatur. C. qui crimen. 3. q. 6. Vid. addit. ad Bartolum in l. 48. ff. de furt. & l. 3. ff. *de re militar.* & tot. tit. C. vbi de crim. agi oport. *Qui regales libertates prædictas habent, & terras ſuas de Rege tenent immediatè in Capite, tanquam ejus immediati vaſalli, Barones vocantur in hoc regno. Sed de furto non habent juriſ-dictionem, niſi ſit manifeſtum,* Quon. Attach. c. 100. leg. Malc. 2. c. 9. *hoc eſt, niſi fur capiatur cum rubra manu.* Stat. David. 2. c. 2. 2. *That is, in hand havand, or, on back bearand.*

DE HIS QVAE PLACITANTVR PER Brevia, coram vice-comitibus, juſtitiarijs, & burgorum præpoſitis. Cap. 5.

PLacita de recto, & liberis tenementis, per Breve Domini Regis de recto, pertinet ad Vice-comites, vbi curiæ Dominorum probantur de recto defeciſſe: quod, & qualiter fieri debet, inferiùs ſuo loco dicetur. Glanv. lib. 1. c. 4.

2. Placitum de Nativis, per Breve Domini Regis, debet implacitari. Lib. 3. c. 21. Lib. 2. c. 11. Quõ. Attach. c. 56. lib. 3. c. 27. c. 28. c. 36.

3. Breve de recognitionibus, de morte anteceſſoris, & de nova diſſaiſina, habeat determinari, coram juſtitiario Domini Regis.

4. Breve ſeu placitum de Purpreſturis, debet coram juſtitiario terminari. Lib. 2. c. 74. Quon. Attach. c. 47.

5. Breve de diſtrictionibus, ſeu debitis, determinabitur coram juſtitiario, Vice-comitibus, burgorum Præpoſitis, ſecundùm quod Dominus Rex, ſigillatim in Bàllia ſua, (ipſorum) ſibi, (illis) præcipiet, per literas ſuas.

DE CITATIONE FACIENDA SVPER terra, vel tenemento, & qualiter fieri debeat. Cap. 6.

Sequitur forma proceſſus in Brevi de recto, de qua agitur vſque ad caput 28.

CVm autem quis conqueritur Domino Regi, de feudo, vel terra ſua, quam quis ab eo detinet per [a] deforciamentum: tunc habebit Breve Domini Regis: per vim cujus, tenens ſummonebitur, quòd ad curiam veniat reſponſurus, per intervalla quindecim dierum, continuò à quinto decimo die, ad quintum decimum diem. Glanv. lib. 1. c. 5. [a] *Al. forciamentũ.* Iac. 5. parl. 6. c. 73. Mar. Regin. parl. 6. c. 33. Henr. 8. An. 23. c. 9. Eliz. An. 1. c. 1.

2. Et erit ſummonitio facta per legalem ſummonitorem, coram idoneis teſtibus.

3. Quia oportet quemlibet ſummonitorem probare legitimè

timè per teſtes, ſummonitionem legitimè fieri, antequam teneas reſpondeat, niſi ſponte voluerit, & incidat in ſtultam reſponſionem.

Quon Attach.c.33.c. 36.Stat.David,2.c.51

4. *Item*,caveat ſibi ſummonitor, quòd in promptu habeat ſummonitiones, quia non debet exire Curiam ad recordandum ſuas ſummonitiones, in proprio facto.

5. Imprimis, cùm ſummonitio fieri debeat ad mandatum alicujus, oportet de neceſſitate juris, quòd ille qui mandat, & præcipit ſummonitionem fieri, habeat generalem Juſtitiariam poteſtatem, aut ſpecialem ſibi datam à Rege regni, aut aliquo alio qui poteſtatem habet à Principe.

Iac,1.parl.9.c. 111.c. 112. Quon. Attach, c. 27.

6. Quia ſine mandato ſuperioris juſtitiarij, poteſtatem habentis, ſi ſummonitio facta fuerit, invalidam cenſemus eandem.

7. *Item*, oportet quòd ille qui facit ſummonitionem, nominet in ſummonitione facienda, proprium nomen ſuum, cum nomine officij ſui, ſi fuerit Marus Domini Regis, vel *Toſcheoderach* ipſius, vel aliquod nomen officij pertinentis ad ſummonitionem faciendam. Clauſulæ citationis ſunt Hæ:

Vid.Iac.1.parl.9.c. 112.

8. *Prima*, Quòd nomen ipſius [b] ſummoniti nominetur.

[b] *Sumoniti.i. Rei. qui ſummonetur.*

9. *Secunda*, contra quem [c] ſummonitus, ſummonebitur.

1. *Nomen Actoris qui ſummonet.*

10. *Tertia*, ſuper quibus rebus ſummonitio facta erit.

11. *Quarta*, ad quem diem debet ſummonitus comparere.

12. *Quinta*, ad quem locum aliquis eſt ſummonendus.

13. Coram quibus comparebit ſummonitus.

14. Caveat ſibi ſummonitor,quòd die Dominico,vel aliquo die ſolennizato, non faciat ſummonitionem, quia omnis vox præconis ceſſabit die feriato.

Iac,5.parl.6.c,75. Iac,6.parl.6.c,76.

15. Deficiente vna iſtarum,tota ſummonitio erit invalida.

16. Et ſi ſũmonitor nimis remiſſus fuerit, aut alteri parti favorabilis, vel defectivus exiſtat: ſit ipſa ſummonitio extra jus, & ſummonitor in miſericordia Domini Regis; Et etiam condemnabitur in damnis ipſius partis, quæ injuriam patitur, ob talem defectum: ad conſiderationem Curiæ, & quantitatem delicti.

Annotatio.

Vers. 5. Summonitio] *Id eſt, exſecutio citationis, quæ, vulgò, indorſatio dicitur.* Stat. David. 2. c. 18. Iac. 3. Parl. 3. c. 32. *quia ſcribitur in dorſo brevis, ſeu literæ, per quam reus citatur, vt in judicio compareat.*

Vers.

VERS. 7. Toſcheoderach] *Barbarum nomen, priſcis* Scotis, *& Hybernis vſitatum, pro Serjando, vel, Serviente Curiæ, qui literas citatorias mandat exſecutioni. Et apud interpretes Juris Civilis Nuncius dicitur.* David. 2. *Rex* Scotiæ, *dedit & conceſsit* Ioanni Wallace *ſuo Armi-gero, & fideli, officium Serjandiæ Comitatus de* Carrik, *quod officium,* Toſchadorech *dicitur, vulgò,* ane mair offee.

9. Contra quem] *Id eſt, citatio debet continere nomen Actoris contra quem Reus citatur, vel ad cujus inſtantiam in jus vocatur.*

14. Die Dominico] *Actiones diebus feriatis, ad hominum neceſsitatem introductis, intentari poſſunt.* §. Inſtit. de actionib. & ibi. Dd. *Sed in feriis ad honorem Dei inſtitutis, vt eſt dies Dominicus, actiones proponere non licet.* l. 2. C. de feriis. *Et citatio facta die non feriato, non valet, vt ſcilicet, actus fiat die feriato. Neque in die feriato, ad judicium venire quiſquam compellitur.* L. 2. ff. de in jus vocand. c. 1. de feriis.

Vox præconis] l. vlt. C. de feriis. *In nonnullis libris, omnis judiciaria vox præconis. al. Horrida vox Præconis, per quam Rei citantur, publico clamore præconis, præſertim apud crucem foralem principalium vrbium Vice-comitatuum.*

VERS. 16. Et ſi ſummonitor] *Hic locus contra fidem omnium ferè codicum, ex vetuſto codice ita legitur:* Et ſi ſummonitor nimis remiſſus, aut defectivus, aut alteri favorabilis ſit, extractus: in miſericordia Domini Regis erit; et etiam, &c. *quam lectionem magis probo.*

DE TENENTE SVMMONITO, QVI neque venit, neque mittit. CAP. 7.

TEnens ſummonitus ad diem præfixum, aut venit, aut non venit; aut nuncium, aut eſſonium mittit, aut neutrum. Glanv. lib. 1. c. 10.

2. Si neque venerit, neque miſerit: Adverſarius ejus (ſcilicet, petens) adverſus eum quolibet die coram juſtitiario compareat, & ſe liti offerat: Et ita per tres dies, in Curia exſpectabit. *De Reo cõtumace, qui neque venit, neque mittit.*

3. Et ſummonitiones probentur, juxta conſuetudinẽ Curiæ.

4. Et pars tenens per aliud Breve, ſummonebitur per intervalla quindecim dierum ad minus, vt veniat reſponſurus, tàm ſuper principali placito, quàm ſuper eo quòd ad primam ſummonitionem neque venerat, neque miſerat.

5. Et ita [a] ſummonitionibus in hac forma emiſſis, ſi ad quartã ſummonitionẽ neque venerit, neque miſerit; capiatur terra ejus, in manu Domini Regis, & per quindecim dies remanebit. [a] *viz. tribus ſummonitionibus, ad tres Curias.* Iac. 1. parl. 9. c. 117.

6. Quòd ſi tenens infra illos dies venerit: poterit recuperare ſaſinam terræ per plegium. *De quarta Curia. De pœna Rei citati, et contumacis.*

7. Si non venerit, adjudicabitur ſaſina illius terræ, ſuper qua placitum oritur, ipſi petenti, cum fructibus terræ ejuſdem. Ita quòd tenens ſuper hoc, de-cæterò nunquam audietur, niſi ſuper proprietate per Breve de recto. Vid. Iac. 2. parl. 6. c. 30. Iac. 4. parl. 3. c. 30.

8. Si verò infra illos dies venerit, volens replegiare tenementum ſuum, præcipietur ei, quòd ad quartum diem veniat; & habebit quod de jure habere debet.

9. Et ita poterit ſaſinam recuperare ſi venerit.

10. Si verò venerit ad quartum diem, cũ Brevi Domini Regis in manu ſua, ad eſſoniandũ dies, in quibus fuit abſens, ſufficit.

Glanv. lib. 1. c. 9.

11. Sed ſi omnes ſummonitiones negaverit, pro qualibet, jurabit duodecimâ manu.

12. Et ſi vnus juratorum defuerit, aut juſtè per exceptionem poterit amoveri, eâdem horâ amittet ſaſinam pro defectu ſuo.

13. Et ſi ſufficienter juraverit, eodem die de placito reſpondebit.

De tenente qui non venit, ſed Eſſoniatorem mittit.

14. Sed ſi ad primum diem non venerit ſummonitus; ſed ſe eſſoniaverit, recipietur eſſonium, ſi fuerit rationabile. Et ita tribus vicibus continuè poterit ſe eſſoniare.

Glanv. lib. 1. c. 31.

15. Et ſciendum eſt quòd quando tenens eſt ſummonitus ſimpliciter, ſine plegij datione, quæ dicuntur de eſſoniis, locum habent in abſentia tenentis.

De tenente qui non venit, ſed plegios invenit in cauſſa Civili.

16. Si verò fuerit loquela talis, quòd ipſe tenens plegios invenerit de ſtando ad rectum, tùm ſi hoc recordatum fuerit rectè per juſtitiarium, vel Vice-comitem, quòd plegios invenit, quod contingit de civili negotio, vt de fine in Curia Domini Regis, vel ejus juſtitiarij, coram eis facto, & non obſervato & in novis diſaſinis: tunc quidem ſi ipſe tenens ad primum diem non venerit; ejus plegij in miſericordia Domini Regis erunt. Et ſuper placito capitali, ipſi plegij [b] efforciabuntur; & ita per tres dies, eo ſemper abſente, in placito illo erit proceden dum.

[b] *Diſtringentur*, ſal be poinded, & diſtrenziet.

17. Et ſi ad tertiam ſummonitionem non veniat, capiatur tenementum, vt ſuprà, in manu Domini Regis, & teneatur: plegijs in miſericordia remanentibus.

De tenente qui non venit, ſed plegios invenit, in cauſſa criminali.

18. Qui ſunt etiam ſummonendi, quòd ſint ad certum diem, & locum, judicium in Curia inde audituri.

19. Si autem fuerit negotium criminis (vtpotè de pace Domini Regis infricta) tunc ſecundum juris ordinem, vt in ſuperiori caſu, ſuper hoc erit procedendum.

Attachiamentum corporis, ſive citatio realis, locum habet in delictis. Authen. vt nulli judicũ. §. Si verò. coll. 9.

20. Niſi tantùm quòd ad tertiam ſummonitionẽ corpus ſuũ attachiabitur; licet de cõcilio Curiæ feſtinantiùs puniatur, propter Curiæ contemtum, ſtatim enim ſi ad primum diem non venerit; corpus ejus capiatur; plegijs in miſericordia remanentibus.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIO.

Hoc caput in omnibus codicibus variè legitur; in vetuſtioribus verò ita legi debet ad verſum octavum. Tenens ſummonitus ad diem præfixum, aut venit, aut non, aut nuncium & eſſonium mittit, aut neutrum.

2. *Si neque venerit, neque miſerit, adverſarius ejus qui petit, adverſum eum die ſtatuto compareat, & ſe liti adverſus eum offerat, & ita per tres dies in Curia exſpectabit.*

3. *Et ſummonebitur tenens ad quartum diem, quòd veniat reſponſurus ſicut prædictum ſufficienter.*

4. *Et ſi non venerit, neque ſufficienter pro ſe miſerit, adjudicabitur terræ illius ſaſina, ſupra qua placitum oritur ipſi petenti, cum fructibus terræ ejuſdem.*

5. *Ita quòd tenens ſuper hoc nunquam audietur.*

6. *Niſi dies ſuæ defaltæ ſalvare poſsit, per Dominum Regem ſuum warantum, & per Breve Domini Regis, quod incontinenti oſtendat, pro ſuo waranto.*

Veteris proceſſus formula, ex jure civili deſumpta.

VERS. 2. Et ita per tres dies] *Ideſt, per tres Curias tribus diebus tentas: Nam ſecundum veterem formam proceſſus, in his libris viſitatam, quatuor ſolent in ſingulis placitis, & actionibus, citationes fieri per intervalla certi temporis, veluti 15, aut 40. dierum, præſertim ſi pars defendens legitimis eſſonijs, & excuſationibus vtatur. Unde factum fuit vt propter longam litigantium tergiverſationem lites immortales fierent. Hujus autem formæ* Vlpianus *fuiſſe auctor videtur.* in l. ad peremtoriũm. 68. ff. de judiciis *Ad peremtorium edictum, inquit, hoc ordine pervenitur, vt quis primò petat per abſentiam Adverſarij edictum primum, mox alterum, & tertium. Quibus propoſitis tunc peremtorium impetret, quòd inde hoc nomen ſumpſit, quod perimeret diſceptationem, hoc eſt, vltra non pateretur adverſarium tergi-verſari. Poſtremò, poſt edictum peremtorium impetratum, cùm dies ejus ſupervenerit: tunc abſens citari debet, ſive reſponderit, ſive non: agetur cauſſa, & pronunciabitur, vel ſecundum præſentem, vel ſecundum abſentem, ſi bonam cauſſam habeat.* Hæc Vlpian. *Cujuſmodi forma proceſſus, etiam in cauſsis criminalibus locum habuit.* l. inter. 10. & ibi gl. ff. de pub. judic. l. 53. de re jud. l. 8. 9. C. Quoniam & quando jud. c. vlt. de vit. & honeſtat. Cler. c. 2. in 6. de cohab. Cler. c. 45. de ſentent. excom. *Hoc ſemel annotaſſe ſufficiat, vt lector intelligat majores noſtros totam hanc veterem proceſſus formulam, ex jure civili mutuatos eſſe. Sicut pleraque alia quæ in his libris continentur. His autem tot edictis, ſeu citationibus nunc non vtimur: Nam in omnibus ferè litibus, vt plurimùm duæ citationes locum habent, quarum poſterior eſt peremtoria, eo quòd admonitionem ſeu comminationem judicis, parti factam continet, vulgò,* Certificationem *vocant.*

VERS. 7. Niſi ſuper ptoprietate] *Hæc verba ſunt expungenda. Hic enim agitur de Brevi, de recto, ſive de rei vindicatione in rebus immobilibus, eorumque proprietate.* ſupra. c. 6. 1. *Ideoque qui per hoc Breve cauſſa cadit, & rei proprietatẽ amittit, nõ eſt iterũ audiendus de ejuſdẽ rei proprietate.* Infr. c. 1313.

VERS. 8. Si verò infra] *Hæc omnia quæ ad finem hujus Capitis ſequuntur, in omnibus ferè libris fide digna deſiderantur.*

VERS. 11. Duodecimâ manu.] *Senſus eſt, ipſe tenens, & undecim alij Conjuratores, ſeu Sacramentales, cum eo jurabunt, & ſummonitiones eſſe factas negabunt. Cujuſmodi forma probationis eſt ſpecies quædã purgationis, acquietatio-*

nis, ſive acquietantiæ. Purgatio autem, alia eſt vulgaris, per duellum & ſingulare certamen, quod jure tàm Canonico, quàm Civili prohibetur. c.1.de purg. vulg. leg.1. C.de gladiator. *Vel per ferrum candens, vel aquam fervidam.* lib.4.c.3.*quæ fit cùm quis ignitum ferrum prehendit manu, aut manum, aliamve corporis partem in aquam fervidam immittit. Et ſi illeſus receſſerit, innocens judicatur: Sin autem ambuſtus fuerit, reus criminis exiſtimatur. Cujuſmodi forma purgationis à* Longobardis *recepta, apud majores noſtros in uſu fuit, ſed poſteà abrogata fuit.* Stat. Alexand. c. 7.*jure quoque divino, tanquam impia; prohibetur,* Deut. 18.10.11. Num. 5. 12. &c. *Alia eſt purgatio Canonica, de qua in jure Canonico.*tit.de Purg. Canon. & ibi Hoſtien. *quæ fit per legitimum juramentum. Nam etſi de jure, Actori incumbit onus probandi: tamen ſi Actor nullas habeat probationes, aut aliquas habeat, ſed illegitimas, tunc purgatio conceditur Reo, ſive tenenti.* Lib. 4.c.21. leg. Burg. c. 82. *quæ fieri ſolet per ipſius tenentis, & aliorum juramentum.* Quon.Attach.c.5. *Qui propterea dicuntur Compurgatores, Conjuratores, Sacramentales, quorum numerus eſt incertus. Aliquando enim purgatio fit propriâ & unicâ manu, tertiâ manu, quartâ manu, ſextâ manu, hoc eſt, ipſius tenentis, & unius, vel duorum, trium, vel quinque conjuratorum, & nonnunquam plurium juramento, ut manifeſtum eſt, ex multis locis, in his libris.*

Sacramentales cõjuratores.

VERS. 14. Et ita tribus vicibus] *Tenens poteſt facere defaltas, & tribus vicibus, hoc eſt, tribus Curijs poteſt ſe Eſſoniare, & juſtam ſuæ abſentiæ cauſſam allegare. Sed in quarta Curia debet comparere, & probare omnes ſuas defaltas, & Eſſonia fuiſſe legitima: Alioqui litem amittit, ideóque quarta Curia, dici ſolet peremptoria.*

Quarta Curia, eſt peremtoria. Vid. Iter. Iuſti. c. 9.

VERS. 15. Et ſciendum eſt] *Si tenens citatus non invenit plegium, ſive fide-juſſorem: tunc ipſe ubi poteſt Eſſonijs, & ſuam abſentiam excuſare pro ſeipſo, & proprio nomine, ut dictum eſt.*

VERS. 16. Si verò fuerit loquela] *Sequitur de plegijs inventis per tenentem in cauſsis civilibus vel criminalibus, quorum duo ſunt genera.* Quon. Attach.c.17. *Porrò, ſi Reus invenit plegios de ſtando juri, ſive de ſtando ad rectum, & die præfixo in Curia non comparuerit: Plegij in cauſsis civilibus non ſolùm efforciantur, hoc eſt, captis pignoribus diſtringuntur, pro defaltis factis per Reum, pro quo ſunt plegij; ſed etiam coguntur ſatisfacere Actori de principali lite: Nam in hoc caſu obligantur cautione de judicio ſiſti, & judicatum ſolvi.*

Pœna plegiorum in cauſſa civili.

VERS. 18. Si autem fuerit negotium] *In cauſſa criminali pro maleficio committendo, plegius, vel fide-juſſor dari poteſt. Sed pro maleficio jam commiſſo, fide-juſſor obligari poteſt. Verùm, in cauſsis criminalibus, poteſt agi dupliciter, vel ad intereſſe, & pœnam pecuniariam, vel ad pœnam capitalem:* l. vlt. & ibi gl.ff.de privat.delict.vlt.ff.de furt.*Si agatur pecunialiter, fide-juſſor dari & obligari poteſt.* l.Græcè.8.§.3.l.ſi quis.56. in fin.ff.de fide-juſſ. *Quòd ſi ad corporalem pœnam agatur, tùm fide-juſſor dari non debet.* l. ſi à Reo.70. in fin.ff. de fide-juſſorib. *ne innocens fide-juſſor, alieni criminis, aut periculi ſucceſſor conſtituatur; quod fieri non debet.* l. crimen.26 ff.de pœn.

De plegijs in cauſſis criminalibus.

DE ESSONIIS. CAP. 8.

De Eſſoniis per Reum propoſitis.

ET quia variis ex cauſſis cõtingit aliquem ſe Eſſoniare, & juſtè: de diverſis Eſſoniorum generibus videamus.

Glanv. lib. 1. c. 10. c. 11. c. 12. Iac. 1. parl. 9. c. 14. Edward. 2. An. 12. jur. Norman. lib. 9. c. 10.

2. Eſſoni-

Digitized by Google

2. Eſſoniorum aliud provenit ex infirmitate, aliud aliunde.

3. Cùm ex infirmitate, aliud ex infirmitate [a] veniendi, aliud ex infirmitate languoris de reſſeantiſa, id eſt, de infirmitate, qua quis gravi morbo tenetur.

4. Si verò ad quartum diem venerit tenens, poſt ſua tria Eſſonia, & omnia Eſſonia warantizaverit, probabit quodlibet Eſſonium, propria [b] manu, & vnica. Et ſic eodem die de placito reſpondebit.

5. Ita dico quòd probabit quodlibet Eſſonium, vt prius ſi infirmitas, vel [c] cauſſa Eſſonij non fuerit legitimè probata per aliquos fide dignos de Curia.

6. Si verò non venerit tenens, ad quartum diem, capiatur tenementum in manu Domini Regis. Et præterea ſummonebitur tenens principalis, quòd veniat reſponſurus ad caput 15. dierum, oſtenſurus quare Eſſoniatorem ſuum, non [d] warantizaverit, ſicut de jure debuit, & ad capiendum judicium ſuper defalta ſua quarti diei.

7. Plegij autem [e] Eſſoniatorum, in miſericordia Domini Regis, & Foris-facto remanebunt per judicium.

8. Si verò prædictus tenens, ad prædictum diem non venerit, nec aliquem pro ſe ſufficientem miſerit ad Curiam; adjudicabitur ſaſina dicti tenementi ſuo adverſario petenti: Ita quòd ille tenens ſuper hoc nunquam de-cæterò audietur.

9. Si verò eſſonietur aliquis, de infirmitate qua quis detinetur, in eadem villa vbi placitum oritur vel exiſtit, conſiderabitur à Curia, quòd quatuor fide digni mittantur ad [f] infirmum, ad ſciendum vtrum infirmitas, ſit languor, an non.

10. Et ſi videatur quòd ſit languor, & hoc teſtificati ſunt in Curia; tunc in hoc caſu, non tenetur eſſoniatus jurare ſuper cauſſa ſui Eſſonij.

11. Si verò primo die ſe quis eſſoniaverit, ſecundo die ſi non venerit, ſed fecerit defaltam, tunc tàm principalis tenens erit in miſericordia, quàm Eſſoniator. Et erunt ſummoniti tàm principalis tenens, ad reſpondendum ſuper principali querela, quàm Eſſoniator ad reſpondendum ſuper defalta ſua, vel Eſſoniatione ſua, ſi non habeat fide-juſſorem.

12. Eſt & aliud genus eſſoniandi, & neceſſarium: Si quis eſſoniatur de eſſe vltra mare de *Forth*, vel vltra aquam de *Spey*. Et tunc ſi recipiatur Eſſonium, dabuntur ipſi Eſſoniato, qua-

[a] *Al. ex infirmitate ſubito caſu venientis.*

[b] *i. Suo proprio juramento, et vnius conjuratoris.*

[c] *Nam quod eſt ſemel probatum, nõ debet iterum probari.*

De tenente qui nõ venit ad quartam Curiam, vt Eſſoniatorẽ ſuum warantizet.

[d] *i. Non ſervaverit indemnem.*

[e] *Al. Eſſoniorum.*

[f] *i. Eorum qui eſſoniantur.*

De tenente qui neque venit, neque mittit ad quartam Curiam.
Lac. 4. parl. 3. c. 30.

De Eſſonio Infirmitatis.
Edward. 1. An. 13. c. 17. Glanv. lib. 1. c. 18.

[g] *Al. ad infirmum ſub ſacramento.*

[h] *in Curia vt prædicitur jurati.*

De eo qui primo die mittit Eſſoniatorem, et ſecundo die facit defaltum, et non comparet.

De Eſſonio vltra mare de Forth.
Glanv. lib. 1. 25

quadraginta dies integræ, die in quo proponitur Eſſonium minimè computato.

Mar.parl.6.c.31. 13. Et ſi vlteriùs alio Eſſonio rationabili ſe eſſoniaverit; extunc ſolitus curſus 15. dierum legitimè ſervabitur, in reſpectu dando. Sunt et alia Eſſonia, quæ fortaſſe locum habere poſſunt, ad ſalvandum illos tres dies, vel aliquem illorum, vel quem, vel quos exſpectat adverſarius in Curia, vt ſubita aquarum inundatio, vel alius caſus repentinus, qui prævideri non poteſt.

14. Per ſervitium Domini Regis, rationabiliter ſe eſſoniat quis. Et cùm in Curia probatur hoc Eſſonium, & admittitur, remanebit loquela illa ſine die, niſi Curiæ conſtiterit aut conſtare poterit, de loco in quo eſſoniatus conſiſtit.. Et tunc ſecundum diſtantiam loci in quo reſtat, in ſervitio Domini Regis; remanebit loquela vt priùs, donec conſtiterit ipſum eſſoniatum, ab illo ſervitio Domini Regis rediiſſe.

15. Vnde hi, qui in ſervitio Domini Regis aſſidui ſunt, vt dominici ſervientes ipſius, hoc Eſſonio non gaudebunt: ergo circa eorū perſonas obſervatur ſolitus curſus Curiæ, & juris ordo.

Domeſtici ſervi Regis, non gaudent hoc Eſſonio. C.1.10. 16. Sed circa Eſſonia prædicta Dominus Rex David præcepit diſtinguere in hunc modum. Qui per ſervitium Domini Regis, ſe Eſſoniari facit, aut priùs comprehendit eum ſummonitio in querela, vnde ſuus adverſarius quærit eum ponere in placitum ſeu querelam: Aut priùs ivit in ſervitium Domini Regis, & poſteà fuit ſummonitus.

17. Si priùs fuit in ſervitio Domini Regis, & poſteà ſe eſſoniari fecit per ſervitium Domini Regis; refert vtrum per mandatum domini Regis ſpeciale, vel generale, vt ſit ex neceſſitate in illo ſervitio, vel ſi de novo ingeſſerit ſe in illo ſervitio.

18. Nam ſi ex voluntate, & non ex præcepto Regis, ad ſervitium Regis ſe ingeſſerit, in alterius fraudem: videtur quod hoc Eſſonium non debet ei prodeſſe, & alij obeſſe.

19. Diſtinguitur etiam vtrum iverat vltra mare, vel alibi, vt prædictum eſt, vel non.

20. Si vltra mare: dabitur ei reſpectus quadraginta dierum, & non minùs.

21. Quòd ſi infra illos quadraginta dies non venerit: obſervabitur curſus Curiæ, & juris ordo in omnibus.

22. Et quandocunque apparebit in Curia per ſe, vel per reſponſalem: Dominus Rex ſtatuit, quòd dictus eſſoniatus habeat Breve Domini Regis, ad warantum ſuum de præmiſſis Eſſonijs.

Quod

Quod quidem Breve in Curia incontinente oſtendat.

23. Si autẽ citra mare fuerit in ſervitio Domini Regis: tunc in voluntate Ballivi erit,& in bene-placito Curiæ,brevioré terminũ ponere,vel ampliorem eidem,ſecundum quod videbitur Domini Regis Ballivo,vel ejus Curiæ magis expedire, dũ tamen obſervetur juris ordo in omnibus, ita quòd neutra pars injuriam patiatur indebitè.

De his qui ſunt citra mare de forth. *De Eſſonio peregrinationis vid.* Iac.6.parl.7.104. Glanv.lib.1.c.29.

24. Eſt autem & aliud Eſſonium, quod quandoque in Curia præſentatur, ſcilicet, de eſſe in peregrinatione.

25. Et ſuper hoc diſtinguendũ eſt, vtrũ eſſoniatus fuit priùs, ſcilicet,antequam iter arriperet,poſitus inde in placitũ,vel non.

26. Quòd ſi priùs iter arripuit, & poſt modum ſummonitus, tunc diſtinguendum eſt, quô iverit, ſcilicet, an ad *Hieruſalem*, an ad Sanctum *Jacobum*, vel ad *Romam*.

27. Si iverit ad aliquẽ prædictorum locorũ: ceſſabit loquela vſque ad reditũ ipſius ſummoniti, niſi malitioſè ſe abſentaverit.

28. Si autẽ ſũmonitus fuerit,antequã iter arripuerit,& poſteà eſſoniatus per aliquot prædictorũ Eſſoniorũ: tunc debet dari ipſi eſſoniato, ad minus, ſpatiũ & terminus vnius anni,& vnius diei. Mar.Regin.parl.6.c.32

29. De alijs autem peregrinantibus, debet reſpectus ſecundũ longitudinem, & brevitatẽ itineris, pro-vt ſuperiùs eſt expreſſum, & pro-vt de jure videbitur temperandum.

Eſſonium ratione nundinarum. Glanv.lib.1.c.28.

30. Eſt autem aliud genus eſſoniandi cùm quis eſſoniatur de eſſe ad nundinas, & ſi tunc recipiatur, Eſſonium, fiat de eodem Eſſonio,ſicut de Eſſonio peregrinationis per omnia, dùm tamen obſervetur juris ordo, ſecundum diſtantiam locorum, & longitudinem, & brevitatem itineris.

De Eſſonio Actoris Al. quadragima dierum.

31. Cõtingit præterea, aliquẽ eſſoniari in Curia per infirmitatẽ, vel aliquo alio rationabili Eſſonio, qui invenit plegiũ,ad proſequendũ cõtra aliũ, nũquid taleEſſoniũ erit de jure recipiendũ?

32. Ad iſtã quæſtionem ſolvendã ſtatuit Dominus Rex David,quòd cùm lex ſit tradita,pro cõmuni vtilitate partiũ,tàm petentis,quàm tenentis, iniquitas eſſet, ſi remedium beneficij juris, eſſet ablatum, aut denegatum magis ab vno, quàm ab alio.

33. Et ſi Curia viderit, quòd tale Eſſonium proponatur, dùm tamen ſit legitimè propoſitũ: & hoc in Curia teſtatus fuerit Eſſoniator: Et hoc per Vadium, & plegium affirmaverit, aut probatum fuerit, vt prædictum eſt de Eſſonio infirmitatis, per teſtes de Curia: tunc Eſſoniatus, habebit alium diem rationabilem ita reſpectuatum, quindecim dierum ad minus.

34. Et

34. Et ſic ſalvare poſſit cauſſam, & placitum ſuæ querelæ, ſi velit vlterius proſequi.

35. Quandoque contingit vtrumque, eodem die, ſimul abeſſe, tunc vterque, judicabitur in miſericordia, propter defaltam ſuam.

Annotatio.

Eſſonium?] Eſſoignie *Vetus verbum apud Gallos, excuſationem ſignificat; Nam Eſſoniator, ſive excuſator, dicitur, qui ad allegandas cauſſas abſentiæ alterius perſonæ, in Judicio intervenit. Et in omnibus cauſsis civilibus, & criminalibus, tàm publicis, quàm privatis, admittitur. Cheſſanneus in* conſuetudi. Burgund. rubrica 4. §. 5. num. 28. Poſt Bart. latiſſimè l. accuſatore. 13. §. ad crimen. num. 16. de public. judic.

Vers. 3. De reſſeantiſa] *Apud Gallos reſſeant, dicitur, qui reſidet, & in aliquo loco ſedem, & domicilium habet: & Eſſonium de reſſeantiſa, dicitur, cùm quis in judicio excuſatur, ratione morbi continui, & qui jam quaſi radices egit: Vt rebus agendis impedimento ſit, & morbus ſoriticus vocatur.* leg. morbus. 113. de verb. ſignif. *hoc eſt, vehemens, & graviſsima ægritudo, vel juſtus & perpetuus morbus, qui alicui rei gerendæ impedimento ſit; vt ſcribit Crinitus.* lib. 25. c. 10. l. Queſitum 60. ff. de re judicat. *In nonnulis libris dicitur Eſſonium de* Bed-evill *cum ſcilicet, quis eſt lecto affixus.* Galli mal. de lit, *dicunt.*

Vers. 4. Si verò] *Eſſonium infirmitatis in eadem villa, per Reum legitimè allegari poteſt.* l. 9. ff. de procur. *Nam infirmitas, tempeſtas, vis fluminis, excuſant.* l. 2. ff. Si quis cautionib. &c.

Et ſi videatur] *Languor dicitur infirmitas, cum vires corporis, vel animi deficiunt. Eſt enim morbus non ſolùm corporis, ſed etiam animi.* L. juſto. 44. §. eum qui. ff. de vſucap. *Debilitas quoque corporis, excuſationem præbet.* l. 2. l. 3. C. qui morb. ſe excuſ. lib. 10. *Porrò qui à Curia mittuntur, vt eſſoniatum inſpiciant, aut teſtantur eum eſſe corpore, & animo ſano; & hinc præcipietur ei, vt veniat, & cauſſam in ſe ſuſcipiat, eamque defendat. Aut teſtantur eum eſſe infirma valetudine, & languido corpore, vel animo, vt venire non poſsit: Et in hoc caſu dabitur ei dilatio aliquot dierum, veluti quindecim ad minus. Et poſteà valetudini reſtitutus, & in judicium veniens non tenetur jurare ſuper ſua valetudinis Eſſonio; quia probationes non ſunt iterandæ.* Quon. Attach. c. 82. *ſecundum notiſsimam juris regulam, Probatio ſuper probatis, aut deciſis non admittitur.*

De quo proponitur Eſſonium] *Cùm quis in judicium citatur, vt ad certum diem compareat in judicio: aut dies citationis, aut dies comparitionis debet eſſe liber citato: Ita vt numero dierum a jure præfinito, contineri non debeat. Præterea ex hoc loco patet, quòd ſi quis abſens citetur, per hujuſmodi dierum ſpatium: quod ſolet concedi abſentibus (veluti per quadraginta, vel 60. dies) non eſt neceſſe, per totidem dies, eum, ſi non venerit in ſecundo, vel vlteriori aliquo termino,*

Digitized by Google

mino, citare : ſed ſufficit ſervare legitimum dierum numerum, qui ei, ſi præſens eſſet, concedi ſolet, vt paulò pòſt hîc ſequitur.

VERS. 18. Nam ſi ex voluntate] *Hunc locum reſtitui*, ex cap. 87. de judicibus: *Porrò, ſi quis in fraudem alterius ſe ingeſſerit in ſervitium Regis, hoc Eſſonio non vtitur ; quia nemini dolus ſuus debet eſſe lucroſus, nec alteri damnoſus.* l. electio. 26. §. vlt. ff. de noxal. act.

VERS. 24. Eſt autem & aliud] *Eſſonium peregrinationis, conceditur Reo, ſive peregrinatio ſit neceſſaria, ſive voluntaria Religionis ergò, ſuſcepta*, l. 9. L. 18 ff. de procurat.

VERS. 31. Contingit] *Dictum eſt hactenus de Eſſonijs, & dilationibus à Reo, ſeu tenente allegatis : Nunc de Actore, ſeu petente ſe excuſante agitur. Nam ſi judicium ſit deſertum, vel inſtantia peremta, propter abſentiam Actoris ; is ſive ſit minor, ſive ſit major, reſtituitur : Etſi doceat ſe ex juſta cauſſa abfuiſſe, Eremo-dicij, hoc eſt, deſertæ litis, reſtauratio, illi conceditur.* L. ait prætor. 7. in fin. de minoribus.

VERS. 32. Pro communi vtilitate] *Actoris, & Rei par debet eſſe conditio.* c. 2. de mutuis petition. & ibi gloſſ. c. non debet. de Reg. jur. in Sext. *Itaque Actor ad primum diem non veniens, poteſt ſe eſſoniare, ijſdem eſſonijs, & ijſdem modis, quibus & ipſe Reus. Etſi ſecundo die, neque venerit, neque Eſſoniatorem miſerit : & Reus præſens fuerit : Reus dimittitur ſine certo die, donec fuerit ab eodem Actore poſteà citatus. Et tunc Actor, qui priùs fecit defaltam litis, expenſas diſſolvet Reo ; & placitum incipiet, & proſequetur : Quòd etiam hodie in praxi communiter obſervatur.*

Quandoque contingit] *Tertia pars capitis. Quandoque neuter litigantium compâret ; ſed ambo abſunt, & litem deſerunt.*

DE VISV TERRAE PETITAE IN Curia faciendo. CAP. 9.

VTroque litigantium in Curia præſente, et petente, clameum ſuum faciente, ſuper injuſto deforciamento terræ vel tenementi, poterit defendens petere viſum terræ. Glanv. lib. 2. c. 1 Edward. 1. An. 13. c. 47.

2. Sed ad hoc, vt detur reſpectus, diſtinguitur, vtrum is qui tenet, habet plus de terra, in villa illa vbi terra eſt quæ petitur, quàm terram illam petitam, aut non.

3. Si autem plus non habuerit, tunc non dabitur ei viſio.

4. Si autem plus habuerit, dabitur ei reſpectus, & habebit poſt diem warantizationis eſſoniorum, diem ad quindenam, ad videndum terram.

5. Et cùm receſſum ita fuerit à Curia ad viſum terræ : tria eſſonia rationabilia poterit recuperare, de novo is qui tenet.

6. Et præcipietur Vice-comiti, quòd liberos homines de comitatu mittat, ad videndum terram illam, qui ex comitatu venient,

Digitized by Google

nient, ex præcepto Vice-comitis, et teſtificabunt viſum illum.

7. Poſt verò tria eſſonia rationabilia, cùm receſſum fuerit à Curia, ad viſum terræ: caveat petens ſibi, quòd diſtinctè, det viſum terræ, & ſecundum diviſas ſuas determinatas in literis Domini Regis. Etſi alio modo dederit viſum terræ, quàm continetur in Brevi Domini Regis de recto: de facto & de jure, litera eſt caſſabilis, & vacua.

8. Si verò determinatè ſecundum formam Brevis, dat viſum terræ: tenens, nihil ampliùs faciat illo die, niſi ſponte voluerit, aut inciderit in ſtultam reſponſionem.

Annotatio.

Si de terra fuerit controverſia mota, in Curia Domini Regis: ipſa terra controverſa, capitur in manibus Domini Regis, & ab eo tenetur, & poſsidetur. Sed tenens per ſe, vel per ſuum Actornatum, poteſt eam replegiare (hoc eſt, dato plegio, ejus poſſeſſionem recuperare) à Rege, ſi venerit infra 15. dies, à die captionis computandos: & terram ſibi adplegium dimitti petierit. In hoc igitur caſu, neceſſarius eſt viſus terræ, in principio litis; vt ex oculari inſpectione, intelligi poſſit quantitas terræ capiendæ, in manus Domini Regis: neplus, aut minus juſto capiatur. Nam cùm in Brevi Regis, nulla certa quantitas terræ continetur, ante viſum terræ; neſcitur quantum capi debet. Fit etiam hujuſmodi viſus terræ cùm tenens eſt contumax, & non compâret in judicio. De judicib. c. 93. Porrò, viſus terræ Gallicè Veuta *terræ dicitur, quod Latini dicant, in rem præſentem venire,* teſte Budæo in pandectas. *Poſtremò, ſæpè expedit, vt judex accedat ad locum terræ controverſæ, & loco inſpiciat, quorum fines regendi ſunt.* l. 8. ff. fin. regund. *Nam acriùs irritant animos, quæ ſunt oculis commiſſa fidelibus.*

DE FORMA PETITIONIS FACIendæ in Brevi de recto. Cap. 10.

Glanv. lib. 2. c. 3.
[a] *Poſt viſum terræ libelli inſpectio, debet dari parti defendenti.* Hen. An. 2. c. 3.

VTroque [a] iterum comparente in Curia, petens clameum ſuum, querelam in hunc modum oſtendat, & faciat.

2. Ego talis, dico, contra talem *N.* quòd pater meus, vel avus, ſeu frater meus, vel ſoror, vel aliquis alius de parentela mea, fuit in ſaſina illius terræ, per dies & annos, quæ jacet in tali villa, per certas metas ſuas diviſas, inter terram talis hominis, & terram talis: Quam clamo tenere hæreditariè, de Domino Rege, vel de alio Domino. Reddendo inde annuatim ſibi tantum, & aliis tantum. Quæ terra cum pertinentiis, mihi jure hæreditario pertinet, & deſcendit per mortem quondam talis, patris mei, vel

vel alterius de ſanguine, vel parentela ad me, ſicut jus meum. Et quam terram cum pertinentiis dictus talis, mihi deforciat injuſtè, & contra legem terræ in damnum meum, & pudorem, [b] decem librarum, vel ampliùs, vel minùs. Et ſi talis negat, peto aſſiſam talis villæ, & pono me in Deum, & aſſiſam villæ, ſuper petitione mea, ſalvis mihi ſuſpectis perſonis, ne procedant in dicta cauſſa: & ſalvo mihi beneficio plus dicendi, ſi neceſſe fuerit.

[b] *Al. librarum ſterlingorum.*

3. Eodem modo, & eâdem formâ debet fieri petitio, de omnibus terris quæ petuntur, per Breve Domini Regis de recto, [c] niſi quòd cauſſa mutatur, ſcilicet, ſi terra data ſit, vel emta.

[c] *Varietate tituli, variatur libellus.*

ANNOTATIO.

In hoc capite traditur forma libelli, ſeu petitionis, quam petens poſt viſum terræ, proponit in judicio. Dicitur autem libellus, ſive clameum, ſive petitio, brevis ſcriptura narrationem Actoris in ſe continens. l. vlt. C. de appellat. *Vel libellus eſt formula ſcripti, complectens actionem, & futuræ litis expoſitionem in judicio.* l. 1. C. de edendo.

VERB. 3. Niſi quòd cauſſa] *Nomine cauſſæ titulum intelligit. Debet enim libellus continere titulum, & cauſſam legitimam propter quam Actor petit terram, vel rem aliam ſibi reſtitui. Titulus autem, à tuendo dictus, eo quòd jus Actoris, vel Rei tuetur: Aut eſt univerſalis, vt jus hæreditatis ſupr. verbo* [*hæreditariè*] *per rationem.* leg. hæreditatis. 62. ff. de Reg. jur. *Aut eſt ſingularis, qui rurſum eſt duplex, lucrativus, & oneroſus.*

Titulus duplex.

Lucrativus.

Data ſit] *Titulus lucrativus eſt, cùm res ad aliquem pervenit, ſolâ liberalitate dantis, & ſine vllo onere accipientis; vt eſt donatio, legatum.* l. vnic. C. de imponend. lucrat. deſcript. lib. 10. et hic. verbo, data.

Vel emta] *Titulus oneroſus eſt, cùm is qui rem accipit, oneratur ad aliquid dandum, vel faciendum; vt in emtione, is qui rem emit, & accipit: cogitur dare pretium venditori.* §. *pretium.* Inſtit. de emt. & vend. et hic. verbo, emta.

Oneroſus. Edward. 1. An. 4. in Statuto de Bigamia, c. 6

QVALITER TENENS SE DEFENDET *contra petentem.* CAP. II.

PErlectâ autem literâ Domini Regis de recto, non habeat tenens neceſſe ad defendendum jus petentis, quando lectum eſt Breve de recto, nec aliquid dicere nec reſpondere, ad narrationem petentis, quouſque petens, vel ſuus prælocutor, verſus tenentem totum perdixerit, vel clameum ſuum narraverit.

2. Nec tenens, nec ſuus prælocutor, ſint per aliquam [a] exceptionem petentis calumniati, nec per aliquem Ballivum amerciati,

[a] *Al. petitionem.*

Digitized by Google

ciati; dummodò dictus tenens, vel ſuus præ-locutor, defendat injuriam, vim, aut injuſtum deforciamentum, ac jus ipſius ante exitum ſuum de Curia, ad conſulendum ſe vlteriùs ſuper dicendis.

3. Nec in Brevi de morte anteceſſoris, nec de recognitione (quod quidem Breve idem eſt, & habet eundem intellectum) Nec in Brevi de nova diſſaſina, habeat tenens ſeu prælocutor ſuus neceſſe ad defendendum injuriam, vel injurioſam detentionem; nec aliquid dicere, ſed ſine aliqua reſponſione ſimpliciter audire Brevia Domini Regis prædicta, & poſteà, reſpondere ad melius quod intellexerit, pro parte ſua dicendum, vel dici valendum, tàm contra Breve Domini Regis, quàm contra Clameum petentis.

4. Et acceptâ licentiâ, ad procedendum extra Curiam[a] ad concilium: Et hoc habito, ſcilicet, concilio, ad introitum Curiæ, defendet tenens injuriam, vim, & injuſtum deforciamentum.

[a] *i. Ad petendum conſilium amicorũ* Iac. 1. parl. 9. c. 115.

5. Et tunc incipiet tenens primô proponere exceptionem contra Breve Domini Regis, ſi habeat aliquam validam proponendam, ad caſſationem illius Brevis.

Nulle exceptiones ſunt valide contra Breve, ſi ipſũ Breve ſit legitimè conceptũ; vt declarat, Iac. 1. parl. 9. c. 113.

6. Et ſi omittat excipere contra literam, & proponat aliquam exceptionem contra Clameum petentis, tunc affirmat dictum Breve eſſe validum, & incaſſabile. Et ſi vlteriùs excipere voluerit contra dictum Breve; non erit ſuper hoc de-cæterò audiendus.

Annotatio.

Vers. 1. Non habeat tenens] *Hoc eſt, non eſt neceſſe tenenti ſive Reo, ſe defendere per exceptionem aliquam, contra jus petentis, donec priùs Breve Regis, & Clameum petentis audierit. Debet enim Tenens, ſi voluerit, primò Actorem, ejuſque petitionem audire, deinde ei reſpondere.*

Vers. 3. Ante exitum] *Tenenti ſive Reo, poſt libelli oblationem ſibi factam, tempus conceditur (inducias deliberatorias vocant) vt Curiam egrediatur, & amicos conſulat de exceptionibus ſuis proponendis. c. vlt. 3. q. 3. Dicuntur autem inducia deliberatoriæ, per quas Reo datur inſpectio tituli Actoris* (The ſicht of the piecis) *Cujuſmodi ſpatium ſolet eſſe viginti dierum. Authen. offeratur.* C. de litis conteſt. *dantur autem Reis ad deliberandum, vtrum velint cedere, vel judicio contendere.* l. 1. in prin. ff. de edend. *Quia judicis intereſt, ne litigantes præcipitentur, quandiu juſtè deliberant.* Specul. tit. de dilationibus. §. 1. nu. 18. *Deinde Reus velit, nolit, reſpondere cogitur. Cùm jus dicatur etiam in invitum.* l. inter. 43. §. 1. de verb. oblig. *Cujuſmodi inducia non ſolent concedi*

tedi Actori, quia is debet venire inſtructus ad agendum: Quùm liberum ſit illi ab initio agere, vel non agere. l. petendæ. 6. C. de temp. in integr. reſtit. l. 5. de dol. mal. & met. except. l. vnic. C. Vt nemo invit. agere vel accuſ. cog.

VERS. 5. Et tunc incipiat] *Secundum vſitatam fori conſuetudinem, Reus debet primò, proponere exceptiones (ſi quas habet) contra judicem. Quarum duo ſunt genera, aut enim ſunt exceptiones incompetentiæ, vt cùm res controverſa dicitur non pertinere ad ejus juriſdictionem, velut ſi judex civilis vult cognoſcere de cauſſa criminali, aut criminalis de civili. Aut ſunt exceptiones ſuſpiciomis ſeu recuſationis, vt cùm judex, alioqui competens, ob aliquam cauſſam eſt ſuſpectus, in cauſſa coram illo agitata, cujuſmodi ſuſpicionis cauſſæ ſunt variæ, & multiplices. Secundo loco, exceptiones objiciuntur contra Actorem, vt cùm Reus affirmat eum non habere perſonam ſtandi in judicio, vel quia eſt excommunicatus, vel rebellis, & vt loquuntur, vt lagatus. Tertiò, Reus excipere debet contra titulum Actoris, & litis ingreſſum; vt quando allegat ejus titulum de jure eſſe nullum. Cujuſmodi exceptiones poſſunt eſſe variæ, ſecundum variam naturam tituli, quo Actor vtitur. Quartò, exceptiones opponi poſſunt contra libellum, vt ſunt exceptiones dilatoriæ, quæ libelli ineptitudinem, & irrelevantiam arguunt. Tandem exceptionibus peremtorijs locus datur, quæ cauſſam ipſam perimunt, & prorſus tollunt, & extinguunt.* vid. §. 1. & ibi. Angel. Inſtit. de Exceptionib.

Exceptiones contra judicem.
Contra Actorem.
Contra titulum Actoris.
Contra libellum.
Exceptiones peremtoriæ.

QVO TEMPORE PROCEDENDUM eſt ad aſsiſam.

CAP. 12.

SEd eſto, quòd tenens nec habeat validam exceptionem contra Breve Domini Regis, nec contra Clameum petentis (de quibus exceptionibus inferiùs ſuo loco dicetur) tunc procedendum eſt ad aſſiſam bonam, ſuper petitione petentis, & reſponſione tenentis. Glanv. lib. 2. c. 13.

2. Poteſt etiam quis ſe ponere ad aſſiſam, tàm ſuper demanda ſervitii, quàm ſuper petitione terræ, tenementi, vel annui reditus, non ſolùm verſus extraneum: ſed etiam contra verum Dominum ſuum. *De quibus, et contra quos aſſiſa inſtituitur.*

3. Vt recognoſcatur per aſſiſam, quis eorum jus majus habeat, in terra petita. An ſcilicet, Dominus majus jus habeat terram retinendi in Dominio ſuo, an vaſallus terram tenendi de eo. *De numero perſonarum ſuper aſſiſa.* Vid. Inc. 6. part. 11. c. 18.

4. Factâ autem eodem die electione duodecim legalium hominum de vicineto, vel de Curia, jurabunt in præſentia partium,

per magnum ſacramentum, ſe recognoſcere, quis eorum habeat majus jus, in ſua [a] demanda.

[a] *Petitione. Forma eligendi aſſiſam, in Brevi de recto.* Glanv. lib. 2. c. 14. lib. 13. c. 7.

5. Extirpatis vtrique parti ſuſpectis perſonis, ſtatim fiat recognitio.

[b] *Alterius partis, nempe tenentis.* [c] *Poſuerit,* Glanv. lib. 2. c. 16. c. 17

6. Nec præjudicabit abſentia [b] alicujus partis, quin procedat Aſſiſa, cùm ſe jam de conſenſu ſuo [c] poſuerunt in Aſſiſam.

7. Procedente enim Aſſiſa, perdere poteſt quis propter abſentiam, & defaltam ſuam; lucrari autem omninò nemo abſens poteſt.

De his qui ſuper aſſiſa de rei veritate dubitant. Iac. 6. parl. 11. c. 91.

8. Procedente autem Aſſiſâ, ad faciendum recognitionem ipſam, aut benè notum eſt jus ipſum ipſis juratoribus omnibus; aut quidam ſciunt, & quidam neſciunt; aut omnes ignorant.

9. Si nulli eorum veritatem inde ſciverint, & hoc in Curia ſuper ſacramentum eorum teſtati fuerint, ad alios decurrendum erit; donec tales inveniantur, qui rei veritatem inde ſciverint.

10. Sin autem quidam eorum ſciant, quidam non; rejectis ignorantibus alij quidam vocandi ſunt ad Curiam, donec duocim ad minus reperiantur concordes.

11. *Item*, ſi quidam eorum dixerint pro vno, quidam pro alio litigantium, adjiciendi ſunt alij, donec duodecim ad minus in alter-vtram partem, concorditer acquieverint.

12. Jurare autem quilibet illorum debet, quòd ad hoc, ad quod vocati ſunt, ſcienter veritatem non tacebunt, nec falſum dicent.

juramẽtum aſſiſæ. Iac. 1. parl. 13. c. 138. *Cauſſa ſcientiæ.*

13. Ad ſcientiam autem illorum qui jurant indẽ habendam, exigitur, quòd per viſum vel auditum illius rei notitiam vel veritatem habeant per ſe, vel per verba patrum ſuorum, et per talia, quibus fidem teneantur habere, vt propriis.

Annotatio.

Vers. 6. Cùm ſe jam de conſenſu ſuo] *Ab initio libera electio datur tenenti, ſive Reo, vtrum velit ſe duello in Aſſiſa defendere.* Quon. Att. c. 61. *Sed ſi Aſſiſam elegerit, & petierit, vt per Aſſiſam de re controverſa cognoſcatur: non poteſt poſteà reſilire, ſed per Aſſiſam oportebit eum perdere, vel lucrari. Atque ita fit, vt quod ab initio fuit voluntatis, fiat neceſſitatis. Et quod quis ſemel*

VERS. 7. Procedente enim aſſiſa] *Aut tenens abeſt, aut petens. Si tenens abfuerit, nihilominùs procedit Aſsiſa, ſine vlla dilatione aut eſſonio. Nullum enim eſſonium ei conceditur in hoc caſu, neque ejus abſentia illi proderit; quia, vt dictum eſt, elegit Aſsiſam, & in eam conſenſit. Si verò petens abfuerit, die præfixo recognitioni faciendæ per Aſsiſam, juſta aliqua de cauſſa, legitimum eſſonium illi conceditur, & eo die non procedet Aſsiſa, ſed alius dies præfigetur, ad recognitionem faciendam, & ita in hoc caſu petens perdere poteſt propter ſuam defaltam.*

DE SENTENTIA ET RE JVDICATA.

CAP. 13.

CVm apparuerint duodecim legales homines, vt prædicitur ad Aſſiſam faciendam, de rei veritate certi, tunc procedet Aſſiſa, recognitura quis eorum, ſcilicet, petens vel tenens, majus jus habeat in [a] terra petita. Glanv. Lib. 1. c. 18. c. 16.

[a] *Alàn repetita.*

2. Et tunc quidem judex per conſiderationem Curiæ dabit pro judicio, quòd pars convicta, ſcilicet petens vel tenens, abſolvatur à Clameo alterius, vel condemnetur in Clameo in perpetuum. Ita quòd ipſe condemnatus ſuper hoc, nunquam decæterò audietur, in Curia cum effectu.

3. Quia ſciendum eſt, quòd lites deciſæ legitimè per magnam Aſſiſam Domini Regis, poſtmodùm nullâ occaſione ritè reſuſcitantur.

4. Si autem pro petente, per magnam Aſſiſam judicatum fuerit in Curia; tunc adverſarius ſuus terram petitam amittet cum fructibus, commoditatibus, aſiamentis, & pertinentiis ſuis, in terra ipſa tempore ſaſinæ inventis, eidem reſtituendam.

5. Quia fructus pendentes, pars fundi eſſe videntur.

ANNOTATIO.

VERS. 2. Et tunc quidem judex] *judex hoc loco, dici poteſt is, quem Adjudicatorem vocamus, vulgò*, Dumeſter, *qui in cauſsis cùm civilibus, tùm criminalibus, aſsiſariorum ſententiam affirmat: In Brevi autem de recto (de quo hic agitur) aut dicitur ſententia, pro tenente contra petentem, cujuſmodi vere-dictum appellamus ſervitium negativum: aut pro petente, contra tenentem, quod ſervitium affirmativum dicimus. Et ſive hoc, ſive illo modo judicatum fuerit,* Dumeſter of the courts. *Servitium negativum.* *Affirmativum.*

rit, pars convicta ſive ſit petens, ſive tenens, nunquam poſtea audietur, per rationem, & regulam in textu poſitam. Præterea ſi ipſe tenens condemnetur, & ſententia contra eum feratur, ipſe non ſolùm terram ipſam, ſed etiam omnes fructus reſtituere cogitur, vt paulò poſt ſequitur in textu. Porrò, de jure Civili, rebus judicatis ſtandum eſt. l. 51. patronus. 12. ff. de bon. libert. *Et cauſſæ probationibus contra-dicendum eſt, non etiam cauſſa jam probata retractanda eſt.* l. juſta. 9. ff. de manumiſſ. vindict. Bart. in l. & ex diverſo. 35. nu. 3. de rei vindicat. per l. ſi ſervus. 61. §. 1. ff. de furt. *Sed de jure hujus regni, quo nunc vtimur, lites civiles per judicem inferiorem, vel per Aſſiſam deciſæ, reſuſcitari, & in ſecunda inſtantia, per Dominos Concilij ſeu Seſſionis annullari, & rettractari poſſunt.*

VERS. 4. Tempore ſaſinæ] *Al. ſententiæ. quod non probo. Itaque cum Glanvilla.* lib. 13. c. 9. *intelligo catalla, res omnes mobiles, et fructus pendentes, qui inveniantur in terra controverſa, tempore ſaiſinæ, ſeu poſſeſſionis, quæ ſecundum Aſſiſæ vere-dictum in favorem petentis datum, per Vice-comitem dabitur petenti quod confirmatur.* lib. 3. c. 28. 13. 14.

VERS. 5. Quia fructus pendentes] *Fructus pendentes ſunt pars fundi.* l. fructvs. 44. ff. de rei vindic. *Et ideò propter vnitatem (vt ibi dicit gl.) eâdem actione petuntur, qua ipſe fundus. Nam qui dominus eſt totius, eſt quoque Dominus partis.* l. quæ de tota. 76. ff. de rei vindic. *Quoniam in toto, pars continetur.* l. in toto. 123. de Reg. jur. *Fructus pendentes dicuntur, qui jam nati, & formati ſunt, ſed nondum collecti, fundo & ſolo ad huc cohærent.* l. vlt. §. ſi procurator. ff. *quæ in fraudem credit. His opponuntur fructus percepti, qui ſcilicet percipi dicuntur, ſimul atque collecti, & à ſolo ſeparati ſunt, licet adhuc humi, & ſub dio jaceant, & nondum in horreo, vel cella reconditi ſint, vt tradit.* Ioan. Copus. lib. 1. c. 8. de fructib. per l. ſi fructuarius. 13. ff. quib. mod. vſufr. amit.

Fructus pendentes

Fructus percepti.

Henr. 7. An. 11. Glanv. lib. 2. c. 19. Henr. 8. An. 23. c. 3.

DE POENA TEMERE JVRANTIVM ſuper Aſſiſam. CAP. 14.

[a] *De Brevi de recto.* Iac. 2. parl. 6. c. 47. parl. 8. c. 63. Iac. 4. parl. 3. c. 35. parl. 5. c. 57.

POena autem temerè jurantium in [a] hac Aſſiſa, & qualibet alia ordinatur, & eſt regali inſtitutioni inſerta.

2. Si enim jurarores dejeraſſe in Curia, legitimè victi fuerint, hoc eſt, pertaynt, quæ vocatur probatio viginti quatuor hominum legalium juratorum, ad probandum dictam Aſſiſam dejeraſſe; vel ſi ſuper hoc confeſſi fuerint in Curia.

3. De catallis, & omnibus aliis rebus ſuis mobilibus, ſpoliabuntur, Domino Regi applicandis, ſalvis eis [b] tenementis ſuis.

[b] *Rebus immobilibus, veluti terris, quæ in hoc caſu nõ confiſcantur.*

4. Præterea in carcerem detrudentur, & ibi in carcere, per annum ad minus detinebuntur.

5. In-

Digitized by Google

5. Insuper autem de-cæterò legis beneficium & terræ amittentes, perpetuæ infamiæ notam, non immeritò incurrent.

6. Quæ pœna à Deo rectè instituta est, vt quoslibet ab illiciti sacramenti præstatione, in tali casu coerceat similitudo supplicij. Lib.4.c.19.

Annotatio.

Vers. 2. Viginti quatuor hominum] *Aliâs hominum juratorum. al. legalium hominum juratorum. Interpres* [Twentie foure leill men, and lauchfull] *Et rectè. Nam ex cap. proximè præcedente, duodecim legales homines in assisa cognoscunt in Brevi de recto, de terra, de demanda servitij, vel de tenemento. Si igitur hi jus dixerint contra æquum, & bonum; ad probandum eos pererrasse, & perjurij pœnam incurrisse, requiritur assisa ex numero duplicato, viz. 24. hominum legalium juratorum. Quidam legunt 25. nobilium virorum contra fidem omnium veterum codicum. Quam tamen lectionem confirmat statutum.* Iac.3.Parl.8.c.63.vt dixi de verb.signif.verbo. Assisa.

Vers. 2. Vel confessi fuerint] *Quia confessi habentur pro judicatis: Nam in jure, confessus pro judicato est, qui quodammodò suâ sententiâ condemnatur.* l.post rem. 56.ff. de re jud.l. 1.l.certum. 6.de confess. *Et ideo confessio, facit fidem contra confitentem.* infr.c.24.l.donari.28.ff.de donat.

Vers. 5. Legem terræ] *Legem terræ, seu patriæ amittere hoc in loco, nihil aliud est, quàm non posse stare in judicio, aut testimonio dicendo. Et, vt vno verbo complectar, infamiæ pœnam incurrere. Quod interpres clarè exprimit.* [And fra thine furth, the benefit of the law and of the land, they sall tyne, and throw their desert, evermore sall be haldin as infamous; and in proofe, acquittance, nor vpon anie aith to be made, they sall never more afterward be heard: neither before any judge, nor in any kinde of mater, to be receaved. *Lex terræ. i. Triplicium legis terræ. Nam per juri non gaudent beneficio legis.*

Vers. 6. Quæ pœna á Deo] *Alij* [adeò] *legunt, quod non probo, quia genuinum sensum corrumpit; Alij* [ideò]. *Nonnulli denique* [à Deo] *quod vtrumque tolerari potest. Prior enim lectio finem, posterior, & caussam & finem denotat. Ideò enim puniuntur perjuri conjuratores, super assisam, vt alij eorum pœna perculsi, perjuria detestentur, & hoc modo vnius, aut paucorum pœna, sit metus multorum.* l. 1. & ibi gl. ff. ne quis eum. *Deinde punire debent, vt alij eorum exemplo perterriti, coerceantur à similibus delictis.* c. de cohabit. Cleric. *Postremò, perjurium est horribile crimen in conspectu Dei, & graves pœnæ perjurij, in sacris literis sunt constitutæ.* Deut. 19. 16. &c. Zachar. 5. 3. 4. Proverb. 19. 5. *Porrò, in plurimis codicibus interseritur hoc in loco caput de pœna. Perjurium, ejusq;*

his placitis, quæ spectant ad forum Ecclesiasticum, loco quidem alienissimo: Ideòque illud rejeci ad c. 2. supra hoc lib. quasi ad locum magis idoneum. Sic enim fit, vt tota hæc materia de Brevi de recto, sibi constet, & capita quasi catenata cohæreant.

DE TENENTE PRO SE VVARANtum allegante. CAP. 15.

Glanv. lib. 3. c. 1. *De ordine, et forma proceſſus inter petentem, tenentẽ, et warantum.*

OR do placitandi in Curia is eſt, quem diximus, quando ejus, qui tenet, ſolum-modò præſentia eſt neceſſaria, & non alterius, ad reſpondendum inde.

2. Exigitur autem præſentia tàm alterius quàm tenentis: ſi idem dicat in Curia, rem petitam ſuam non eſſe, ſed eam tenere, vt ſibi commodatam, vel cuſtodię cauſſa ſibi commendatam, ſeu ſibi locatam, vel in vadium datam ſeu venditam, aut aliquo alio modo [a] ſibi deputatam.

Quon. Attach. c. 55.

[a] *Sibi tamen vt alienam deputatã ſeu depoſitam.*

3. Aut ſi dicat rem ſuam eſſe, & inde aliquem warantum habere.

Si Reus allegat aliquem in warantũ, is citari debet, vt rem controverſã warantizet.

4. Si verò dicat in Curia rem ſuam non eſſe, ſed alienam, tunc ille cujus illam rem eſſe dixerit, ſi præſens in eadem villa ſit vbi res calumniatur, ſummonebitur.

[b] *Reus qui allegat warantum.*

5. Et [b] ille in cujus poſſeſſione res inventa fuit, inveniet fide-juſſores ad intrandum in Curia rem calumniatam.

[c] *i. warantus*

6. Et ſi fide-juſſorem non invenerit: corpus ejus attachiabitur cum re, vſque ad diem in quo [c] ille, cujus dixerat rem illam eſſe intrandam, comparebit.

i. Principalis Reus qui vocavit warãtum.

7. Die autem adveniente, ſi compareat ille vocatus, & allegatus in warantum: & dicat illam rem ſuam eſſe; tunc [d] ille, in cujus poſſeſſione res primò attachiata fuit, quietus inde erit.

8. Et alius ſic vocatus in warantum, reſpondebit inde præciſè, & ſic [d] de novo, placitum inde incipietur.

[d] *Si warantus dixerit rem controverſam eſſe ſuam, tunc lis procedet inter eum et petentem ſive Actorẽ.*

9. Cùm verò is qui tenet, aliquem vocaverit in warantum in Curia, tunc capto ſufficiente fide-juſſore ab ipſo tenente, ſic warantum vocante, rationabiles dies ponentur ad habendum ſuum warantum.

Eſſonia concedumtur non ſolùm tenenti warantum vocanti, ſed etiam ipſi Waranto.

10. Ac tria eſſonia recuperare poterit ex ejus propria perſona, & ejus warantus cùm apparuerit, alia tria eſſonia.

De Waranto comparente in judicio.

11. Tandem eo comparente in Curia qui vocatus eſt in warantum, tunc cum eo omninò placitabitur, ita quòd ſub ejus perſona, ſcilicet, waranti, omnia quæ in placitum exiguntur, procedant in judicio.

12. Et ſciendum eſt, quòd cùm conſtiterit eum qui trahitur, aut vocatur in warantum, debere warantizare rem illam: decæterò

Digitized by Google

cæterò non poterit eam perdere [a] is cui debet warantizare eam, [b] quia ſi res dirationetur in Curia, tenetur ei ad competens excambium, ſi habuerit is vnde illud facere poſſit.

13. Contingit autem, quòd is qui vocatus eſt warantus, non vult, nec curat ad Curiam venire, ad warantizandam rem illam, vel ad demonſtrandum quare eam [c] ſibi warantizare non debeat.

14. Ideoque ad petitionem ejus, qui vocavit eum in warantum, de conſilio Curiæ & juris beneficio, [d] juſtificabitur ad id faciendum, ſi ſit in eadem Ballia ſecum, qui vocavit eum in warantum.

[a] *Tenens qui warantum vocavit.*

[b] *Si res controverſa, fuerit evicta in judicio per petẽtem: warantus tenetur tenenti ad excambium.*

De waranto contumace, et non comparente in judicio. Glanv. lib. 3. c. 2.

[c] *i. Tenenti, ſive Reo.*

[d] *i. Compelletur, cogetur.*

Annotatio.

Reus (qui ferè ſemper in his libris dicitur tenens) aut ſolus vocatur in judicium, de quo hactenus dictum eſt. Aut cùm in judicium ducitur, ſui defendendi cauſſa, alium in jus vocat, qui evictionis nomine illi de jure tenetur, vulgò, warantum vocant. Antiquâ Germanorum voce, Guarent, *ſignificatur auctor, qui de evictione tenetur.* Cujac. lib. 4. de feud. c. 38. *De quo deinceps dicẽdum eſt, vſque ad cap. 27. In jure Civili evictio definiri poteſt, rei evictæ, interpoſito judicis decreto, ablatio.* Azo. c. de evict. *Vel evictio, eſt rei noſtræ quam adverſarius legitimo titulo acquiſierat, per judicem recuperatio; vel evincere, eſt rem jure Dominii, ab aliquo per ſententiam judicis auferre: Nam ſi quis rem alienam, aut alteri obligatam vendidit; & poſteà verus rei Dominus, vel eam totam, vel ejus partem ab emtore in judicio evicerit, emtor habet regreſſum ad venditorem.* l. 1. ff. de evict. *quia venditor tenetur præſtare evictionem, ſive in venditione dictum non ſit, quantum evictionis nomine præſtari debeat; quo caſu præſtat ſuntum pretium, & id quod intereſt emtoris.* l. 6. c. de evictionib. l. in venditione. 60. l. evicta. 70. ff. eod. tit. *ſive per ſtipulationem id promiſerit.* l. 51. vindicantem. 17 l. 51. fundo. 53. ff. eod. tit.

Warantus.
Evictio.

Vers. 8. Et ſic de novo] *Hoc eſt, cùm warantus affirmat rem petitam eſſe ſuam: placitum ceſſabit inter principalem Actorem, & principalem Reum. Et in hoc caſu Reus liberatur, & lis incipiet inter principalem Actorem, & warantum. Hic enim propter ſui ipſius confeſsionem, Reum liti eximit: & eam in ſe ſuſcipit.*

Vers. 12. Et ſciendum] *Si warantus victus fuerit, & in judicio damnatus, ad warantizandum rem petitam ipſi tenenti: Is tenens, cui rem warantizare debet, non debet rem perdere, quia warantus ei tenebitur, vel ad rei reſtitutionem, vel ad competens excambium, hoc eſt, ad rationabile intereſſe: vel rei eſtimationem. Verùmtamen eſt in electione, & voluntate waranti (veluti illius qui rem vendidit) aut rem reſtituere, aut ejus intereſſe præſtare. Vt tradunt Doctores in* l. Inſulam. 144. de verbor. oblig. *Quòd ſi warantus non ſit ſolvendo, tunc recurrendum erit ad ejus fide-juſſorem, ſeu plegium. Et tamen eadem libertas conceditur fide-juſſori, vtrum velit rem evictam, an intereſſe reſtituere.* l. fide-juſſor. 15. ff. de dol. mal. & met. except.

Non

Non poteſt eam perdere] *Alij legunt* [*petere*] *vt ſit ſenſus, ſi warantus debeat ſententiâ judicis rem controverſam warantizare, non poteſt eam poſteà petere. Quæ lectio mihi non arridet. Itaque malo legere*; tenens non poteſt eam perdere, *vt paulò ante dixi, ſecundum fidem probatorum codicum. Porrò, æſtimatio, & valor rei evictæ, attenditur tempore evictionis, quando ſcilicet, res per ſententiam evincitur.* Bart. in l. ſi duorum, 46. §. Titius. nu. 4. de locato, & conducto.

DE VVARANTO REI FVRTIVAE. CAP. 16.

Lib. 3 c. 12. Stat. VVilh. c. 1. Stat. Alex. c. 12.

PRætereà, ſtatuit Dominus Rex David, de Catallo furato, vel de re furata, quòd in quacunque provincia inventa fuerit res calumniata, quòd ea adducatur ad loca, vbi idem Rex conſtituit catalla calumniata debere adduci.

Vid. c. 20. Infra.

2. Et ſi ille qui calumniatus eſt de catallo furato, vel de re furata aut rapta, vocat warantum ſuum, aliquem hominem manentem inter *Forth* & *Drum-albane*, habeat ab illo die, quo calumniatus fuit, quindecim dies ad producendum warantum ſuum, qui infra dictas diviſas manſerit, ad locum ſicut conſtitutum eſt in [a] Comitatu vbi calumniatus fuit.

[a] *Vicecomitatu.*

3. Et ſi aliquis vltra illas diviſas manſerit, veluti in *Moravia*, vel in *Roſs*, vel in *Caithnes*, vel in *Ergadia*, vel in *Kintyre*, vocaverit warantos ſuos, [b] habeat omnes illos warantos quos haberet, ab vltimo die illorum quindecim dierum in vnum menſem; ad locum vbi ipſe qui calumniatus eſt de catallo furato, vel rapto, cum catallo adductus erit.

[b] *i. Habeat quindecim dies, et præterea vnum menſem infra quod tempus warantos ſuos in judicio ſiſtat.*

4. Etſi calumniatus venerit pro waranto ſuo, qui manet in *Moravia*, vel in *Roſs*, vel in *aliis locis prædictis*, *quæ pertinent* ad *Moraviam*; nec illum habere poterit, tunc veniet ad Vicecomitem de *Innernes*, & ipſe Vice-comes mittet cum eo ſervientes Domini Regis, qui videant, quòd juſtè tractetur ſecundum [c] aſſiſam terræ.

[c] *i. Legem terræ.*

DE POENA DOMINI NON COMPELlentis hominem ſuum venire ad warantizandum rem in Curia. CAP. 17.

SEd quæritur, quid fiat ſi calumniatus non poſſit habere warantum ſuum, aut warantus ſuus noluerit ſequi eum, ſcilicet, calumniatum, aut ad Curiam venire.

Digitized by Google

2. Ad hoc reſpondetur quòd ſervientes Regis debent convenire Dominum illius waranti, vt ipſe Dominus faciat ipſum venire cum calumniato, & eſſe ejus warantum.

The maiſter ſould gar his man do richt. Vid. Iac. 5. parl. 1. c. 2. parl. 3. c. 6. Iac. 6. parl. 11. c. 103. c. 107.

3. Si verò, Dominus illius waranti ſuper-ſedeat hanc aſſiſam: reddat Domino Regi centum vaccas, ſi tot habuerit in catallo, vel valorem in aliis bonis ſuis.

4. Etſi tantum non habuerit, corpus ejus erit in voluntate Domini Regis.

Qui non habet in ære luat in corpore l. 4. c. de ſerv fugit. l. 7. ff. de juriſd.

5. Et warantus reddet catallum calumniatum, in triplum.

6, *Item*, ſi calumniatus warantum aliquem vocaverit in *Ergadia*, quæ pertinet ad *Scotiam*, tunc veniet ad Comitem *Atholiæ*, vel ad Abbatem de *Glendo-cheroch*: & ipſi mittent cum eo, homines ſuos, qui teſtentur prædictam aſſiſam.

7. Si autem warantus vocatus fuerit in *Kintyre*, vel in *Cowell*; ſimiliter Comes de *Menteith* mittet cum eo homines ſuos, qui teſtentur prædictam aſſiſam.

8. Omnes illi qui vltra *Forth* manſerunt, in *Laudonia*, *Galwidia*, vel aliis locis, reſpondebunt calumniatoribus de *Scotia*, ad caput ſex hebdomadarum, apud *Striveling*, ad pontem, ſecundum dictam aſſiſam.

9. Si autem calumniatus, ad terminos ſtatutos warantum ſuum habere non poterit, calumniatus ipſe, reddet per legem, catallum calumniatum calumniatori, donec ipſe verſus warantum ſuum [d] dirationare poterit.

De tenente qui nõ poteſt invenire ſuum warantum.

[d] *i. Probare.*

10. Cùm autem dirationatum fuerit, habeat calumniator catallum ſuum, & warantus id calumniato reddet in triplum.

DE PLEGIO DATO SVPER RE EMTA, et pœna tam plegij, quam ejus qui plegium ſuum non ſervat indemnem. Cap. 18.

STatuit etiam Dominus Rex *David*, ne quiſquam emat aliquid, niſi venditor ipſe habeat, & inveniat emtori legalem [a] plegium.

Vid. c. 1. 10. Iac. 1. parl. 9. c. 117.

a Vulgò, dicitur borgh of Hamehald,

2. Si autem plegius non poterit habere illum [b] cujus eſt plegius, cùm neceſſe fuerit (ſcilicet, cùm res emta fuerit calumniata) & non faciat plegius venditoris, quod facere debet, tunc plegius reddet calumniatori, rem calumniatam in triplo, & Regi dabit pro foriſ-facto ſuo, octo vaccas.

[b] *Illum ſciz principalem debitorẽ, ſive venditorem-*

3. Ille

Iac.1.parl.9.c.117.
[c] *i. Venditor qui plegium emtori invenit, et eum non ſervat indemnem.*

3. Ille[c] autem qui ſic permiſit plegium ſuum damnum incurrere, & noluit venire ad plegium deliberandum à damno, ab illo die erit vtlagus, per totum regnum *Scotiæ*, vbicunque fuerit inventus.

DE RE FVRTIVA PER SACERDOtem warantizanda. CAP. 19.

Vid.Iac.6.parl.11,c. 110.
[a] *quia actio warãtiæ de re furtiva, habet coniunctam quandam infamiæ ſuſpicionem, à qua Sacerdotes debent eſſe alieni. Deinde Sacerdotes et Clerici non erant ſubjecti juriſ-dictioni Regis, ſed papæ.*
[b] *i. Illius loci vel Baroniæ, vbi tres teſtes habitant.*
[c] *Nomine Eleemoſynæ.*

SI autem aliqua res furtiva, calumniata fuerit per aliquem, & calumniatus Sacerdotem duxerit in warantum, & Sacerdos rem illam warantizare voluerit, non [a] audietur ſuper hoc Sacerdos.

2. Niſi calumniatus ipſe poſſit oſtendere per teſtimonium trium legalium hominum, qui ſuo ſacramento poterunt probare, quòd dictam rem calumniatam à Sacerdote illo acceperit.

3. Si autem Sacerdos dixerit, quòd res illa calumniata, in domo ſua nata fuit, & nutrita, tamen ſuper hoc non audietur, niſi illud vivo teſtimonio trium legalium hominũ probare poterit.

4. Ita quòd nihilominùs Dominus [b] illius tenementi, illis tribus hominibus teſtimonium fidelitatis perhibeat.

5. Si verò Sacerdos ille dixerit, quòd res illa ſibi fuit [c] oblata, tunc ille qui eam obtulit, vel hæres ejus, ſi habeat hæredem, penes ſe rem illam accipiat: & pro ſe ipſo reſpondeat, ac Sacerdoti pretium rei oblatæ reſtituat.

6. Si autem Sacerdos dicat, quòd pro aliqua parte decimæ ſuæ rem illam recepit, cum teſtimonio eorum qui hoc ſciunt, & viderunt, legitimè probabit.

7. Si verò dixerit, quòd pro Mortuario rem illam receperit: hoc debet probare cum teſtimonio proborum hominum de Parochia, qui viderunt vexilla mortua, ante corpus defuncti illius.

8. Presbyter verò, nil emat, aut vendat, niſi legales et honeſtos plegios habeat.

9. Presbyter nihil recipiat, niſi ſub teſtimonio fide-dignorũ.

AD QVAE LOCA TENENTVR VVAranti venire. CAP. 20.

HÆc ſunt loca ad quæ waranti debent venire, vt res calumniatas legitimè warantizent.

2. In *Gowrie*, apud *Sconam.*

3. In

3. In *Starmonth*, apud *Cluny*.
4. In *Atholia*, apud *Rate*.
5. In *Fife*, apud [a] *Dalginche*.
6. In *Stratherne*, apud *Perth*.
7. In *Angusia*, apud *Forfar*.
8. In *Marria*, & in *Buchania*, apud *Abirdene*.
9. In *Rosſ*, & in *Moravia*, apud *Innernes*.
10. Hæc ſunt loca capitalia *Scotiæ* comitatuum per totum regnum.
11. Et eodem modo fiet in Curiis cæterorum, qui Curias ſuas habent privatas, à Domino Rege. Quia ad capitalia loca earundem, ad ſtandum legi, debent waranti venire.

[a] *Terræ de Dalginche, pertinebāt olim Iacobo Cockburn tēpore Iacobi. 2. Regis Nunc, mutato nōine dicūtur terræ de Bruntou: et per Wardlaw, dominum de Torrie poſſidentur, et ſunt contiguæ terris de marckinche.*

DE ESSONIIS FACIENDIS PER warantum. CAP. 21.

DIe autem ſtatuto poterit warantus ſe eſſoniare, aut non.
2. Si non venerit, neque ſe eſſoniari fecerit, tunc denegabitur ei poteſtas, & beneficium juris, quod aliis conceſſum eſt, [a] quia hoc eſt inconveniens, & iniquum. Stat. David. 2. c. 25. Glanv. lib. 3. c. 4.
3. Si verò eſſoniari ſe fecerit warantus; eſto quòd tribus vicibus ſe eſſoniaverit, ſecundum legem, & aſſiſam terræ.
4. Tunc ad quartum diem veniat, vel certum [b] reſponſalem mittat.
5. Quòd ſi ad illum diem, neque venerit, neque reſponſalem miſerit in placitum, tunc nihilominùs procedendum eſt per totum, ſicut ſuperiùs dicitur, propter abſentiam principalis tenentis, non comparentis ad quartum diem. Supra, c. 8. 8.
6. Et cùm ille warantus per judicium, terram ſuam vel rem amiſerit, propter ſuam defaltam, warantus ille tenebitur illi, pro quo warantizationem ſuſcepit, ad competens excambium; ſcilicet, ad tantum, quantum per judicium amiſit, vt ſuperiùs dictum eſt. Supra, c. 15

[a] *Propter ejus contumaciam, qui legitimè citatus non comparet.*
[b] *i. Procuratorem, qui pro eo reſpondeat.*

DE EO QVI NEGLIGIT ALLEgare ſuum warantum. CAP. 22.

COntingit quandoque, quòd is qui tenet terram, licet warantum habeat, tamen ille nullum warantum in Curia vocat, ſed jus petentis omninò pro ſe defendit. Glanv. lib. 3. c. 5.

2. Si

2. Si hoc fecerit, & terram amiſerit, nunquam de-cæterò ab illo tempore verſùs warantum, eam recuperare poterit.

3. *Item*, & eodem modo fiet, de qualibet re, ſuper qua warantus vocatur.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Contingit] *Si tenens non vocat warantum tempeſtivè, vt ſibi in cauſſa adſit, & ita cauſſa ceciderit, ſibi præjudicat, neque poſteà vlla actio ei dabitur, de evictione contra eum. Nam ſi emtor deſinit habere rem, propter ſuum factum, non agit de evictione.* L. ſi mancipium. 34. ff. de evict. *Et tametſi tenens non tencatur litem denuntiare fide-juſſori venditoris, de evictione obligati; tamen ipſi venditori denuntiare litem debet.* l. auctore, cum ſeq. C. de evictionib. *Nam ſi venditor, cui lis non fuit denuntiata: poſteà conveniatur de evictione, poteſt ſe tueri exceptione denunciationis omiſſæ; ſi modò doceat, de aliqua legitima exceptione, qua ſe, & emtorem potuiſſet defendere, ſi tempeſtivè vocatus fuiſſet; ſed ſi non doceat de jure ſuo, tenetur de evictione eodem modo, ac ſi lis fuiſſet ipſi denunciata; quod etiam de praxi in foro obſervatur.* per. l. ſi rem. 29. in fin. & ibi gl. l. ſi ideo. 55. in fin. l. Herennius. 63. ff. de evictionib. l. emtor. 8. l. 51. permutationis. 22. C. eod. tit. c. vlt. & ibi gloſſa, de emt. & vend. extr.

Reus debet denuntiare litem ſuo warãto, ſeu vẽditori.

VVARANTVS POTEST VOCARE VVArantum, vſque ad quartum warantum.

CAP. 23.

SI warantus vocat warantum, ad quot warantos erit recurrendum?

2. Dominus Rex ſtatuit, quòd ad quartum warantum recurrere poterit. Qui præciſè, & peremtoriè reſpondebit, ſicut inferiùs de warantis in libro de debitis explanatur.

Lib. 2. c. 13 Glanv. lib. 3. c. 6.

IN CONTROVERSIA DE TERRA, INter plurium dominorum vaſallos, ipſi Domini Capitales, ſunt citandi.

CAP. 24.

Placita differuntur non ſolùm propter warranti citationẽ, vt jam dictum eſt: ſed etiã ob dominorum Capitalium abſentiam, qui ſpecialiter vocari et citari debent quando de ſuperioritate eſt quæſtio.

SOlet prætereà plærumque differri negotium, propter abſentiam Dominorum; Quando ſcilicet, petens clamat tenementum petitum pertinere ad feodum vnius Domini. Et is qui tenet, dicit ſe idem tenere de feodo alterius Domini.

2. Et tunc ſummonendus eſt vterque Dominorum, vt illis præſen-

Digitized by Google

præſentibus, loquela illa audiatur, & modò terminetur debitè; [a] ne illis abſentibus, injuria aliqua videatur inferri.

[a] *Dominis Capitalibus, qui habent ſpeciale intereſſe.*

ANNOTATIO.

Domini Capitales ſunt citandi, quoties cauſſa inter eorum clientes, & vaſallos de terra, vel tenemento agitatur; vt enim ad hos terra ejuſque proprietas, ita ad illos, ſervitium & ſuperioritas pertinet. Et generaliter in omni actione, & cauſſa citandi ſunt omnes, qui ſpeciale habent inter-eſſe: vel aliquo modo læsi poſſunt. Bart. in l. adoptio. 38. ff. de adopt. *Et ſententia, ſine citatione omnium quos cauſſa, vel negotium contingit, ipſo jure non valet: Niſi quo ad præſentes, vel citatos.* l. de vnoquoque. 47. ff. de re judic.

DE ESSONIIS DOMINORVM CAPITALIUM, & primum de Domino tenentis.

CAP. 25.

AD diem autem ad quem ſummoniti ſunt Domini, vterque illorum ſe eſſoniare poterit, licito modo ſuperiùs annotato.

2. Eſto ergo, quòd tribus vicibus eſſoniato Domino tenẽtis, conſideretur quòd ipſe ad Curiam veniat, vel reſponſalẽ mittat.

3. Quia ſi neque venerit, neque reſpõſalẽ miſerit, cõſiderabitur, quòd tenens reſpondebit inde, & defenſionem in ſe ſuſcipiet.

De domino tenentis, qui neq; venit, neque mittit.

4. Et ſi per defenſionem vicerit, ſibi terram illam retinebit, & inde ſervitium Domino Regi [a] faciet.

[a] *Propter contumaciam domini.*

5. Quia Dominus ſuus amittet ſervitium inde ſibi debitũ per defaltam, donec veniat, & inde faciat quod de jure facere debet.

6. Si verò præſens vterque fuerit Dominorum, Dominus ipſius tenentis aut warantizabit, quòd terra illa petita de feodo ſuó ſit, aut negabit.

Glanv. lib. 3. c. 7.

7. Si id warantizaverit, tunc in voluntate ejus erit defenſionem in ſe ſuſcipere, aut eam tenenti ſuo committere.

De domino tenentis comparente cum eo et rem Warantizante.

8. Et ſi vicerint ſimul, vterque erit in [b] ſtatu ſuo.

[b] *In eodem ſtatu in quo fuerunt ante litem motam.*

9. Si verò victi fuerint, Dominus ſervitium, & tenens terram, ſine recuperatione amittent per judicium.

10. Si verò Dominus tenentis ipſius, præſens in Curia fuerit, & de warantizatione defecerit, placitum inter [c] eos poterit [d] converti. Si dicat tenens dominum ſuum de warantizatione ſibi injuſtè deficere, & ideo injuſtè, quia eidem domino inde fecit ſervitium nominatum, ſcilicet, tantum quantum Domino feodi, vel anteceſſoribus ſuis ipſe tenens, vel anteceſſores ſui hactenùs fecerunt, vel facere conſueverunt.

alter, ſcilicet, remanet dominus, alter verò vaſallus.

De Domino tenentis comparente, et rem warantizare recuſante.

[c] l. inter dominum, et ejus tenentem.
[d] Al., controvertj.

11. Et ſuper hoc ad diratiocinationem faciendam, habeat ſuf-

Al.et hoc ad diſrationationē faciendam per ſufficientem probationem, juxta conſiderationem Curiæ, legitimè probabit.

ficientem probationem & juxta conſiderationem Curiæ legitimè hoc probabit.

12. Vel per Chartam, vel per Curiam, aut per bonam patriam, & hoc per Breve Domini Regis contra ſuum Dominum vocatum in warantum.

De probatione exceptionis per ſcripta.

13. Tunc Dominus ſuus tenebitur illi ad competens excambium: ſcilicet, ad tantum, quantum per judicium amiſit, per defaltam Domini ſui.

Mar.Reg.parl.7.c.63.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Vterque illorum] *Aliter, vterque illorum, vel eorum alter, ſe eſſoniare poterit, tribus vicibus more ſolito.*

VERS. 8. Vterque erit in ſuo ſtatu] *Hoc eſt, ſi Dominus & tenens vicerint, Dominus ſuperioritatem, ſive ſuperius Dominium, & tenens proprietatem terræ petitæ & poſſeſſionem, ac omne commodum poſſeſſionis retinebit.*

VERS. 10. Defecerit] *Hoc eſt,* Will not, or failzies to warrand his land to the tenent. *Nam ſi warantizare recuſaverit, aut actionem warantiæ ſive evictionis in ſe ſuſceperit, & in ea victus fuerit, tenenti de evictione obligabitur.*

VERS. 12. Vel per Curiam] *Ideſt, membra Curiæ, vt ſunt ſectatores, & alij fide digni de Curia.* ſup.c 8. *veluti Vice-comes, vel Ballivi Domini Regis,* vt infra c. 27. verſ. 4. *Vel per Curiam intelligere licet acta Curiæ. Si ergo quæſtio fuerit de warantia, vel de evictione rei in judicio petitæ, tria ſolent eſſe probationum genera, ſcilicet, per Curiam, per Chartam, inſtrumentum vel contractum. Poteſt quis obligari, ſcilicet, ſi Charta vel ſcriptura contineat titulum emtori oneroſum. Quo caſu venditor, ex natura contractus, tenetur de evictione* l.dubitatur.6.l. ſi in venditione 60. ff.de evictionibus. *Sed ſi ſcriptura comprehendit titulum lucrativum (veluti ſi res ſit gratis donata) donator evictionis nomine non obligatur; niſi ſpecialiter contrarium promiſerit.* l.2. C. eodem tit. *Per bonam patriam intelligo, probos & fideles homines patriæ, hoc eſt aſsiſam, per quam actio de evictione, vt omnes aliæ tàm civiles, quàm criminales, de jure veteri hujus regni ſolebant determinari.*

Bona patria.

DE DOMINO PETENTIS VOCATO IN warantum, & comparente.

CAP. 26.

Glanv.lib.3.c.8.

CIrca verò perſonam Domini petentis, ſimili modo diſtinguendum eſt.

De Domino petētis cōparēte, et rem warantizante. Incluſa deſunt in quibuſdam libris.

2. Eo enim apparente in Curia, ſi terram petitam ad feodum ſuum clamat, & ita ſi clameum petentis warantizaverit, in ejus voluntate erit, aut ſe ad diſrationationem petentis tenere, (ſi hoc elegerit)

3. Aut

3. Aut per ſe jus ſuum verſus alium diſrationare, ſalvo jure vtriuſque, tàm Domini quàm petentis, ſi in placito vicerint.

De Domino petentis comparente, et rem non warantizante.

4. Si verò victi fuerint, vterque erit inde perdens.

5. Si verò clameum petentis minimè warantizaverit, tunc is qui eum in Curia inde ad warantum [a] vocaverit, & illud, vt prædictum eſt, non probavit, ipſe propter falſum clamorem ſuum, in miſericordia Domini Regis remanebit.

[a] *Al. vocavit,*

Annotatio.

In hoc capite agitur de Domino petentis in judicio comparente: Sed queri poteſt; Quid ſi non comparent? Reſpondeo ſecundum fidem veterum codicum; Si Dominus petentis, poſt tria Eſſonia, abſens fuerit: capientur Eſſoniatores ipſi, & corpus ipſius petentis attachiabitur, propter Curiæ ipſius contemptum: Et ita diſtringetur ad Curiam venire, vt ibi audiat, quid inde dicere velit.

De Querela finita et de poena reſuſcitantis eam.

Cap. 27.

COntingit multoties loquelas motas in Curia Domini Regis, per amicabilem compoſitionem, aut finalem concordiam, ex pacto convento ſeu per arbitrium terminari.

Glanv. lib 8. c. 1. *Exceptiones peremptoriæ de litis-cont.* lib. 6.

2. Dicitur autem concordia finalis, eò quòd negotio finem imponit, adeò quòd neuter litigantium, ab eo recedere valebit.

3. Alterâ enim partium non tenente, vel non faciente quod convenit, & alterâ partium inde conquerente Domino Regi, præcipietur Ballivo, per literam Domini Regis, vel Vice-comiti, quòd non tenens illam concordiam, vocetur per ſecuros plegios, reſponſuros coram eo, ipſi petenti, quare finalem concordiam non tenuerit, ſicut ex pacto convenit, vt præfertur.

4. Vtroque præſente in Curia, ſi ſcriptum inter ſe factum, vtraque pars [a] recognoverit; vel ſi per Vice-comitem, aut [b] Ballivos Domini Regis (coram quibus illa concordia facta fuit) hoc per eorum recordationem rectè fuerit teſtatum, tunc ille qui illam concordiam infregerit, in miſericordia Domini Regis remanebit.

[a] *i. Verum eſſe affirmaverit, quod concordiam inter eos factam continet.*

[b] *Nota probationem per membra Curiæ.*

5. Et per plegios attachiabitur, quouſque bonam ſecuritatem invenerit, quòd prædictam concordiam de-cæterò ſervabit illæſam; faciendo ſcilicet, quod pacto convenit, ſi id poſſibile ſit vel rationabile.

Digitized by Google

6. Et ad conſiderationem Curiæ, reſtituet adverſario ſuo damna, quæ ſuſtinuit per pactum ſibi infrictum.

Glanv.lib.3.c.5. 7. Si verò conventio facta fuerit, ſuper placito terræ, tunc is qui in Curia convictus fuerit, vel confeſſus, ipſam finalem concordiam legitimè non ſervaſſe, quicunque ille fuerit: per conſiderationem Curiæ, condemnabitur vt priùs, & erit in miſericordia Domini Regis.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Contingit] *Lites non ſolùm finiuntur in foro contentioſo, per ordinariam viam proceſſus, vt iam dictum eſt, &c. ſed etiam in foro quaſi voluntario, ex conſenſu, ſeu pacto convento vtriuſque partis, vt deinceps dicetur.*

Exceptio tranſactionis. Ex pacto convento] *Hinc oritur exceptio tranſactionis, quæ eandem habet vim cum exceptione rei judicatæ, vel litis finitæ, vt* in c.1.extr.de litis conteſt. lib. 6. *Cujuſmodi exceptio tranſactionis, eſt finis litis, & novæ litis ingreſſum impedit. Quia à tranſactionibus, bona fide interpoſitis, facilè diſcedere non licet.l.*fratris 10.C.de tranſact.

VERS. 3. Altera enim partium] *Hic locus intelligi debet, de fine litis facto in Curia Domini Regis, & non obſervato, vt dixi ad* cap.3.lib.1. *Alterutra enim pars poteſt conqueri de tranſactione violata: ceſſat autem querela, ſi ambo conſenſerint in tranſactionem. Quia mutuo conſenſu partium, à tranſactione recedere licet.* l. ſi dubia. 14. C. de tranſact. per rationem l. nihil tàm naturale.ff.de Reg.jur.

Quod non tenens] *Negativam lectionem probo.* per cap. 172. de judicib.*contra fidem multorum codicum. Etenim querela concordiæ finalis violatæ, competit ei qui eam tenet: Ideoque non tenens cum citandus eſt, vt partes Rei, ſeu defenſoris, in ſe ſuſcipere cogatur.*

Confeſſio. VERS. 4. Si ſcriptum] *Confeſſio probat contra confitentem, adeò vt ſtari debeat confeſſioni morientis, in ipſius præjudicium, non in damnum alterius.* L.3.§.2.ff.ad S. C. Syllan.

Vtraque pars recognoverit] *Duplex hic adhibetur probatio,* prior, *per recognitionem, hoc eſt, confeſſionem partium: Cujuſmodi genus probationis eſt firmiſſimum.* l.5. C.de tranſact. Poſterior, *eſt recordatio ſive relatio judicum, coram quibus concordia facta fuit in judicio.* Iaſ. in l. Admonendi. ff. de jure-jur.

Odmã in arbitrie. Coram quibus] *Concordia finalis, ſeu amicabilis compoſitio (cujus fit mentio initio hujus capitis) ſolet nonnunquam fieri per arbitros, in judicio electos, cum conſenſu partium, & ſi controverſia fuerit de perſona diſpari eligenda,* [Overſman] *inter Barones, ad Vice-comitem pertinet electio.* Iac.1.Parl.6.c.87.

DE PACTO ET POLLICITATIONE.

CAP. 28.

PActum eſt conſenſus duorum vel plurium, in eandem rem, ſcilicet, dandam vel recipiendam.

2. Non autem in eodem vero, & falſo fit pactum: Nam ſi duo

duo vel plures conſentiant in hoc falſo. *VVilhelmum* eſſe bovem, vel in hoc vero, *VVilhelmum* eſſe hominem, non erit pactum; quia non eſt obligatorium. Conſenſus enim talis neutrum obligat. *Pollicitatio.*

3. Et per hoc quod dixi, duorum vel plurium, differt à pollicitatione, quia pollicitatio idem eſt, quod ſolius offerentis promiſſio. *Ane promiſe, or ane hecht of ane perſon alanerlie.*

4. Dicitur autem pactum, à pace & actu, quaſi pacis actus: Nam qui paciſcuntur ex diverſis, & contrariis animorum motibus, poſt multa & varia certamina, in vnam conſonantem voluntatem & ſententiam convenire dicuntur.

5. Vel dicitur pactum, à percuſſione palmarum: veteres enim cùm ſe obligabant, palmas manuum ſuarum, ad invicem percutiebant, in ſignum non violandæ fidei.

Annotatio.

Quæ ſequuntur ad finem hujus libri, non reperiuntur apud Glanvillam. Agitur autem hic de pactis, quia ſupra c. 27. dixit ex pacto convento, vel per arbitrium loquelas terminari. Ideò vtrumque tractatum de pactis, et de Arbitris, cum libro primo conjungendum eſſe cenſerem.

Totus hic titulus de pactis deſumptus ex jure Civili, & in l. 1. ff. de pactis. *Pactum ſive pactio dicitur duorum pluriumve in idem placitum, conſenſus (vt alij legunt) in idem, placitum & conſenſus.*

Vers. 2. In eodem vero] *Non omnis conſenſus eſt pactum. Nam duo poſſunt conſentire in vno vero, vel in vno mendacio; & tamen non dicuntur paciſci, ſed in vero, vel falſo conſentire: Et ratione hujuſmodi conſenſus, neuter alteri obligatur.*

Vers. 3. Et per hoc] *Pactum continet promiſſionem, & reſponſionem ſequentem. Stipulatio fit præcedente interrogatione & ſequente reſponſione. Pollicitatio verò fit per ſolam promiſſionem, nullâ acceptatione ſubſequente.* [Ane promiſe or an hecht]. *Ideoque cùm pollicitatio ſit ſolius offerentis promiſsio, conſenſum vnius tantùm partis complectitur. Et propterea obligationem non inducit.* l. 3. & tot. tit. ff. de pollicitat. *Stipulatio. Pollicitatio.*

Vers. 4. Dicitur autem pactum] *Duplex hic traditur Etymologia pacti: Aut enim dicitur pactum à pace: Nam teſte* Iſidoro Hiſpalenſi Epiſcopo, lib. 1. Originum; *pactum dicitur inter partes ex pace conveniens ſcriptura, legibus, ac moribus comprobata: Et dicitur pactum, quaſi ex pace factum. Ab eo quod eſt pango, vnde, & pepigit fœdus. Hæc ille. Aut dicitur pactum à percuſſione palmarum, vt notat.* gl. in l. 2. ff. de pact. per l. 1. ff. de cenſib. *Vbi percuſſi fœderis fit mentio. Verùm fœdus non ſolebat percuſſione palmarum firmari: Quia apud veteres Romanos in fœdere firmando, feciales ſolebant, ſilice porcum animal immundum, & profanum percutere:* Iovem, Martem, *cæteroſq; Deos obteſtantes, & dira execratione precantes, vt ſi quis eorum fœdere violaſſet;*

DE PACTIS VTILIBVS ET INVTILIBVS. CAP. 30.

ITem, pactorum duæ ſunt ſpecies; quædam ſunt vtilia, & quædam ſunt inutilia.

2. Vtilia ſunt omnia ea, quæ non ſunt inutilia.

3. Sunt igitur pacta inutilia, ratione perſonarum, veluti pactum factum cum furioſo, qui pacto de jure conſentire non poteſt, quod intelligitur de eo, qui eſt continuò furioſus.

4. Secus eſt de eo, qui habet dilucida furoris intervalla, ſicut de lunatico.

5. *Item*, inutile dicitur pactum, vt in pupillo & minore; qui nondum doli capax exiſtit. Et hoc, vbi pupillus vult ſe obligare aliis. Sed aliter eſt, ſi velit alium ſibi obligare. Nam pupillus non poteſt obligari, niſi ad hoc intervenerit ſui tutoris auctoritas.

6. Sunt etiam pacta inutilia, vt in [a] viro & vxore, vbi vxor nihil poteſt ducere in pactum, ſine auctoritate viri ſui.

Quon. Attach. c. 21.
[a] *Al. vt cum viri alicujus vxore, et rectè.*

7. *Item*, deficit pactum, ſi res quæ in pactum deducitur, non exiſtit in rerum natura: vt ſi hominem ſervum, quem vivere credebat aliquis, ſtipulatus fuerit ſibi dari vel Hippocentaurum, id eſt, animal ſemi-bovem, & ſemi-equum (quod per viſum naturæ non poteſt eſſe in forma) talis ſtipulatio erit inutilis.

8. *Item*, ceſſabit pactum in his quæ vertuntur in animæ detrimentum.

9. *Item*, ceſſabit pactum in prohibitis, licet juramentum ſit appoſitum.

10. *Item*, pactum turpe vel rei turpis & impoſſibilis, de jure & de facto, nullam obligationem inducit.

ANNOTATIO.

VERS. 3. Cum furioſo] *Furioſum intelligit qui perpetuo furore & rabie torquetur.* l. congruit. 13. §. 1. de offic. præſid. *Qui nullum habet conſenſum aut voluntatem.* l. furioſi. 40. de Reg. jur. *Ideoque propter perpetuam judicij & intellectus perturbationem, ac mentis ex ſua ſede motionem, paciſci non poteſt* l. 1. ff. de obligat; *præſertim cùm in omni contractu, requiratur contrahentium conſenſus.* l. 1. de pactis. l. in omnibus. 57. de act. & obligat. *furioſi autem nullus ſit conſenſus, quia quieſcentis & abſentis loco habetur.* l. 2. §. 2. ff. de jur. codill. l. 2. ff. contr. emt. *Verùm ſi dilucida habeat intervalla & quaſdam cum furore inducias, eo tempore quo furor remittitur (quia tunc conſentire poteſt) paciſci quoque* Furioſus

quepoteſt, vt hic dicitur, de lunatico.

Pupillorum tres ſpecies.

Vt in pupillo] *Pupillus, ſine tutoris auctoritate, alium ſibi obligare poteſt: Quia tunc conditionem ſuam facit meliorem. Sed alteri promittere, & obligari non poteſt. Quia tunc conditionem ſuam facit deteriorem.* l.contra .28.de pact. l.obligari.9.ff.de auctoritate tutorum.l.pupillus.11.ff. de acquir. rer.dom. l.Iulianus.13.§.24.de action.emt. & vend. *Verùm pupillorum tria ſunt genera: Alij enim ſunt infantes, vt ſunt minores ſeptem annis.* l.ſi infanti.8. C.de jur.de lib.*qui paciſci, vel ſtipulari non poſſunt, quoniam ne loqui quidem poſſunt.* l.vlt.de verb.oblig. *Alij ſunt proximi infantiæ, veluti mares, qui ſeptimum annum egreſſi, nondum exceſſerunt decimum annum cum dimidio; aut fœminæ, à ſeptimo anno, ad nonum cum dimidio. Qui alios ſibi obligare & ſtipulari poſſunt. Alij denique ſunt proximi pubertati; qui, quoniam & verba proferre, & id quod agitur intelligere poſſunt, cum tutoris auctoritate, promittere, ſtipulari & paciſci poſſunt; licet pupillus, cum conſenſu patris, obligari non poſsit. Ratio diverſitatis eſt, quia ſi conſentiente tutore pupillus lædatur, de jure, multa remedia & actiones ei competunt adverſus tutorem. At ſi cum conſenſu patris læſus fuerit, nullam contra eum habet actionem, qua poſsit ſibi proſpicere.* §. pupillus.Inſtit.de inutil.ſtip.

Vers. 5. Doli capax] *Pupilli pubertati proximi dicuntur doli capaces, quia in ea ætate intelligere poſſunt, id quod agitur.* ff.in ſumma,Inſtit.de oblig. quæ ex delict.naſc.per legem impuberem.23.ff.de furtis.

Vers. 7. Si hominem ſervum] *In omni pacto juſta conventionis cauſſa, debet exprimi. Nam ſi error ſit in cauſſa, pactum non valet: vel ſi cauſſa exiſtimatur eſſe juſta, cùm ſit erronea; non valet pactum.* l.ſi cum te. 51. ff. *de pactis. Quia in omnibus pactis concurrat oportet paciſcentium animus, & conſenſus.* l.1.ff.de pact.*errantium autem nulla eſt voluntas, aut conſenſus.* l.Sed ita ff.de aq.plu.arcen.

Vel hippo-centaurum] *Hippo-centauri inutilis eſt ſtipulatio.*§. 1.Inſtit. de inutil.ſtipul. *quia eorum quæ in rerum natura non ſunt, nec eſſe poſſunt, inutilis eſt ſtipulatio vel pactio* .l.ſi ſtipulor.35.in prin. ff.de verb. oblig.*Et tametſi* Plinius lib. 7. c. 3. *teſtatur ſe vidiſſe* Hippo-centaurum *ex* Ægypto *allatum: Et* Hieronymus *in vita* Pauli, *affirmat eum ab* Antonio *viſum eſſe in ſolitudine: tamen quia portentum, & monſtrum habetur, etiam naturâ repugnante genitum: Iuriſ-conſulti ejus rationem non habent, ex ratione.*l.3 ff. de legib. *præſertim cùm* hippo-centauros *eſſe poſſe poſt Ciceronem.* 1.Tuſculan. quæſt. & lib. 2. de Natura Deorum: Negent Lucretius lib.5. & Galenus lib.3. *de uſu partium.*

Centauri.

Quidam Theſſaliæ incolæ, Centauri dicti ſunt, quòd Tauros ſtimulis pungere, eoſque domare ſoliti ſunt. Poſteà verò hippo-centauri dici cæperunt: Quòd primi equos manſuefacere, & curare cæperunt; quos cùm apud Peneum *fluvium adaquarent: Et equi potandi cauſſa, demiſſo capite, ſeſe inclinarent: pars corporis humani, equo inſidentis, umbilico tenus viatoribus erat conſpicua: capita verò equorum inviſa. Hinc factum eſt, vt fabuloſè dicerentur Hippo-centauri, hominum genus eſſe ſuperiori ſui parte hominem, inferiore verò, equum referre.*

Vers. 8. Item, ceſſabit] *Veluti de delicto futuro, non licet paciſci, ne delinquens teneatur.* l.27. §.4. ff. de pact. *quia pœnas pro maleficio ſolvi magna ratio ſuadet.* l. 70. §.vlt. de fide-juſſor. *Sed de delicto jam commiſſo paciſci licet*

l.7.

Digitized by Google

l.7.§.6. de pact.

In prohibitis] *Omnia pacta prohibentur, quæ ſunt contra leges, conſtitutiones vel bonos mores.* l. pacta.6. & ibi gl. C. de pact. *& pœna vel juramentum huiſmodi pactis appoſitum, ſervari non debent.* d.l.juriſgent.7.§.Si paciſcar.ff. de pact.c.ſi diligenti. de foro competen. *quia in pactis habetur ratio æquitatis, adeò, vt ſi ſint ab æquitate aliena, Prætor ea non tueatur.* l.7.§.3.ff.de pact.& *ad ea infringenda exceptionem concedit.* §.1.Inſtit.de except.

In animæ detrimentum] *Vt in cap.* vlt.de pactis.extr.

Vers. 10. Item pactum turpe] *De pacto turpi, & rei turpis notabilis eſt* gl.in c.vlt.de pactis. *Turpium rerum & factorum nulla eſt pactio, ſtipulatio, vel obligatio.* l.4.c.de invtil.ſtipul.l.*ſi flagitij*.325.de verb.oblig.l.ſi vnus.22. ff.de pact. *Adeò vt ſi pœna ſit adjecta: ea non committatur. l. generaliter* 26. ff.de verb.oblig. *& ſi juſſurandum ſit additum, ſervari non debet, vt paulò ante dixi. Quia quotieſcunque lex aliquid prohibet: non poteſt veniri contra prohibitionem legis directò, vel obliquè, etiam cum juramento.* Bald.in §. aliæ.Inſtitut. de donat.

AD QVAS PERSONAS PACta extenduntur.

Cap. 23.

POrriguntur autem vires pactorum, ad alias perſonas, vt pactum prædiceſſoris obligat ſucceſſorem. Et pactum patris obligat filium.

2. Et omne pactum quod non vertitur in animæ detrimentum, cenſemus obſervandum.

Vſuræ prohibẽtur. Exod.22.25.Leviti. 25.37.Deuter. 23. 19. Pſalm.15.5.

3. Pactum autem de vſuris, non ſervetur, ſed juramentum ſervetur.

4. In omnibus licitis pactum ſervetur.

Annotatio.

Vers. 1. Pactum prædiceſſoris] *Si pactum ſit reale, non ſolùm obligat paciſcentem, ſed etiam ejus ſucceſſorem, ſive ſit vniverſalis ſucceſſor, vt hæres; ſive ſit ſingularis ſucceſſor in rem, veluti ex contractu emtionis.* l.ſi tibi 18.l. tale.40. ff.de pact. *Si verò ſit perſonale, dixi* ſupr.ad c.29. *Si denique dubitetur, vtrum ſit perſonale an reale, præſumitur eſſe reale* Hoſtien. in tit. de pactis.§.ſupereſt.

Obligat filium] *Si modò filius extiterit hæres patris, aliàs non tenetur ex contractu patris.* Bald.in l.ſi cùm dotem.23.§.tranſgrediamur.ff.ſolut. matr. *Præterea ſi pater tranſegerit de re filiorum, quos in poteſtate non habet; tranſactio non valet* l.10.de tranſact. *quia pactum cum alia perſona factum, alteri non debet nocere.* l.27.§.4.ff.de pact.l.factum.197.ff.de Reg.jur.

Vers. 3. Pactum autem de vſuris] *Pactio de vſuris eſt illicita; verumtamen ſi pactio firmetur juramento, vſuræ peti poſſunt, ex hujuſmodi pacto jurato. Et licet juramentum ſervetur, tamen vſuræ ſolutæ, reſtitui debent.* c.dubitares. & ibi gl.de jure jur.Bart.in l. vlt.de non nu.pecun.

Digitized by Google



IN MY DEFENCE, GOD ME DEFEND.

LIBER SECVNDVS, DE IVDICIIS.

[a] *Hoc eſt, de forma judiciorum, quæ coram ordinariis judicibus determinantur.*

DE ARBITRIS.

CAPVT. 1.

NVnc, ad judicia determinanda et declaranda, in parte, procedere ſtatuimus.

Quæ ſequuntur ad caput. 11. ſunt deſcripta ex jure Civili Romanorũ

2. Et quoniam ad-inſtar judiciorum, redacta ſunt arbitria: Videamus ergo, quid ſit Arbitrium;

3. Et in quot perſonas debeat compromitti;

4. Et qui poſſunt eſſe Arbitri;

5. Et qui prohibentur eſſe Arbitri;

6. Et de quibus rebus compromitti valeat in Arbitros.

7. *Item*, quis ſit effectus ſententiæ Arbitrorum;

8. Et in quibus differunt judicium & arbitrium.

9. *Item*, qualiter debeat finiri arbitrium.

1

ANNOTATIO.

VERS. 2. Ad-inſtar] *Id eſt, ad ſimilitudinem: Nam compromiſſa vel arbitria, dicuntur redacta ad ſimilitudinem judiciorum.* l. 1. l. quanvis. 17. ff. de recept.

recept. arbitr. l. 12. C. de judic. *quia eodem modo, quo lites & controverſiæ finiuntur, per judicia in foro contentioſo: ita in foro voluntario, arbitria terminari, & finiri ſolent per vnum, aut plures viros bonos, ex conſenſu partium electos, & quod ab ijs ſtatutum fuerit, ratum ſit, & rei judicatæ vim habet.*

DE ARBITRIO QVID SIT.
CAP. 2.

ARbitrium, eſt actus legitimus perſonarum, ſuper civili quæſtione, & querela in quaſi-judicio contendentium.

Bartol. tractat. 21. de Arbitris,

2. Nam judex laborare debet, ad inveſtigandam veritatem.

3. Actor, id eſt petens, ad cauſſam ſuam amplificandam.

4. Reus verò, id eſt, tenens, ad cauſſam extenuandam & querelam adverſarij ſui per exceptiones caſſandam.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Arbitrium] *Hæc definitio arbitrij, & cætera quæ hoc capite continentur, concordant cum ſumma Azonis.* in tit. c. de recept. arbitr. Et Speculat. tit. de Arbitris.

Quaſi-judicio] *Id eſt, foro voluntario: Nam omnia arbitria ſeu compromiſſa, initio ſunt voluntatis: liberum enim eſt partibus arbitros eligere, vel non eligere.* Infr. lib. 2. c. 10. 3.

Al. extingnendã cauſſam, et querelã adverſarii ſui.

VERS. 2. Nam judex] *Azo ſic. Nam arbiter contendit ad inquiſitionem veritatis. Actor vt Reus ei condemnetur.* Item *Reus, vt abſolvatur ab Actore. Et ita arbitrium benè definiri poteſt, vt ſit cauſſa in dicendo poſita voluntariè, cum certarum perſonarum interpoſitione; Actoris, Rei & arbitri. Hæc ille. Porrò in omni judicio quatuor perſonas neceſſe eſt eſſe. Iudices qui vti debent æquitate. Accuſatores, ad amplificandam cauſſam. Defenſores, ad minuendam cauſſam: & teſtes legitimi, ad veritatem cognoſcendam.* c. nullus. 4. q. 4.

Laborare debet] *Boni judicis officium eſt, lites dirimere.* l. 21. ff. ſi cert. pet. *æquitatem ante oculos habere debet* l. 5. in fin. ff. de eo quod cert. loc. *Et (teſte Baldo) duplicem debet habere ſalem, alterum ſcientiæ, ſine quo eſt inſipidus, alterum conſcientiæ, ſine quo eſt diabolicus.*

QVI POSSVNT ESSE ARBITRI.
CAP. 3.

POteſt autem eſſe arbiter, qui non prohibetur â jure.

2. Vt puta, liber homo, pater-familiâs, & hæres patris-familiâs.

3. *Item*, arbiter debet eſſe bonæ famæ.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIO.

VERS. 1. Qui non prohibetur] *Nam generalis eſt regula. Cùm Prætor vnum ex pluribus judicare vetat; cæteris id committere videtur.* l. cum Prætor. 12. de judiciis. *Nam quod vni prohibetur, in hoc caſu, alijs conceſſum videtur; Et vnius excluſio, eſt aliorum incluſio: quia exceptio in caſibus non exceptis, firmat regulam.* l. maritus. 21. C. de procurat. l. de eo. 19. ff. de teſtib. l. legitimi. 21. de adim. legat. l. remittere. 6. de jure jur.

VERS. 2. Et hæres patris-familiâs] *Id eſt, filius-familiâs. Qui tametſi non poteſt eſſe arbiter, in re propria (quia in re ſua, nemo poteſt eſſe arbiter) tamen in re civili, ad patrem pertinente, & judex & arbiter eſſe poteſt.* l. pen. l. 5. ff. de arbitr. Et ibi gl. *Nam nihil intereſt vtrum is, qui eſt judex, ſit in aliena poteſtate, an ſui juris.* l. cum prætor. 12. ff. de judic. *Sed in criminali cauſſa, neque filius patri, nec quiſquam alius, ſibi, vel ſuis, jus dicere poteſt.* 5. Infames. 2. q. 7. l. 1. c. Vt nemo ſibi.

VERS. 3. Bonæ famæ] *Hic locus videtur repugnare.* l. Pedius. 7. ff. de recept. arbitr. & d. c. *Infames, vbi dicitur, quòd ignominioſus poteſt eſſe arbiter. Reſpondeo, ſecundum opinionem Marantæ, in ſuo ſpeculo, de ordine judiciorum,* part. 4. diſtinct. 13. nu. 2. *Tres eſſe ſpecies arbitrorum: primò, quidam dicitur arbiter ſimpliciter, qui de partium conſenſu eligitur. Et in eum ſub pœnæ ſtipulatione compromittitur.* Specul. tit. de arbit. in prin. *qui quoad proceſſum attinet; tenetur ſervare juris ordinem, & æqui-paratur judici. Secundò, quidam eſt arbiter, qui dicitur arbitrator, ſive amicabilis compoſitor, qui litem dirimit, de facto potiùs quàm de jure, & ſine aliquo juris ordine. Tertiò, quidam eſt arbiter juris, qui eligitur ex neceſſitate ſtatuti: Nam cùm judex allegatur vt ſuſpectus, debent eligi arbitri, ad cognoſcendum de ſuſpicione, ex neceſſitate juris civilis, vel canonici, in certis tantùm caſibus.* Abbas in c. Paſtoralis. in prin. extr. de reſcript. *In primo genere, ſive ſpecie arbitrorum infamis, vel ignominioſus, poteſt eſſe arbiter.* l. 7. ff. de arbitr. *Quia litigantes, ſive ambæ partes in eum conſenſerunt. Et arbitrium eſt potius onus, quàm honos: & proinde infames eſſe poſſunt procuratores.* 5. vlt. Inſtit. de except. *At infamis neque poteſt eſſe arbitrator, quia is debet dicere ſententiam, ſecundum & æquum, & bonum. Et arbitrium boni viri: Is autem qui eſt infamis, non poteſt dici vir bonus: Neque in tertia ſignificatione, infamis poteſt eſſe arbiter juris. Nam infames, omnis juris beneficio indigni ſunt exiſtimandi.*

Tres ſpecies arbitrorum.

QVI PROHIBENTVR ESSE arbitri.

CAP. 4.

SErvus autem, licet partes conſentiant in eum, non poteſt eſſe Arbiter.

2. *Item*, fœminæ non poſſunt judicare in arbitrio.

Digitized by Google

3. *Item*, prohibetur compromitti in furioſum ſurdum, & mutum.

4. *Item*, minor viginti vnius anni, arbiter eſſe non poteſt.

5. *Item*, Ballivus, qui habet poteſtatem ordinariam, arbiter eſſe non poteſt, lege dicente, ſi quis judex vel Ballivus ſit, arbitrium recipere ejuſdem rei de qua judex vel Ballivus exiſtit, vel in ſe compromitti jubere, prohibetur.

6, Et eſt triplex ratio quare Ballivus arbiter eſſe non poteſt.

7. *Prima*, quia ſi nollet pronunciare, non eſſet aliquis qui ipſum cogeret ad pronunciandum, cùm per Ballivum cogi debeat arbiter pronunciare.

8. *Secunda* ratio eſt, quia ſi contingeret ſententiam, ſeu judicium vel pronunciationem quam Ballivus arbiter ferret impugnari; timendum eſſet, ne Ballivus eam defenderet animoſè.

9. Tertia ratio, quia judex prohibetur in ſe judicium recipere, jubendo ſibi ipſi, in ſe arbitrium compromitti.

10. Ballivus autem ordinarius poteſt eſſe arbitrator, id eſt, amicabilis compoſitor. Quia Ballivus poteſt per amicabilem compoſitionem diſſolvere quæ ſunt dubia inter partes de ſuis litigiis.

Annotatio.

Servus. Fœmina.

Vers. 1. Servus autem] *Neque ſervus, neque fœmina, poteſt eſſe arbiter, nec etiam arbitrator.* d.l.Pedius. 7. §. vlt. ff. de arbitr. *ſicuti nec judices eſſe poſſunt, quia officijs civilibus non funguntur.* l. cùm Prætor. 12. ff. de judic. l. vlt. C. de arbitr. Decius in leg. 2. de Reg. jur. *Verum compromitti poteſt in fœminam, ſi habet juriſ-dictionem de jure communi, vel conſuetudine.* c. 4. de arbitr.

Vers. 2. Item fœminæ] *Fœminæ civilibus officijs non funguntur, vel propter ſexus imbecillitatem, & fragile conſilium, quia in rebus proprijs curandis ſæpè falluntur.* l. 4. C. de ſponſalib. *vel propter rerum forenſium ignorantiam.* Vlpian. tit. 11. in prin. *Vel denique propter ſexus verecundiam, ne ſcilicet, fœminæ ſeſe virilibus officijs immiſceant.* l. 1. §. 4. de poſtuland. l. 2. ff. de Reg. jur.

Furioſus. Mutus. Surdus.

Vers. 3. In furioſum] *Furioſus, mutus & ſurdus non poſſunt eſſe arbitri.* l. ſed ſi. 9. ff. de arbitr. *quia perpetuò furioſus non habet judicium; licet furioſus habens dilucida intervalla, poſsit eſſe arbiter.* l. quòd legatum. 38. ff. de judiciis. *Mutus verò, & ſurdus, prohibentur eſſe arbitri.* l. ſed ſi. 9. ff. de arbitr. *Quia ille audire, hic loqui non poteſt.* l. cùm Prætor. 12. ff. de judiciis. *Sive ſint tales natura, ſive naturali morbo, & caſu adventitio.* d.c. infames. 3. q. 7.

Minor.

Vers. 4. Item minor] *Nemini licet minorem viginti quinque annis compro-*

Digitized by Google

compromiſſarium judicem eligere. l.cùm lege 41.ff.de arbitr. ſed gl. in l. cùm Prætor verb. *impubes benè diſtinguit. Primùm enim, pupillus vel impubes minor* 18. *annis, non poteſt eſſe arbiter.* l.ſed & ſi.9.ff.de arbitr. *Secundò, adultus ad* 18. *annos prohibetur eſſe arbiter, vel judex, niſi Princeps eum delegaverit, vel partes in eum conſentiant.* l.quidam conſulebat.57.ff. de re judic. *Tertiò, major* 18. *annis, qui tamen vigeſimum ætatis annum non complevit, poteſt eſſe arbiter, ſed non cogitur pronunciare, aut judicare.* d.l. cùm lege. 41. *Quartò, major viginti annis, qui in ſe recepit arbitrium, cogitur pronunciare, niſi reſtitutionem in integrum petat.* d. l. cùm lege. 5. major. *Regula igitur generalis eſt, de jure Civili, quòd nemo poteſt eſſe judex vel arbiter, niſi ſit major* 25. *annis, vel vt hic dicitur* 21. *annis.*

Ballivus.

Vers. 5. Item Ballivus] *Nomen Ballivi in his libris pro judice, vt plurimùm accipitur. Iudex autem ordinarius non poteſt eſſe arbiter in ea cauſſa, in qua eſt judex.* l.ſed ſi [illegible].9.ſi quis.ff.de arbitr. *cujus rei tres rationes hic reddun-tur, quæ magna ex parte deſcripta ſunt ex* gl.in c. Infames. verb.Iudex.3.q.7.

Vers. 7. Cùm per Ballivum] *Arbiter ordinariam juriſ-dictionem non habet; Ideoque ſuam ſententiam exſecutioni mandare non poteſt: hoc enim ad judicem ordinarium pertinet* l.3.§.vlt.ff.de arbitr.l. à Divo Pio. 15. in prin. ff. de re judic. *quod verum eſt, etiamſi partes hoc modo in eum compromittãt.* Bart.in l.non ex omnibus.44.ff.de arbitr.

Vers. 10. Poteſt eſſe arbitrator] *Arbiter cogitur ſervare juris ordinem: Quia arbitria ſunt redacta ad inſtar judiciorum; arbitrator verò poteſtatem habet procedendi, juris ordine non ſervato.* Innocent.in c. quinta vallis. de jurejurand.vid.Speculat. tit. de arbitr.in initio.

IN QVEM NVMERVM POTEST compromitti.

Cap. 5.

DEbet autem compromitti in numerum imparem, [a] quo numero Deus gaudet: ſcilicet, in vnum, aut in tres, & ſic de ſimilibus.

[a] *Virgil. Eclog.*8. *Numero Deus impare gaudet.* Iac.1.part.6.q.17

2. Quia ſi contingeret tres non concordare in pronunciando: judicium obtineat, id eſt, valida ſit ſententia reliquorum duorum.

3. Sed quæritur, an valeat arbitrium ſi partes compromittant in duos arbitros?

4. Et videtur quòd non: nam ſi diſſentiant res ſine effectu, vel exitu itura eſt.

5. Sed certè, ſolitum eſt compromitti in duos arbitros: & ſi diſſentiant, tunc Ballivus (ſi arbitri electi fuerint in Curia) poteſt cogere illos duos, tertiam & certam eligere perſonam ſibi; vt per decretum ſuum conſonans, certa feratur ſententiæ pronunciatio.

Digitized by Google

3. *Item*, prohibetur compromitti in furioſum ſurdum, & mutum.

4. *Item*, minor viginti vnius anni, arbiter eſſe non poteſt.

5. *Item*, Ballivus, qui habet poteſtatem ordinariam, arbiter eſſe non poteſt, lege dicente, ſi quis judex vel Ballivus ſit, arbitrium recipere ejuſdem rei de qua judex vel Ballivus exiſtit, vel in ſe compromitti jubere, prohibetur.

6, Et eſt triplex ratio quare Ballivus arbiter eſſe non poteſt.

7. *Prima*, quia ſi nollet pronunciare, non eſſet aliquis qui ipſum cogeret ad pronunciandum, cùm per Ballivum cogi debeat arbiter pronunciare.

8. *Secunda* ratio eſt, quia ſi contingeret ſententiam, ſeu judicium vel pronunciationem quam Ballivus arbiter ferret impugnari; timendum eſſet, ne Ballivus eam defenderet animoſè.

9. Tertia ratio, quia judex prohibetur in ſe judicium recipere, jubendo ſibi ipſi, in ſe arbitrium compromitti.

10. Ballivus autem ordinarius poteſt eſſe arbitrator, id eſt, amicabilis compoſitor. Quia Ballivus poteſt per amicabilem compoſitionem diſſolvere quæ ſunt dubia inter partes de ſuis litigiis.

Annotatio.

Servus. Fœmina.

Vers. 1. Servus autem] *Neque ſervus, neque fœmina, poteſt eſſe arbiter, nec etiam arbitrator.* d.l.Pedius. 7. §. vlt. ff. de arbitr. *ſicuti nec judices eſſe poſſunt, quia officijs civilibus non funguntur.* l. cùm Prætor. 12. ff. de judic. l. vlt. C. de arbitr. Decius in leg. 2. de Reg. jur. *Verùm compromitti poteſt in fœminam, ſi habet juriſ-dictionem de jure communi, vel conſuetudine.* c. 4. de arbitr.

Vers. 2. Item fœminæ] *Fœminæ civilibus officijs non funguntur, vel propter ſexus imbecillitatem, & fragile conſilium, quia in rebus proprijs curandis ſæpè falluntur.* l. 4. C. de ſponſalib. *vel propter rerum forenſium ignorantiam.* Vlpian. tit. 11. in prin. *Vel denique propter ſexus verecundiam, ne ſcilicet, fœminæ ſeſe virilibus officijs immiſceant.* l. 1. §. 4. de poſtuland. l. 2. ff. de Reg. jur.

Furioſus. Mutus. Surdus.

Vers. 3. In furioſum] *Furioſus, mutus & ſurdus non poſſunt eſſe arbitri.* l. ſed ſi. 9. ff. de arbitr. *quia perpetuò furioſus non habet judicium; licet furioſus habens dilucida intervalla, poſsit eſſe arbiter.* l. quòd legatum. 38. ff. de judiciis. *Mutus verò, & ſurdus, prohibentur eſſe arbitri.* l. ſed ſi. 9. ff. de arbitr. *Quia ille audire, hic loqui non poteſt.* l. cùm Prætor. 12. ff. de judiciis. *Sive ſint tales natura, ſive naturali morbo, & caſu adventitio.* d. c. infames. 3. q. 7.

Minor.

Vers. 4. Item minor] *Nemini licet minorem viginti quinque annis compro-*

Digitized by Google

ompromiſſarium judicem eligere. l.cùm lege 41.ff.de arbitr. ſed gl. in l. cùm Prætor verb. *impubes benè diſtinguit. Primùm enim, pupillus vel impubes minor 18.annis, non poteſt eſſe arbiter.* l.ſed & ſi.9.ff.de arbitr. *Secundò, adultus d 18.annos prohibetur eſſe arbiter, vel judex, niſi Princeps eum delegaverit, elpartes in eum conſentiant.* l.quidam conſulebat.57.ff. de re judic. *Tertiò, ajor 18.annis, qui tamen vigeſimum ætatis annum non complevit, poteſt eſſe biter ſed non cogitur pronunciare, aut judicare.* d.l. cùm lege. 41. *Quartò, ajor viginti annis, qui in ſe recepit arbitrium, cogitur pronunciare, niſi reſtitionem in integrum petat.* d. l. cùm lege. §. major. *Regula igitur generalis , de jure Civili, quòd nemo poteſt eſſe judex vel arbiter, niſi ſit major 25. an-, vel vt hic dicitur 21. annis.*

Ballivus.

VERS. 5. Item Ballivus] *Nomen Ballivi in his libris pro judice, vt plurimùm accipitur. Iudex autem ordinarius non poteſt eſſe arbiter in ea cauſſa, in a eſt judex.* l.ſed ſi [illegible].9.ſi quis.ff.de arbitr. *cujus rei tres rationes hic reddunr, quæ magna ex parte deſcriptæ ſunt ex* gl.in c. Infames. verb.Iudex.3.q.7.

VERS. 7. Cùm per Ballivum] *Arbiter ordinariam juriſdictionem habet; Ideoque ſuam ſententiam exſecutioni mandare non poteſt: hoc enim judicem ordinarium pertinet* l.3.§.vlt.ff.de arbitr.l. à Divo Pio. 15. in prin. le re judic. *quod verum eſt, etiamſi partes hoc modo in eum compromittãt.* t.in l.non ex omnibus.44.ff.de arbitr.

VERS. 10. Poteſt eſſe arbitrator] *Arbiter cogitur ſervare juris ordi: Quia arbitria ſunt redacta ad inſtar judiciorum; arbitrator verò poteſtabet procedendi, juris ordine non ſervato.* Innocent.in c. quinta vallis. de jurand.vid.Speculat. tit. de arbitr.in initio.

IN QVEM NVMERVM POTEST compromitti.

CAP. 5.

Ebet autem compromitti in numerum imparem, [a] quo numero Deus gaudet: ſcilicet, in vnum, aut in tres, & ſic de libus.

[a] *Virgil. Ecloga.8. Numero Deus impare gaudet.* Lac.1.pari.6.c.87

Quia ſi contingeret tres non concordare in pronuncian- judicium obtineat, id eſt, valida ſit ſententia reliquorum um.

Sed quæritur, an valeat arbitrium ſi partes compromitn duos arbitros?

Et videtur quòd non: nam ſi diſſentiant res ſine effectu, xitu itura eſt.

Sed certè, ſolitum eſt compromitti in duos arbitros: & ſi ntiant, tunc Ballivus (ſi arbitri electi fuerint in Curia) poteſt e illos duos, tertiam & certam eligere perſonam ſibi; vt per um ſuum conſonans, certa feratur ſententiæ pronunciatio.

Digitized by Google

Annotatio.

Diſpar numerus arbitrorum.

Vers. 1. In numerum imparem] *Arbitri ſunt eligendi in diſpari numero. Veluti vnus, vel tres; quia imparibus votis in judicio, vel extra judicium, res citiùs dijudicatur.* c. licet de elect. extr. *Et ſi illi diſſentiant, ſtatur ſententiæ majoris partis, veluti duorum.* c. 1. de arbitr. *Nam omnes videntur facere, quod major pars facit.* l. 8. ff. de pact. l. 19. ff. ad Municipal. *Si modò duo dixerint ſententiam, tertio præſente & loquente, vel tacente.* l. Item ſi vnus. §. vlt. ff. de arbitr. *Eo autem abſente, non valet arbitrium.* l. ſicuti. 18. ff. de arbitr. *niſi aliter compromiſſo ſit cautum, ex conſenſu partium.* l. non diſtinguemus. 32. §. cùm in plures. ff. de arbitris. *Verùm de jure Canonico, quando eſt factum compromiſſum in tres arbitros ſimpliciter: duo ſine tertio, poſſunt procedere.* c. 2. in ſexto. *Quòd ſi duo ſunt electi arbitri, & hi inter ſe diſſentiant, judex eos poteſt cogere, vt tertiam certam eligant perſonam, cui pareatur.* l. Item ſi vnus. 17. §. principaliter. ff. de arbitr. *quod à jure noſtro municipali, non admodùm recedit.* Iacob. 1. Parl. 6. c. 87.

Par numerus arbitrorum.
Iac. 1. parl. 6. c. 87.

De diſcordia arbitrorum in numero, vel quantitate rei controverſæ.

Porrò, ſi plures ſint arbitri, & diſcordent in ſumma, valet ſententia illius arbitri, qui condemnavit in minore ſumma. Veluti ſi ex tribus arbitris, vnus in 15. alius in 10. tertius in 5. condemnavit: quinque præſtari debent. l. diem. §. ſi plures. ff. de recept. arbitr. *Quia minor ſumma ineſt majori. Ideoque in illi ſumma minore, omnes alij intelliguntur eſſe concordes.* c. 1. Extr. de arbitr.

IN QVIBVS CAVSSIS POTEST COMpromitti, vel non compromitti.

Cap. 6.

POteſt vtique compromitti in cauſſis pecuniariis, temporalibus, & ſpiritualibus.

2. Sed in matrimoniali, in liberali, & cauſſa criminali, de jure non compromittitur in arbitros, ſed in arbitratores & amicabiles compoſitores.

3. *Item*, nec compromiſſo pareatur, niſi metu pœnæ appoſitæ.

4. *Item*, ex pacto agi poteſt inter partes, vt pronuncietur in arbitrio, vno litigatorum abſente, & altero præſente.

Annotatio.

Vers. 1. Pecuniariis] *Eodem modo quo in omnibus cauſsis civilibus, teſte* Specul. per d. c. 1. Extr. eodem.

Spiritualibus] *Generaliter prohibetur, ne ſuper rebus ſpiritualibus compromittatur in laicum.* c. contingit. 8. de arbitr. *Quia laici eccleſiaſtica & ſpiritualia negotia tractare non debent.* c. 2. de judic. *Poteſt tamen de his compromitti in laïcum tanquàm arbitratorem & amicabilem compoſitorem. Vel denique in Clericum de ſpiritualibus, & in laïcum de temporalibus compromittere*

Digitized by Google

re licet. c. placuit. 11. q. 1. *juxta vulgatam juris Canonici regulam, temporalia int de foro Imperatoris, ſicut ſpiritualia de foro Papæ.*

Cauſſa liberalis.

Cauſſa matrimonialis.

VERS. 2. Sed in matrimoniali] *Regula generalis eſt, in cauſſa matrimoniali, liberali, vel criminali arbitri cognoſcere nequeunt.* c. cauſſa. 9. de integr. reſtituti. *Deinde cauſſa liberalis de ſtatu hominis ſitne liber, an ſervus, majores judices deſiderat.* l. non diſtinguemus: 32. §. Iulianus. ff. de arbitr. *Matrimonium autem non poteſt partibus conſentientibus, neque per arbitros conſenſu partium electos, diſſolvi aut ab eo recedi.* c. vlt. de tranſact. *Matrimonium enim ſemel contractum, continuationis neceſſitatem induxit, quanvis initium fuit liberum, adeò vt adjectione pœnæ non confirmetur; neque quiſquam compelli poteſt, vel ad contrahendum, vel ad pœnam ſtipulationi adjectam ſolvendam: cùm matrimonia debent eſſe libera.* c. gemma. 29. de ſponſalib. & matrim. *Nam inhoneſtum viſum eſt vinculo pœnæ matrimonia conſtringi, ſive futura, ſive jam facta.* l. Titia 134. ff. de verb. obligat. *Poſtremò, de crimine, ſi criminaliter agatur, arbitri non poſſunt aſſumi. Si verò, de crimine agatur citer: in arbitros compromitti poteſt.* d. l. 32. §. Iulianus. & ibi gl. *Verùm tamen ſi partes compromittunt, & crimen remittunt; tamen Rex non impeditur quomodi tranſactione, quo minùs vindictam criminis expetere poſſit.* Bart. in §. vſque adeò. ff. de injur. *ſed de crimine jam commiſſo tranſigere licet: ſed de futuro crimine, ſive crimine committendo, ne homines hoc modo ad delinquendum invitentur.* l. juriſgentium. 7. §. ſi paciſcar. & ib. gl. ff. de pact. 2.

Matrimonium pœnale.

Cauſſa Criminalis.

Compromiſſum debet eſſe pœnale.

VERS. 3. Metu pœnæ] *Sententiæ arbitri parere nemo cogitur, niſi in compromiſſo pœna pecuniaria, aut alia res, quæ vice pœnæ ſit, adjiciatur.* l. litigatores. 11. ff. de pact. qua de re. Specul. tit. de arbitr.

VERS. 4. Item ex pacto] *Arbiter nihil poteſt vltra illud quod eſt ſibi compromiſſo conceſſum.* l. non diſtinguemus. 32. §. de officio ff. de arbitr. in dilecti. de arbitr. *Et ſi legitimæ clauſulæ, vel conditiones fuerint compromiſſo appoſitæ, ſervari debent, vt ſi convenerit, vt ſententia feratur, vno litigatorum abſente, vt dixi ſupra,* ex d. l. 32. §. ſi in plures. *Poteſt enim compromitti vt vel vno, vel vtroque abſente, ſententia feratur.* l. diem. 27. §. ſi quis dixit. *Porrò ſi ſententia lata ſit vltra vires compromiſſi, non valet, etiam ſi eam homologaverint, ſecundum Felinum* in c. cum dilecta. de reſcript. *Quia arbiter ſuper his tantùm rebus, quæ in compromiſſo continentur judicabet.* c. cùm dilectus de arbitr. *Sed quoties quæritur, vtrum ſententia poſſit conſenſu partium confirmari: diſtinctio* Bartoli in l. 1. ff. de feriatis eſt. *aut enim, inquit, ſententia eſt nulla propter defectum conſenſus, & conſenſu partium confirmari.* l. 3. ff. rem. rat. *haberi; aut eſt nulla propter defectum; & tunc ſecus eſt dicendum.* l. 1. de appell. recip.

Sententia arbitrorũ debet eſſe conformis compromiſſo.

Vltra vires compromiſſi.

De ratificatione ſententiæ.

VO LOCO, ET TEMPORE, PRONVNcietur ſententia arbitrorum.

CAP. 7.

, ex pacto agi poteſt inter partes, vt in loco certo pronunur ſententia.

2. Alioqui ibi pronuncietur, vbi factum fuit compromiſſum.

Hic verſus in nonnullis libris non reperitur.

3. *Item*, ex pacto poteſt agi, quod arbitri pronuncient, quod eis videbitur, dummodò judicent ſecundum leges regni.

4. *Item*, arbitri feriatis diebus pronunciare non poſſunt.

5. Niſi in tribus caſibus, ſcilicet, Principe, vel ſuo Ballivo cogente; vel de conſenſu partium; vel ſi certus dies compromiſſi datus ſit, & iſte dies ſit exiturus.

Annotatio.

Vers. 1. Item ex pacto] *De loco, in quo arbitrorum ſententia ferri debet, aut convenit inter partes; quæ conventio eſt licita, vt hic dicitur; aut non convenit, & loci nulla ſit mentio; & tunc locus compromiſſi ſervandus eſt; in ferenda ſententia.*

Vers. 3. Quod eis videbitur] *Et ſi liberum arbitrium ſit conceſſum arbitro: tamen non poteſt alter-vtri parti præjudicare, aut dolo malo aliquem lædere. Vt communiter tradunt* Dd. in l. cùm anteà. C. de arbitr.

Feriæ triplices. Lib. 1. c. 6.

Vers. 4. Feriatis diebus] *Quædam ſunt feriæ ſolennes, divini cultus cauſſa inſtitutæ, in honorem Dei: aliæ indictæ, quæ meſſium vindemiarumque gratiâ indicuntur: aliæ denique repentinæ, quæ arbitrio Principis conſtituuntur.* l. 4. cum ſeqq. C. de feriis. *Arbiter tempore feriarum ſolennium, non poteſt ferre ſententiam, nec cogi poteſt: ſed tempore feriato in neceſſitatem hominum cogi poteſt.* l. ſi feriatis. 36. ff. de arbitr. *licet ſecus ſit in arbitratore, vt ibi notat* Bartolus.

Vers. 5. Niſi in tribus caſibus] *Tres proponuntur exceptiones à regula præcedente, primò, tempore feriarum, quæ hominis cauſſa, veluti fructuum colligendorum gratiâ, inſtituuntur: arbiter poteſt cogi ad ſententiam dicendam, à Prætore, & judice. Secundò, ſi dies compromiſſi ſit exiturus, nec proferri poteſt, vt tradit Vlpianus* in l. Pomponius. 13. ff. de arbitr. *Tertiò, ſi partes conſentiant, vt* in l. 1. ff. de feriis.

Sit exiturus] *Dies compromiſſo adjectus dicitur exire, ſi advenerit, & de eo proferendo in compromiſſo nulla facta ſit mentio* l. diem proferre. 27. ff. de arbitr. *diei prorogationem, vulgò, vocant, cùm partes in alium ſeu novum diem conſentiunt.*

De effectv sententiae Arbitrorum.

Cap. 8.

Effectus arbitrorum eſt, vt ſententiæ eorum ſtetur, ſive æqua ſit, ſive iniqua, dummodò ſit ſolenniter lata, & non ſit contra leges; & quòd arbiter dolo careat.

2. Et ſit arbitrium aliquâ pœnâ vallatum: Et ſi non ſit pœnâ

Digitized by Google

nâ vallatum, sed juramenti vel fidei interpositione, secundum jura Canonica valet, sed secundum leges regni non tenet.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Vt sententiæ] *Arbitrorum sententiæ litigantes stare debent, sive sit æqua, sive sit iniqua. Hoc enim sibi imputent, qui eos communi consensu elegerunt: Ideoque ab hujusmodi sententia appellari non potest.* c. judicibus. 2. q. 6. l. diem. 27. §. stari. ff. de arbitr. *quod apud nos usu receptum est.*

Solenniter lata] *Nam si non sit lata, secundum solennem, & solitum judiciorum ordinem; ei impunè non paretur.* l. 4. C. de sentent. & interloq. *Et quamvis est arbitrum, hoc nomine convenire posse, ab eo, contra quem imperitè & male judicavit.* gl. §. 1. Instit. de obligat. quæ ex quasi-delicto. per l. penult. in fin. c. de pact. — *Injusta sententia arbitrorum.*

Contra leges] *Nam si sit expresse contra leges lata, ei non statur.* l. si excessum. 19. ff. de appellat.

Dolo careat] *Nam si sententia lata sit dolose ab arbitro, qui debet esse vir bonus, aut ex dolo malo alter-utrius litigatorum (veluti si quis eorum, arbitrum corrupit, pecuniâ, ambitione; vel advocatum diversæ partis, vel aliquem ejus, quibus adversarius causam commisit) hujusmodi sententiæ stare non est necesse.* l, ita demum. 31. l. 3. C. eod. tit. — *Sententia dolosa.*

VERS. 2. Sed juramenti] *De veteri jure Civili, compromissum factum, vel juramento arbitrorum, vel partium, erat validum.* l. 4. C. de arbitr. *Sed jure Novellarum est correctum; per quod prohibetur compromissum fieri, cum juramento.* authen. decernit. C. eod. tit. *Sed jus Canonicum vetus jus Civile approbat, & compromissa juramento firmata, rata esse jubet.* C. 1. extr. de pact. fin. cum omne. 22. q. 1.

DIFFERENTIA INTER JVDICIVM et arbitrium.

CAP. 9.

DIfferunt autem judicium & arbitrium, quòd vbi Ballivus possit punire contumacem; [a] arbiter non potest, quia hoc sibi [b] Ballivis concessum est. *Specul. in tit de arbitr. §. differt.*

[a] *Quia arbiter nõ habet ordinariam jurisdictionem.*

[b] *i. ordinariis judicibus.*

Item, si duo, vel tres arbitri, electi fuerint per partes: nullus sine sociis potest procedere.

Sed si quatuor sint Ballivi, vnus potest procedere, & tenere Curiam sine sociis suis.

QVALITER FINITVR ARBITRIVM.

CAP. 10.

DIvitur autem, & finitur arbitrium, morte partium, vel arbitrorum.

2. Die

2. Die arbitrii tranſactâ, ante pronunciationem judicii.

3. Et pacto facto inter partes.

4. *Item*, hæres litigatorum non ſtabit arbitrio ipſorum arbitrorum, ſi pater ſuus præmoriatur, antequàm judicio arbitrium finiatur; niſi in arbitrio mentio de hæredibus habeatur.

5. Sed quæritur; an pœna ſoluta ab eo qui non paret, peti poſſit judicatum? Reſpondeo, non: duabus rationibus.

6. Prima, quia ſi ſic ageret, contraria poſtularet; pœna enim petitur, quia non paretur arbitrio: judicatum verò, quia ſtatur ſententiæ & arbitrio: Et ideò tanquàm petens contraria non auditur.

7. Secunda, quia ex ſententia arbitri ſuper pœna aſſumpta, principale non tranſit in rem judicatam.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Morte partium] *Si in compromiſſo fiat mentio hæredis alterius tantùm litigatoris (veluti hæredis Titij) & non alterius qui cum eo compromittit (veluti hæredis Sempronij) mortuo Titio, durat adhuc compromiſſum, quia ejus hæres ſuccedit in ejus locum: Sed mortuo Sempronio compromiſſum exſpirat, quia nulla fuit mentio hæredis Sempronij. Sed ſi neutrius hæredis mentio facta ſit, tùm compromiſſum finitur morte alter-utrius litigatoris.* l. ſed & interpellatur 48. l. diem. 27. §. 2. ff. de arbitr.

Alter-utrius.

Vel arbitrorum] *Morte omnium arbitrorum, vel unius ſolvitur compromiſſum; quia cùm ſint plures arbitri: cogendi ſunt ſententiam dicere, aut omnes, aut nullus.* l. Item ſi. 17. Item ſi plures. ff. de arbitr. *Præterea, compromiſſum eſt perſonale, neque perſonam egreditur.* l. in compromiſſis. 45. ff. eod. tit.

Prorogatio diei.

VERS. 2. Die arbitrii tranſactâ] *Die, intra quam arbiter ſententiam dicat, præteritâ, compromiſſum finitur, niſi dies mutuo conſenſu prorogetur.* l. Labeo. 25. l. arbiter. 50. ff. de arbitr. *quia arbiter infra id tempus quod in compromiſſo continetur, judicare debet.* c. cùm dilectus de arbitr.

Arbitria ſunt libera.

VERS. 3. Pacto facto] *Nemo cogitur arbitrium recipere, quoniam eſt res libera & ſoluta, & extra neceſſitatem juriſ-dictionis poſita.* l. 3. §. tametſi. ff. de arbitr. *ideoque libero conſenſu fit inter litigantes; & proinde contrario conſenſu, & pacto diſſolvitur.* l. 2. in prin. ff. eod. tit. ex ratione leg. nihil. 32. de Reg. jur. c. ſignificantibus. et ibi gl. verb. negligentibus. de offic. de leg. extra.

VERS. 4. Item hæres] *Compromiſſum cùm ſit perſonale, non tranſit ad hæredes compromittentis; niſi aliter conventum ſit.* l. diem. in prin. ff. de arbitr.

VERS. 7. Non tranſit in rem judicatam] *Pœna aſſumpta hoc in loco ſignificat pœnam ſolutam* [That is to ſay, the paine taken vp, and payed] *ſcilicet, per eum, contra quem arbitrium certâ pœnâ vallatum, profertur ab arbitris. Solutio autem pœnæ, in arbitrio contentæ impedit, quo minùs res principalis*

Digitized by Google

ulis tranſeat in rem judicatam, et vt planiùs dicam: Si quis pœnali ſententiæ arbitrio contra eum latæ, non obtemperat: ideoque propter ſuam inobedientiam ſolvit pœnam in ſententia contentam: liberatur à ſolutione rei judicatæ, debiti in ſententia contenti, quia id quod in ſententia continetur, non poteſt ti, priùs quàm tranſeat in rem judicatam. Solutio autem pœnæ hunc tranſitum pedit, vt hic dicitur. Porrò, id quod debetur ex ſententia, non tranſit in rem dicatam, donec decem dies poſt latam ſententiam præterierint, intra quos à tentia appellare licet, ita vt illis elapſis, jus ſententiæ contro verti non poſsit, tradunt communiter Dd.in tit.ff. de re judic. *Nam ſi non ſit appellatum à tentia, aut intra legitimum tempus non appelletur: ſtandum erit ſententiæ.* C.de re judic.vbi Azo.l.24.de ſtat.hom.

DE SERVIS NATIVIS AD LIBERtatem proclamantibus.

CAP. II.

Onſequenter ſequitur de quæſtione ſtatus, id eſt, de quæſtione nativorum, & ſervorum fugitivorum.

De eo qui à libertate ad ſervitutẽ petitur, vel contra. Glanv.lib.5.c.1. Quon.Attach.c.56.

2. Placitum eſt quandoque inter aliquos; videlicet, quando quis trahit alium à libertate in villenagium, vel in ſervitutem, quando aliquis in villenagio, vel ſervitute poſitus, petit libertatem.

3. Cùm quis autem alium petit in villenagium, tanquàm ſuum ſuum nativum, habebit Breve de nativis, ad Vice-comitem directum.

4. Si verò ſe liberum eſſe dixerit, is qui petitur, & ſuper hoc monſtrando [a] ſecurum fecerit Vice-comitem, tunc in illo mitatu remanebit loquela illa.

[a] *Dato fidejuſſore vicecomiti de reſpondendo, ſive de ſtando ad rectũ* [b] *vicecommitatu.* In Ꝙ ſamin Schiresdome Glanv.lib.5.c.56.

Et ſummonebitur is, qui clamat eum in villenagium, & es ponetur, quo ſuum clameum proſequatur.

5. Die autem ſtatuto, ſi non venerit is qui clamatur in villeum, neque eſſonium miſerit, fiet illi ſecundum formam lictam in tractatu de loquelis.

De Reo abſente. Lib.1.c.7.

Si verò ſe eſſoniare voluerit, hoc ei licet totidem vicibus, ædictum eſt.

Si verò is qui clamat, neque venerit neque miſerit, dimitalius ſine die; Et [c] interim in ſtatu libertatis erit is, qui in nagium proclamatur.

De Actore abſente. [c] *Pendente lite, quia libertas eſt favorabilis.*

Vtroque autem in Curia præſente, hoc modo diſrationalibertas in Curia.

De vtroque tàm Actore, quàm Reo præſente.

6. Si quidem producit, qui libertatem petit, plures de proximis

ximis conſanguineis ſuis de eodem [d] ſtipite, quorum libertates fuerint in Curia cognitæ per aſſiſam & probatæ, tunc à jugo liberabitur ſervitutis.

[d] *De eodem ſtipite, unde ipſe exierat, exeuntes.*

Libertatis probatio per aſſiſſam.

11. Si verò contradicatur ſtatus libertatis eorundem productorum; vel de eorum ſtatu dubitetur: ad vicinêtum erit de patria recurrendum: Ita quòd per vicinêti veredictum, ſcietur vtrum illi liberi homines ſint, annon, & ſecundum hæc judicabitur.

Reprobatio libertatis per aſſiſam.

12. Si verò [c] alios produxerit is, qui eum in villenagium trahit, ad reprobandum, ſcilicet, quòd illi homines nativi ſui ſunt, eo quòd de vno ſtipite communi cum eo quem ad villenagium trahere procurat, exierunt: Tunc ſimiliter, ſi vtrinque producti recognoſcantur communes conſanguinei; diſquiretur per vicinêtum, qui ſunt eorum [f] proximiores eidem, & ſecundum hoc judicabitur.

[c] *Nempe alios, cõſanguineos ipſius Rei.*

[f] *Al. qui eorum, ſunt eidem, viz. de cujus ſtatu eſt quæſtio.*

13. Probatâ autem libertate in Curia ſufficienter, tunc is de cujus libertate facta eſt contentio, liberabitur perpetuò à clameo petentis, & penitùs abſolvetur.

14. Si verò in probatione defecerit, tunc ab adverſario ſuo [g] diſrationetur, tanquâm nativus ſine recuperatione aliqua. Et Domino ſuo adjudicabitur cum catallis ſuis, quæcunque habet.

[g] *i. In judicio recuperetur.*

15. Sub hac eadem forma, & eodem ordine tractandum eſt placitum, quando aliquis in libertate conſtitutus, ad villenagium trahitur, [h] vel e-converſo.

[h] *Al. vel quando aliquis in villenagio poſitus, propriâ ſuâ deliberatione petit libertatem.*

16. Notandum eſt tamen, & firmiter ſtatuendum, quòd in placito illo, locum non habet duellum, ad probandum vel reprobandum alicujus hominis libertatem.

Annotatio.

Vers. 4. Liberum eſſe] *Liberalis cauſſa dicitur, quum de ſtatu hominis agitur, veluti an ſit liber, aut ſervus.* tot. tit. ff. & C. de liberali cauſſa. *Et eſt duplex, vt patet ex hoc capite: aut enim quis trahitur à libertate in ſervitutem; aut à ſervitute in libertatem proclamat.*

Vers. 8. Et interim] *Pendente lite de ſtatu, is de cujus ſtatu quæritur, habetur pro libero.* l. lite. 14. c. de liberali cauſſa, *& vindiciæ ſecundum libertatem dari debent; vt notum eſt in hiſtoria de Virginia puella,* ex Livio. lib. 3. *Nam cùm quis à libertate in ſervitutem petitur, æquum eſt, vt in poſſeſſione libertatis maneat, donec de cauſſa conſtiterit.*

Digitized by Google

QVIBVS MODIS DE SERVITVTE *ad libertatem pervenitur.* CAP. 12.

)Luribus autem modis, poteſt quis in vellenagio conſtitutus, ad libertatem produci.

Exod. 21.1.&c. Glanv. lib. 5. c. 5: *Primus Modus. Manu-miſſio. 2. Donatio vel venditio infr. h.t verſ.* 10.

2. Veluti, ſi Dominus ejus, volens eum ad libertatem pro- ici, ipſum à ſe, & hæredibus ſuis, quietum clamaverit & libe- m.

3. Vel ſi eum ad ſe liberandum alicui donaverit, vel vendi- rit cum gleba, id eſt, cum terra; & tales nativi aſcriptitii, lege ıperatoriâ nuncupantur.

4. Illud tamen notandum eſt, quòd non poteſt aliquis in lenagio poſitus, ipſius propriis denariis, ſuam emere, vel ac- irere libertatem: tunc enim poſſet ſervus ſic emtus per Do- num ſuum, ſecundum jus, ad ſervitutis villenagium revo- i.

5. Quia omnia catalla cujuſlibet nativi, ita intelliguntur eſſe)oteſtate Domini ſui; quòd propriis denariis ſuis, verſus Do- ıum ſuum non poteſt redimere ſeipſum.

6. Si quis verò extraneus, ad eum ſervum liberandum ip- ı[a] emerit ſuis numis, tum poterit ſervus, perpetuò verſus minum ſuum, qui eum vendiderat, ſe in ſtatu libertatis tueri.

[a] *à Vero Domino.*

7. *Item*, ſi Dominus carnalem copulam cum vxore deſpon- ſervi ſui habeat: & hoc probatum fuerit per vicinêtum, ſer- exibit pet judicium, à ſervitute Domini ſui, nec aliud *Enach* ſt, emendam) habebit, à Domino ſuo: niſi libertatis ſuæ re- eratione m.

3 *Modus; carnalis copula inter Dominũ et vxorem ſervi.*

8. *Item*, ſi Dominus extraxerit ſanguinem ſupra anhelitum i ſui, & de hoc ſervus ſuus conqueratur Domino Regi, vel miniſtris, & ſuper hoc Dominus convictus fuerit, ſervus ex eficio principis, ſuam libertatem acquiret.

4 *Atrox injuria, ſive ſævitia Domini.* Exod. 21. 20, 26.

9. *Item*, ſi ſervus capiatur in aliquo delicto criminali, de vita iembro, aut in leviori actione, & Dominus renuat eſſe ple- ſuus de ſtando legi: ipſo facto ſervum ſuum amittet, & ſer- ecuperabit libertatem: poſtquàm vicinêtum patriæ ipſum tum fecerit à crimine ſibi impoſito.

5 *Ingratitudo Domini, ſervum ſuũ reum criminis, non defendentis.*

10. Cùm quis nativum ſuum à ſe, & hæredibus ſuis, quie- tum

tum clamaverit, vel vendiderit eum extraneo, poterit is qui libertatem conſecutus eſt, erga Dominum ſuum, & quoſlibet hæredes ſuos, perpetuò ſe tueri, dummodò per Chartam, aut alio modo legitimo, hoc in Curia [a] dirationaverit.

[a] *i. Probaverit ſe à Domino ſuo manumiſſum aut vēditum fuiſſe.*

11. Quia quilibet liber homo, habens ſervum nativum, poteſt ipſum quantum ad ſui ipſius, vel hæredum ſuorum perſonas, liberum facere, non quantum ad alios.

12. Quia ſi quis priùs nativus ſervus, hoc modo ad libertatem productus, contra extraneum aliquem, ad aſſiſam, [b] vel aliquam legem faciendam, produceretur in Curia, tunc ille poſſet juſtè inde amoveri, ſi villenagium ſuum in Curia fuerit objectum, & probatum.

[b] *i. Ad faciendū purgationem ſive acquietationem cum alio.*

13. Niſi de licentia, & voluntate Domini Regis, & ſpeciali mandato ipſius, liber factus fuiſſet, & liberè manu-miſſus.

14. *Item*, ſi quis ſervus ſederit ſuper terram alicujus, per ſeptem annos pacificè; non calumniatus ab aliquo, quanvis nativus ſervus ſit alicujus, jugum ſervitutis evadet.

6. Modus. ſeptennis præſcriptio libertatis

15. Et quanvis Dominus ille, cujus erat ſervus nativus, poſt illos ſeptem annos ipſum calumniare voluerit, tanquam ſervum ſuum nativum, [c] ligeanciam ipſius amittet in perpetuum. Et ſic ipſe qui erat nativus primò, poſt ſeptem annos, liber homo erit eundi, redeundi, veniendi, & manendi liberè, vbicunque voluerit, ſine impedimento aliquo, quod pertineat ad aliquam ligeanciam ab aliquo vendicandam.

[c] *i. Jus domini, quo ſervus ligatus, et obligatus fuit domino.*

16. Sed nulla præſcriptio currit contra ſervos nativos Domini Regis, quin eidem Domino Regi reſtitui debeant, in cujuſcunque terra inveniantur.

7. Modus. Annalis præſcriptio libertatis infra burgū. Leg. Burg. c. 17.

17. *Item*, ſi nativus ſervus, cujuſcunque ſervus fuerit, quietè per vnum annum, & vnum diem, in aliqua villa privilegiata (ſicut in burgo Domini Regis) manſerit, ſcilicet, in eorum communia, vel Gilda, tanquàm Burgenſis, ſine calumnia Domini ſui, vel alterius nomine ſuo, ſcilicet, Ballivi vel Seneſcalli, eo ipſo facto, à jugo liberatur ſervitutis.

18. *Item*, ſtatutum eſt, quòd placitum de nativis moveri non debet, ſine Brevi Domini Regis.

Annotatio.

Vers. 3. Adſcriptitii] *Hoc eſt, coloni, qui glebæ adhærent, eidem aſcribuntur, & cum gleba venduntur, tanquàm ejus quædam pars: Nam ſi quis prædium*

Digitized by Google

vendere voluerit, vel donare, colonos retinere non poteſt; ſed eos, vnà cum jis, alijs alienare debet. l. 2. l. 6. l. Colonos. 19. C. de agric. & cenſit. lib. 11.

ERS. 5. Omnia catalla] *Servi nihil habent proprium, ſed pro nullis habentur: & quadrupedibus æquiparantur.* l. 2. ad l. Aquiliam l. quod attinet. 32. epen. ff. de Reg. jur. *ideoque quicquid acquirunt, Domino acquirunt.*

ERS. 10. Cum quis nativum] *Unicuique licet ſervum ſuum manumittere, ſed ſi cum licentia Regis fiat manu-miſsio, manu-miſſus erit liber, & habebit libertate ſua, contra Dominum manu-mittentem, & ejus hæredes & omnes alios. Sed ſi manu-miſsio non fuerit à Rege approbata, is qui manu-mittitur, libertate ſua fruetur adverſus veterem dominum, ejuſque hæredes; ſed non contra alios. Ideoque contra alios non poteſt eſſe teſtis: nec ſtare in probatione, aſſiſa. Requiritur ergo, vt quis plenam libertatem conſequatur, quòd à Domino ſuo manu-miſſus, à Rege confirmetur; aut ab ipſo Rege manu-miſſus, ſit inter Regis libertus. Et hoc modo alienus libertus à Rege confirmatus, & proinde ipſius Regis libertus, pari jure, & libertate gaudent. Idem dicendum eſt, ſi ſervo per Dominum extraneæ perſonæ vendito. In hoc igitur caſu, Dominus ſibi, & ſuis hæredibus, non autem alijs nocet. Eodem modo de jure Civili, ſi quis ſervum ſuũ in fraudẽ creditorũ manu-mittit; ſibi, & ſuis hæredibus præjudicat, ſed ſuis creditoribus non nocet.* l. creditoribus. C. de ſer. pig. dat. manu-miſſ.

DE SERVIS NON ORDINANDIS ad ſacros ordines.

CAP. 13.

ervilis conditio, clericalem non capiat honorem.

2. Quid igitur juris eſt, ſi ſine manu-miſſione, ſervi ſint aliquem ordinati? Circa hoc diſtinguendum eſt.

Hoc caput, cum duobus capit. ſequentibus, deſideratur apud Glanvillam.

. Nam ſervus ordinatur, ſciente Domino, aut ignorante.

. Si ſciente, & non contradicente; liber fit, & ingenuus, nec nguendum eſt in quo ordine ſit ordinatus.

Si verò ignorante Domino, ignorantibus etiam ordina-, & præſentatore: in illo caſu, revocatur ille ordinatus in tutem: Et reddi debet Domino ſuo, ſi fuerit in minoribus ibus ordinatus.

Presbyter autem factus, ſerviet Domino in divinis offitiùs quàm aliis. Monachus autem de ſervo factus, jugum utis evadit.

[a] De numero ordinum in Eccleſia Romana vid. Hoſtienſ. in rubr. de ordinatis ab Epiſc. qui Epiſcop. renunciavit, et in tit. de tempor. ordin. et qualitat. ordinand.

Sed ſi ſciente ordinatore, vel præſentatore, fuerit ſervus atus in presbyterum, vel quocunque aliquo [a] ordine, maliber in perpetuum.

Sed ordinator, vel præſentator, tenetur dare Domino illi- ordinati, mancipia, vel ſervitia mancipiorum, id eſt, alim ſervientium.

Et nota, quòd in his caſibus, in quibus Dominus habet

Digitized by Google

jus repetendi ſervum ſuum ordinatum; ipſe poteſt revocare eum tantùm vſque ad vnum annum, vt ſupra dicitur, de ſervo manente in Burgo, & non vltrà.

10. Et computabitur ille annus à tempore ſcientiæ Domini, [b] vel à tempore ordinationis Clerici.

[b] *Al. et non à tempore facit. l. genero. 8. ff. de his qui notant. infam.*

11. Sed quid ſi Dominus ſervum calumniat, quẽ dicit invito ipſo & ignorante, ordinatũ fuiſſe, vbi de hac cauſſa ſtatus agetur?

12. In hoc caſu, volumus hanc cauſſam ſtatus, in quo agitur de revocando Clericum de ſtatu clericali, ad ſtatum ſervilem, in foro Eccleſiæ illius, in qua eſt Clericus ordinatus, agi debere & non alibi.

De Clericorum degradatione vid. jus Canonicum. 15. queſt. 7. felix. et. c. degradatio. 2. de pœnis. lib. 6.

13. Cedit enim ad ignominiam & vituperium Eccleſiæ, cùm Clericus revocatur ad ſtatum ſervilem.

14. Et ſi judicio reddi debeat, deponendus eſt, vel degradandus, antequam reddatur.

ANNOTATIO.

Cum his quæ in hoc capite traduntur, concordant, quæ proponuntur in 54. *diſtinctione in prima parte decreti juris Canonici*, & in tit. de ſervis non ordinan. extr.

DE MANV-MISSIONE SERVORVM.

CAP. 14.

MAnu-miſſio eſt libertatis datio; nam quandiu aliquis in ſervitute eſt, manui & poteſtati ſui Domini ſubjectus eſt. Et cùm manu-miſſus fuerit, ipſe eſt à manu, & poteſtate Domini ſui liberatus.

2. Manu-miſſio autem habuit originem, à jure gentium.

3. Et cùm anteà vno communi nomine omnes (homines) appellarentur; iſto jure gentium, tria genera hominum eſſe cœperunt, ſcilicet, liberi, & his contrarium, ſervi: Et tertium genus, ſcilicet, qui deſierant eſſe ſervi; & hi vocantur libertini.

4. Servitus autem ſumſit originem ab ebrietate Noæ.

Sup. 12. 13.

5. Manu-mittere poteſt quilibet habens ſervum, dum tamen de licentia Domini Regis hoc faciat; aliter ſervi nativi, liberi fieri non poſſunt.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Datio] *Scilicet, voluntaria: Nam nemo manu-mittere cogitur ſuum ſervum. l. 2. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni juris. Porrò, quæ hic traduntur deſcripta ſunt ex l. 3. ff. de ſtat. hom. Et ex §. 1. Inſtit. de libertinis.*

VERS. 4. Ab ebrietate Noæ] *Non eſſet hodie ſervitus, ſi ebrietas non fuiſſet.*

Digitized by Google

iſſet. Cſexto die. diſtinct. 36. *Nam Noa ebrius à filio ſuo* Cham *ebrietatis uſſa, ludibrio habitus, & irriſus, ei male-dixit; & juſsit, vt eſſet ſervus ſerorum fratribus ſuis.* Geneſ. 9.24. *Servitus igitur dicitur introducta ab ebrietate, tanquam à prima & originali cauſſa. Et à jure gentium dicitur quoque troducta, quia jus gentium eam approbavit, tanquam jus quo omnes gentes untur.* d.l.4.& gl.in c.jus gentium.Diſtinct.1.

DE DONATIONIBVS INTER virum, & vxorem.

Cap. 15.

Hoc Caput plurimis libris non habetur.
Vid.Iac.4.parl.6.c.77.

)Lim dicebatur donatio ante nuptias; hodie propter nuptias. Et quia hodie fit ante, & poſt nuptias: ideo meritò, donatio opter nuptias nuncupatur.

2. Inducta eſt donatio propter nuptias, vt per eam de dote, nſultum ſit mulieri.

3. Quia ſoluto matrimonio per donationem (id eſt, per res natas, quæ alienari non poſſunt) providebitur mulieri, vt ſalſit ei dos; quia de ea ſatiſ-fieri poterit mulieri.

4. Soluto autem matrimonio, ſicut dos ad mulierem, ſic natio propter nuptias, redit ad virum.

5. Et eſt notandū, quòd licet dicatur eadem eſſe donatio ante ptias, & poſt nuptias: tamen inter vtramque eſt differentia.

6. Quiâ ſi donatio fiat ante nuptias, tunc poteſt excedere antitatem dotis.

7. Sed vbi contracto jam matrimonio fit donatio, non de-, nec poteſt de jure regni, dotis excedere quantitatem.

8. Illud autem ſtatuimus, quòd ſi mulieri dos detur; & ipſa ucatur in poſſeſſionem ſaſinæ ejuſdem, non tamen fructus inercipiet ipſa, ſed vir ejus eos percipiet ad ſuſtentationem vxſuæ, & familiæ.

9. Aliâs, ſi maritus perciperet per ſe, fructus donationis ſuæ ris, & vxor fructus ſuæ dotis, per virum ſibi datæ: non dicetur, quòd maritus donationem illam recipiet ad ſuſtentanda ra matrimonij: cùm tantum ei abeſſet, quantum adeſſet.

10. Aliæ autem donationes, præter iſtas, de quibus ſuperiùs um eſt; prohibitæ ſunt inter virum & vxorem, ne mutuo ore ſe ſpolient.

11. Quanvis autem donatio inter virum, & vxorem ſuam, tante matrimonio, non valet: tamen ſi talis donatio facta ta donatoris, manet rata, ejus obitu confirmatur.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Donatio] *propter nuptias, propriè dicitur, cùm ſponſus ſponſæ, vel maritus vxori ſuæ, donat aliquid propter dotem, ſive in remunerationem dotis, vt ſoluto per divortium, vel mortem, matrimonio, meliùs proſpiciatur mulieri, vt* not. in authen. C. de donat. ante nupt. *Nam hæc donatio fit in gratiam mulieris, vt meliùs mulieri conſulatur, & vt habeat aliquid pro dote, quam dedit marito, ſi contigerit maritum malè conſumere dotem. Ideoque cùm fit ad remunerationem, ſeu compenſationem dotis, à Græcis dicitur* ἀντιπέρνα, *quaſi anti-dos: Nam* ἡ περνὴ *Græcis eſt dos, ab Interpretibus juris, Canonicum jus ſequutis, dicitur dotalitium* [Dowrie] c. plærũque de donat. inter vir. & vxor.

Dotalitium.

Et poſt nuptias] *Hæc donatio poteſt fieri inter conjuges, vel ante nuptias, vel poſt nuptias; Et conſtante matrimonio poteſt fieri, vel augeri.* l. vlt. c. de donat. ant. nupt.

VERS. 4. Soluto matrimonio] *Dos datur viro à muliere, & donatio datur vxori à viro. Ideoque cùm debeant eſſe æquales, hinc inde æqualiter ad eos redire debent, poſt ſolutum matrimonium, niſi conſuetudo ſit contraria, aut pactio de dote lucranda.* c. vlt. & ibi gl. de donat. inter vir. & vxor. l. vnic. c. de rei. vx. act.

VERS. 8. Non tamen fructus] *Fructus dotis conſtante matrimonio, ad maritũ pertinent, cùm ipſe onera matrimonij ſubeat.* l. pro onerib. 20. C. de jur. dot. l. 5. l. 7. ff. eod. tit. ex ratione l. ſecundum. 10. ff. de Reg. jur.

VERS. 10. Aliæ autem] *Donationes quæ referuntur in tempus ſoluti matrimonij, veluti in caſum mortis, vel ad ſuſtentationem vxoris (quæ ſunt favorabiles ratione dotis datæ) non prohibentur, quominùs vel fiant, vel priùs factæ, augeantur conſtante matrimonio, vt dictum eſt. Verùm omnes donationes inter conjuges, conſtante matrimonio, prohibentur, quæ affectionis, vel amoris cauſſa fiunt, ne mutuo amore invicem ſpolientur, non temperando à donationibus. ſed profuſa facilitate vtentes: honeſtus enim amor, non profuſione, aut largitionibus, ſed ſolis animis æſtimari debet, ne alter in paupertatem decidat, & alter ditior fiat, nec eſſet illis ſtudium, & cura liberos educandi.* l. 1. cum ſeqq. D. de donat. inter vir. & vxor.

VERS. 11. Ejus obitu confirmatur] l. res vxoris. 24. de donat. inter vir. & vxor. *Et ſi ambo conjuges moriantur: valet donatio, niſi à marito vel tacitè, vel expreſsè fuerat revocata, dum viveret.* c. vlt. & ibi pulchra. gl. de donation. inter vir. & vxor. *Tacitè revocatur per divortium, vel Nuncium repudij. Expreſsè verò, per pœnitentiam donantis, tempore mortis ſuæ.* vt in addit. ad Azo. C. eod tit.

DE DOTE.
CAP. 16.

DOs duobus modis dicitur: dicitur enim[a] dos vulgariter, id quod liber homo dat ſponſæ ſuæ, ad oſtium Eccleſiæ, tempore deſponſationis.

[a] Glanv. lib. 5. c. 1. a Ane reaſſonable tearce, or third verſ. 5. verſ. 60. Stat. Alex. c. 22. 5.

2. Tenetur autem vnuſquiſque tàm de jure Canonico, quàm jure

ire ſeculari, ſponſam ſuam dotare, tempore deſponſationis.

3. Cùm quis autem ſponſam ſuam dotat, aut dotem ſuam ominat, aut non;

4. Si non nominat, tertia pars totius liberi tenementi ſui viri, uod habuit tempore deſponſationis, intelligitur ſibi pertinere.

5. Dos[b] enim appellatur, rationabilis cujuſlibet mulieris, rtia pars, totius tenementi viri ſui, quod habuit tempore de- onſationis; ita quòd inde fuerit ſaſitus in Domino ſuo, vt de odo.

Iac.4.parl.6.c.77.
[b] *Nunc de praxi, tertia pars eſt mẽti quod maritus habuit tempore mortis ſuæ, datur vxori.*

6. Si verò maritus dotem nominat, plus tertiâ parte tene- enti, dos in tanta quantitate ſtare non poterit, ſed menſurabi- r ad tertiam partem, vel minùs tertiâ parte.

7. Quia minùs tertiâ parte tenementi ſui, poteſt quis dare in tem, plus autem, non.

8. Contingit autem quandoque, quòd modicum tenementi beat is, qui mulierem deſponſavit: & velit dotem ſuam am- are, ſcilicet, de conquæſtu ſuo, in tertiam partem, vel minùs.

9. Sed ſi de conquæſtu ſuo, nihil fuerat expreſſum in dotis ignatione, licet parum habeat[c] tenementi, & multum acqui- rit, poſteà non poteſt mulier clamare, plus tertiâ parte illius ementi, quàm habuit is, qui mulierem tempore deſponſati- s dotavit, ex quo ipſa fuit eo priùs contenta.

Glanv.lib.6.c.2.
[c] *i. Hæreditatis.*

10. Idem dico, ſi quis etiam in denariis, & aliis catallis terram habens, ſponſam ſuam dotaverit, & poſteà magnum con- æſtum fecerit, in terris & tenementis, ipſa nihil de-cæterò, de quæſtu illo, in dotem de jure clamare poterit.

11. Quoniam hoc generaliter verum eſt, quòd quantacun- vel qualiſcunque fuerit dos aſſignata alicui mulieri, ſi ſatiſ- um fuerit mulieri ad oſtium Eccleſiæ: quantum ad dotem, quam de-cæterò, poterit dos ampliari; nec mulier ad dotem s petere.

12. Sciendum eſt vtique, quòd mulier nihil poteſt diſponere a dotem, in vita mariti ſui.

13. Quia cùm mulier plenè in poteſtate viri ſui de jure ſit: eſt mirum, quòd tâm dos, quàm cæteræ res omnes intelli- tur eſſe in diſpoſitione viri ejuſdem.

Glanv.lib.6.c.3.
Dotis alienatio per maritum, permittitur.
Quon.Attach.c.20.
Iac.3 parl.11.c.23.

14. Et ideò poteſt quilibet vir vxorem habens, dotem vxoris donare, vendere, aut alio modo quo voluerit, alienare in vi- a.

15. Ita quòd tenetur vxor ſua in hoc, ſicut in aliis rebus, quæ contra Deum non ſunt, ei benigniter obedire.

16. A dcò autem viro ſuo obedire & conſentire tenetur mulier, vt ſi vir ejus dotem ſuam vendere voluerit, & ipſa conſenſerit, ſi poſteà ita fuerit emta, & vendita dos ipſa, mortuo viro, non poteſt mulier ipſa verſus emtorem eam petere. Si confeſſa fuerit in Curia, vel juraverit, vel ſuper hoc convicta, quòd eâ non contradicente à viro ſuo vendita fuit.

4. Pars. Glanv. lib. 6. c. 4. *De dote nominata vacante, i. quæ à nemine poſſidetur.* Lib. 2. c. 22. 8.

17. Viro autem mortuo, dos ipſius mulieris nominata, aut vacat, aut non vacat.

18. Si vacat, vxor poteſt ſe ponere in dotem ſuam, & tenere ſe in ſaſina, cum conſenſu hæredis.

19. Si non vacat, aut quædam pars vacat, aut quædam pars non vacat.

20. Si quædam pars vacat, poteſt ſe vxor ponere in partem quæ vacat, prædicto modo. Et de reſiduo habebit Breve de recto ad [d] warantum ſuum, quòd teneatur ei plenum rectum de illa villa, vel Hilda terræ, quam clamat pertinere, ad rationabilem dotem ſuam.

[d] *i. Heredem mariti defuncti, qui ejus vxori viduæ dotē warantizare debet.*

21. Quod quidem Breve tale eſt. Rex tali; Salutem: præcipio tibi, quòd ſine dilatione plenum rectum teneas *M.* quæ fuit vxor *A.* de [e] vna Hilda terræ, vel de illa villa, vel terra in tali villa, quam clamat pertinere ad rationabilem dotem: & quam dotem, tenet in eadem villa, per liberum ſervitium decem ſolidorum per annum, pro omni ſervitio, & quam *N.* ei deforciat. Et niſi feceris, Vice-comes faciet, ne oporteat eam ampliùs inde conqueri, pro defectu recti.

[e] *Quæ alio nomine à Gallis Carrucata terræ dicitur: et tantum terræ continet, quātum vno aratro coli poteſt in Anno.* Charrue *gallicè, aratrum latinè.*

22. Tractabitur autem [f] placitum illud per hoc Breve in Curia waranti, donec probetur Curia ipſius, mulieri in recto defeciſſe; quod & qualiter fieri debeat dicetur inferiùs.

L. 3. c. 10. 11. Edward. 1. An. 13. c. 4. Glanv. lib. 6. c. 6.

[f] *Inter vxorē mariti defuncti, et dotis poſſeſſorem, ſeu tenentem. Infr. hoc c. verſ. 42.*

23. Quo probato, procedet loquêla illa, vſque ad Comitatum.

24. Et ita mediante comitatu, vel voluntate Domini Regis vel Capitalis juſtitiarii, poterit loquela illa ad Curiam Domini Regis juſtè transferri.

25. Et per hoc Breve, Rex Vice-comiti; Salutem. Pone coram me, vel Juſtitiariis meis die illo, loquêlam quam habes in Comitatu tuo, inter *M.* & *N.* de vna Hilda terræ, in tali villa, de Q. quam ipſa *M.* clamat verſus prædictum *N.* ad rationabilem

Digitized by Google

lem dotem ſuam pertinere. Et ſummone prædictum *N.* qui terram illam tenet, quòd tunc ſit ibi cum loquêla ſua, & habeas ibi tuæ ſummonitionis teſtimonium, & hoc Breve.

26. Poteſt autem transferri hujuſmodi loquêla, & alia quælibet â Comitatu, ad Curiam Domini Regis, vel juſtitiarii, pluribus de cauſſis. 5. Pars.

27. Tùm etiam propter illam dubitationem quæ emergit in Comitatu, ſuper loquêla ipſa, quam Comitatus neſcit dijudicare. Glanv. lib. 6. c. 1.

28. Et quando ſic transfertur aliqua loquêla ad Curiam: tunc ſummonenda eſt vtraque pars tàm petens, quàm tenens.

29. Cùm autem ex[g] perquiſitione alterius partium, tranſfertur loquêla ipſa ad Curiam: tunc ſufficit illam partem ſummoneri, quæ hoc non perquiſivit.

[g] *Requiſitione, petitione, vel conſenſu.*

30.* Si verò ex conſenſu, & perquiſitione vtriuſque partium ſimul exiſtentium Curia, loquêla ipſa transferatur; tunc neutram partem oportet ſummoneri, quia eis intelligitur dies data in Curia.

31. Die autem ſtatuto in Curia, aut vtraque pars adeſt, aut altera earum tantùm, aut neutra. De abſentia autem vtriuſque, vel alterius, ſuperiùs dictum eſt. 6. Pars.

32. Vtraque verò parte præſente in Curia, mulier jus ſuum proponet, verſus ſuum adverſarium, in hæc verba. Lib. 1. c. 7. c. 8. *De vtraque parte. i. vxore defuncti, et poſſeſſore dotis, comparente in ſuperiore Curia.*

33. Peto terram illam, ſicut pertinentiam illius terræ, quæ eſt mihi nominata in dotem: vnde maritus meus me dotavit, ad oſtium Eccleſiæ, die quo deſponſavit me, ſicut de ea vnde fuit veſtitus & ſaſitus eo tempore quo me inde dotavit.

34. Ad hujuſmodi clameum, ſolet multiplicitur reſponderi, à parte adverſa.

35. Aut enim negabit eam inde fuiſſe dotatam, aut concedet. 7. Pars.

36. Quicquid autem dicat, non debet loquêla illa procedere, ſine[h] hærede mariti mortui ipſius mulieris, qui ſummonendus eſt, quòd veniat ad Curiam auditurus iſtam loquêlam.

[h] *Quia ipſe tenetur mulieri ad warantizationẽ dotis.* Glanv. lib. 6. c. 16.

37. Et per hoc Breve. Rex Vice-comiti; Salutem. Summone per bonos ſummonitores *N.* hæredem *A.* quòd ſit coram me, vel juſtitiariis meis, eo die ad warantizandum *M.* quæ fuit vxor ipſius *A.* anteceſſoris ſui, vnam Hildam terræ, in tali villa, quam clamat ad rationabilem dotem ſuam: ex dono ipſius *A.* viri ſui verſus *N.* vnde fuit, vel eſt, inter eos, in Curia mea placitum,

tum, ſi terram illam ei warantizare voluerit, vel oſtendere, quare id facere non debuerit.

Glanv. lib. 6. c. 10. 38. Hæres ſummonitus, ſi neque venerit, neque ſe eſſonia-verit, nec etiam quarto die venerit, neque reſponſalem miſerit, ſecundum quoſdam, poteſt diſtringi per feudum, quòd ad Curiam veniat.

39. Ita quòd de conſilio Curiæ, capiatur in manu Domini Regis tantum de feodo ſuo; vnde diſtringatur ad Curiam venire ad oſtendendum, vtrum debeat terram illam warantizare, an non.

40. Vel per plegios attachiari poterit, quòd ad Curiam veniat id facturus.

Glanv. lib. 6. c. 11. 8. Pars. 41. Apparente autem in Curia hærede, aut id teſtatur & concedit, quòd terra ipſa ſit pertinentia dotis mulieris, & quòd inde fuit dotata, & quòd anteceſſor ejus fuit inde ſaſitus, tempore quo eam inde dotavit; ſicut de pertinentia ipſius terræ, quam inde eidem nominavit principaliter in dotem, vel non.

42. Si id concedit in Curia: de-cæterò, tenebitur illam terram verſus tenentem diſrationare, ſi inde voluerit placitare: Et ita ipſam, illi mulieri deliberare; atque ita ab ipſa muliere, revertetur placitum illud, inter hæredem, & [i] tenentem.

[i]. *Poſſeſſorem dotis.*

43. Aut ſi noluerit inde placitare: tenebitur dare ipſi mulieri, competens excambium, quia de-cæterò non poterit [k] perdere mulier.

[k] *Nam aut ipſam dotem, aut ejus excambium recuperabit infr. verſ. 49*

44. Si verò hæres non [illegible]us fuerit, nec conceſſerit ipſi mulieri, quod ipſa verſus tenentem proponit: tum placitum inde erit inter mulierem & hæredem.

45. Mulier enim nullum efficaciter poterit movere placi-. tum, verſus aliquem, ſine warantò de dote ſua, nec inde reſpondere.

[l]. *Breve non valet et caſſari poteſt.*

46. Sicuti nec [l] tenetur Breve regis, ſine eodem waranto ſuo.

9. Pars. 47. Si verò hæres totum jus ipſius mulieris ei negaverit, ita quòd dixerit ei in Curia, nunquam ipſam inde fuiſſe dotatam ab anteceſſore ſuo, poterit ita ad duellum per veniri.

48. Si ſcilicet, mulier audientes, & videntes habeat ibi, vt aliquem idoneum teſtem, qui audierat, & viderat ipſam inde fuiſſe dotatam, ab anteceſſore ipſius hæredis, ad oſtium Eccleſiæ, tempore deſponſationis; & dicit, quòd paratus eſt diſratiocinationem

cinationem facere, verſus hæredem per duellum.

49. Si ergo mulier verſus hæredem obtinuerit per duellum: hæres tenebitur terram petitam mulieri deliberare, vel competens excambium ei aſſignare. Glanv.lib 6.c.12. 10. *pars.*

50. Notandum eſt etiam, quòd cùm quis dotat ſponſam ſuam, in hæc verba. Do tibi terram illam nominatam cum pertinentiis ſuis, ſi quam pertinentiam non habuerit tempore deſponſationis in Dominio ſuo, nec inde fuit ſaſitus eo tempore, ſed ſi in vita ſua dirationaverit eandem, vel alio modo juſtè perquiſierit, poterit vxor ipſius poſt mortem viri ſui, de jure dotis agere, & etiam ipſam pertinentiam, cum aliis rectè, & juſtè petere. *De pertinentijs donationis quæ à Principe ſit alicui. Vid.l.2.de bon.vacant.lib.10.* 11. *pars.*

51. Sciendum eſt etiam, quòd ſi vir alicujus mulieris, dotem vxoris ſuæ vendiderit, poſtquam eam inde dotavit, tenebitur hæres ipſe, dotem ipſi mulieri, ſi poterit, deliberare: Et ipſi emtori tenebitur ad rationabile excambium. Glanv.lib.6.c.13.

52. Cùm autem totaliter vacat dos alicujus mulieris, ita quòd nihil inde habeat mulier, tractandum eſt negotium hoc in Curia Domini Regis. 12. *pars.*

53. Et ſummonebitur is qui dotem tenet per hoc Breve. Rex Vice-comiti; Salutem. Præcipe *B.* quòd juſtè, & ſine dilatione faciat *M.* quæ fuit vxor *N.* habere rationabilem dotem ſuam in illa villa, quam clamat habere, de dono *N.* viri ſui, vnde nihil habet vt dicit; Et inquire quare eam injuſtè deforciat: & niſi fecerit, ſummone eum per bonum ſummonitorem, quòd ipſe ſit ibi eadem die, reſponſurus coram me, vel juſtitiariis meis, quare rectum inde non fecerit, & habeas ibi ſummonitionis hujus teſtimonium, & hoc Breve.

54. Quicunque dotem tenet, ſive hæres, ſive alius, oportet hæredem ſemper eſſe præſentem, qui mulieri, petenti de dote ſua, reſpondeat.

55. Si verò hæres dotem ſuam deforciat mulieri, tunc per Breve ſummoneatur. 13. *pars.* *Placitum de dote, inter mulierem, et heredem mariti.*

56. Poteſt autem placitum illud inter mulierem & hæredem multipliciter variari.

57. Aut enim clamabit mulier dotem, tanquam dotem nominatam, vel non nominatam.

58. Hæres quoque aut concedet ei dotem fuiſſe nominatam, aut non nominatam.

59. Si

De dote nominata. Glanv.lib.6.c.16.c.17

59. Si igitur de dote nominata, ſive de diverſis nominibus vel variationibus dotis, ſit inter eos contentio; tunc poteſt in placito ipſo, prædicto modo procedi.

De dote non nominata.

60. Si verò rationabilis dos ſine aliqua nominatione certa petatur; certi juris eſt, quòd hæres tenebitur aſſignare mulieri in dotem, tertiam partem totius liberi tenementi, quod anteceſſor ſuus habuit in dominio, eo die quo ipſam deſponſavit integram in omnibus, vt in terris, tenementis, & advocationibus Eccleſiarum.

14. Pars.

61. Ita quòd ſi non fuerit niſi vna Eccleſia in tota hæreditate, ſi contingat eam vacare in vita mulieris, poſt mortem mariti ſui; non poterit hæres, ſine aſſenſu mulieris, perſonam ad Eccleſiam præſentare.

62. Excipitur capitale meſſuagium, quod dari non poteſt, nec dividi: ſed integrum remanebit cum hærede.

63. Prætereà ſi duo vel plura fuerint maneria dividenda, non dividetur capitale manerium, ſed integrum, cum capitali meſſuagio, hæredi remanebit. Ita quòd de alio manerio, vel aliis, ipſi mulieri plenè ſatiſ-faciat.

[m] Dos aſſignata vni mulieri, et ab ea poſſeſſa, non venit in diviſionem dotis alteri mulieri aſſignande.

64. [m] *Item*, in deviſione dotis, non venient res quas tenuerunt aliquæ aliæ mulieres in dotem, vnde priùs dotatæ fuerunt.

65. Notandum eſt etiam, quòd proprietas hæreditatis non remanebit mulieri in aſſignatione dotis.

The great tearce is nocht comptit within the ſmall tearce.

66. Neque etiam pro ætate hæredis, [n] remanebit aſſignatio dotis ipſi mulieri.

[n] i. Ceſſabit, impedietur. Glanv.lib.9.c.17.

67. Prætereà ſciendum eſt, quòd ſi fuerit aliqua terra data mulieri in dotem nominatam, ita quòd Eccleſia in feodo illo fundata ſit, poſt mortem mariti ſui, habebit mulier inde liberam præſentationem.

68. Ita quòd Clerico cuilibet idoneo, eam concedere poteſt, cùm vacaverit.

[o] Quia collegium non moritur.

69. Sed collegio non poteſt, [o] quia hoc auferret jus hæredis perpetuò.

70. Si verò maritus mulieris, alicui Clerico idoneo in vita ſua, Eccleſiam illam conceſſerit, Clericus ille in tota vita ſua, eam poterit obtinere: etiamſi hoc factum ſit, poſtquàm vxorem ſuam dotavit de illa terra.

71. Verum tamen ſi domui religioſæ, interim Eccleſiam ipſe maritus conceſſerit: ipſo mortuo, hæres debet Eccleſiam poſt mor-

Digitized by Google

mortem mariti, ipſi mulieri deliberare: Ita quòd in vita ſua liberam præſentationem inde habebit.

72. Poſt mortem vero mulieris, & Clerici inſtituti ad præſentationem mulieris, revertetur Eccleſia ad domum religioſam, illi perpetuò remanſura.

73. *Jtem*, ſciendum eſt, quòd ſi in vita alicujus viri, vxor ſua fuerit ab eo ſeparata ob aliquam ſui [p] criminis turpitudinem, nullam vocem clamandi dotem habere poterit.

[p] *Al. corporis.*

74. *Jdem*, dico, ſi fuerit ab eo ſeparata propter [q] parentelam. Et tamen liberi ejus poſſunt eſſe hæredes, & de jure regni patri ſuccedent, jure hæreditario.

[q] *i. Conſanguinitatem.*

75. Notandum eſt, quòd cùm aliquis filius & hæres alicujus, ex conſenſu patris ſui, ducit vxorem; & per aſſignationem patris ſui, quandam partem terræ patris ſui dat ei in dotem: nunquam ab ea (id eſt, per eam) poterit peti in dotem plus.

76. Mortuo autem viro ſuo, ante mortem patris ſui, quæri poteſt; vnde terram illam nomine dotis retinere poteſt; & vtrum pater viri ſui, teneatur illi warantizare terram illam? Reſpondetur, tenetur ei warantizare dotem illam, pâter viri ſui.

77. Si verò mulier plus habeat in dotem, quàm pertineat ei habendum; præcipietur Vice-comiti quòd id admenſurari faciat.

78. Per hoc Breve. Rex Vice-comiti; Salutem. Conqueſtus eſt nobis *M.* quòd *C.* habet plus in dotem, de hæreditate ſua, quàm ei pertineat habendum: ſcilicet, plùs quàm rationabilem dotem. Ideo præcipimus tibi, quòd juſtè, & ſine dilatione facias habere dictam *C.* quod habere debeat, & pertineat ei habendum, ad dotem rationabilem: ne oporteat eum ampliùs inde conqueri pro defectu juſtitiæ.

Annotatio.

Vers. 2. Tenetur autem] *Maritus enim debet alere vxorem, ſive dotatam, ſive indotatam; & ſi non fecerit, jure canonico excommunicatur: quia, qui indotatam accipit, ſibi imputet.* l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem. & ibi gl. in verb. ſecundum dotis quantitatem. ff. ſolut. matrim. *Ideoque ſi manifeſtum ſit virum dotem diſſipaturum, vel ſi vir ad inopiam vergat: dos ſequeſtrari ſolet apud aliquem Mercatorem, vt de honeſto ejus lucro, vir ſuſtineat onera matrimonii: & ſoluto matrimonio, mulier habeat ſolatium, vnà cum familia ſua.* d. §. Sui autem. in fin. C. per veſtras. 7. de donat. inter vir. & vxor. extra.

Vers.

VERS. 11. Quoniam hoc generaliter] *Aliud dicendum eſt de jure Codicis, ſecundum quod conſtante matrimonio, dos, & donatio propter nuptias poſſunt de novo conſtitui, augeri, minui, & pactis innovari.* l. ſi conſtante. 19. C. de donat. ante nupt. *quod uſu communi apud nos receptum eſt in donationibus, quæ dicũtur conjunctæ infeodationes, & in uſu fructu per maritum uxori cõceſſo.*

VERS. 12. Sciendum eſt] *Dos dicitur res uxoria, & patrimonium uxoris.* tot. tit. C. de rei vxor. act. *Tamen uxor ſine conſenſu mariti, eam alienare non poteſt: ne maritus fraudetur fructibus dotis, qui conſtante matrimonio, ad eum pertinere debent* l. 7. in prin. ff. de jur. dot. *cùm ſit rerum dotalium Dominus, & adminiſtrator omnium bonorum uxoris.* gl. in l. maritus. 20. C. de procur. *Deinde reipub. intereſt, dotes mulieribus conſervari, ut facilius virum inveniant, & liberis civitatem repleant.* l. 1. ff. ſol. matrim.

VERS. 14. Et ideo] *De jure Civili maritus conſentiente uxore fundum dotalem, ſive res immobiles alienare poteſt; quam alienationem mulier non poteſt impugnare.* l. 1. & tot. tit. ff. de fund. dotal. *præſertim ſi hujuſmodi alienationem juramento confirmaverit ſponte ſua, ſine vi, dolo, alterius præjudicio, aut diſpendio ſalutis æternæ.* c. cùm contingat. 28. de jurejur. *quòd juri noſtro eſt conſentaneum.* Iac. 3. Parl. 11. c. 83. *Nam maritus eſt Dominus dotis, ut ſupra* verſ. 13. *Dominus autem reſua fruitur liberè, jure dominij, omneſque ejus fructus lucratur.* l. in re. 21. C. mandat. l. cùm in fundo. 78. in prin. de jur. dot. l. in pecudum. 28. ff. de vſur. l. 33. de rei vindicat. l. 7. ſolut. matrim.

Dos vacans. VERS. 18. Si vacat]. *Hoc eſt, ſi dos à marito, dum viveret, fuit poſſeſſa, & eo mortuo à nemine poſſideatur: tunc uxor defuncti non tàm dicitur ponere ſe in poſſeſſionem dotis vacantis, quàm poſſeſſionem tenere, & conſervare, eam ſcilicet, quam antea cum marito ſuo habuit. Poſſeſſio enim mariti, uxoris quoque eſſe intelligitur.* l. 4. verb. mulier ff. de vſu & habitat.

VERS. 20. In partem quæ vacat] *Quia eodem modo poteſt mulier poſſidere partem dotis vacantis, quo totam dotem vacantem: cùm eadem ſit ratio partis, & totius.* l. quæ de tota 73. ff. de ecquir. rer. dom.

VERS. 21. Ei deforciat] *Hoc eſt, violentè & injuſtè contra juris ordinem detinet & reſtituere recuſat: ſive ſit hæres mariti defuncti; ſive extraneus aliquis. Etenim actio repetendæ dotis, datur mulieri poſt mortem viri ſui, contra quemcunque dotis poſſeſſorem.*

VERS. 26. Poteſt autem] *Placitum ſive lis, de parte dotis vacantis, ſicut & omnes aliæ ferè cauſſæ, & actiones civiles, poſſunt ab inferiore Curia, ad ſuperiorem evocari, ut ſuo loco dicemus, hodie advocationem cauſſæ vocant.*

VERS. 29. Cùm autem ex perquiſitione] Al. exquiſitione. al. *requiſitione*, [At the requeſt]. *Perquiſitio, & conſenſus hoc loco idem valent, ut paulò poſt ſequitur. Nota quòd quando quis comparet in Curia, & ei præſenti apud acta aſſignatur dies, non eſt neceſſe eum citari poſteà, vel perſonaliter, vel ad domum: cum ſit ſatis certioratus, ideoque ampliùs certiorari non debeat. Et de jure ſuperfluum eſt privatum teſtimonium, cùm publica acta, & monumenta ſufficiant.* l. in donationibus. 31. ff. de donation.

VERS. 34. Ad hujuſmodi clameum] *In lite ſeu placito dè dote, inter mulierem & poſſeſſorem dotis, hæres mariti defuncti, debet citari, quia de evictione obligatur mulieri, & propterea cùm lis eum contingat, ſpecialiter vocari debet. Ideoque in hoc capite ſæpiùs dicitur warantus dotis.*

VERS

VERS. 48. Vt aliquem] *In multis vetuſtis codicibus, vel aliquem. Vtraque lectio eſt tolerabilis, ſed priorem magis probo, tanquam exegèſin, ſive declarationem verborum præcedentium.*

VERS. 59 Diverſis nominibus] *Cùm lis eſt de dote nominata, poteſt illa oriri propter diverſa nomina, & varias appellationes, cùm ſcilicet, mulier vnum nomen, tenens verò aliud nomen doti attribuit: atque ita de re ſive de quantitate dotis ſatis conſtat. Nam ea eſt à defuncto nominata, verumtamen de nomine non convenit, vel propter errorem nominis, vel aliquid ſimile, quod ſit in nomine captioſum. Vel potiùs ſenſus hic eſt. Cùm mulier petit dotem nominatam veluti talem fundum, hæres concedit dotem fuiſſe nominatam. Sed negat eum fundum qui petitur, fuiſſe nominatum, ſed alium, quem mulier recuſat, & repudiat.*

VERS. 63. Vel aliis] *Hæc verba libenter expungenda putarem, niſi fides omnium codicum repugnaret. Nam vnum tantum manerium debet remanere apud hæredem. Cur igitur pro illo, & pro alijs debet ſatiſ-facere mulieri? Nam ſi vnum tantum retinet, pro eo tantum tenetur ſatiſ-facere.*

VERS. 65. *Hæreditatis aſſignatæ mulieri in dotem proprietas non remanet, id eſt, non pertinet ad mulierem, quia mulier non eſt domina dotis, ſed vſu fructuaria. Ejus enim dominium pertinet ad maritum, ejuſque hæredem.* l. doce. 9. C. de rei vindic.

VERS. 66. Neque etiam pro ætate hæredis] *Tametſi hæres defuncti ſit minor tamen tenetur placitare, & reſpondere mulieri dotem ſuam petenti. Quia hoc judicium de repetitione dotis, non eſt hæreditarium, ſed tantum poſſeſſorium, de quo minor placitabit, vt ſuo loco dicemus.* lib. 3. 32. Quon. Attach. cap. 99.

VERS. 73. Criminis turpitudinem] *Hoc eſt cauſſas tàm jure civili quàm Canonico receptas, ratione turpitudinis corporis: quas lubens prætereo: Quia juri divino non congruunt.* vid. Novell. vt liceat matri & aviæ. collat. 8. & Decretum juris Canonici 33. q. 12. cum ſeqq. De adulterio autem dicetur, in ſeq. cap.

VERS. 74. Idem dico] *Hunc locum reſtitui, veterum codicum fidem, & jus Canonicum ſequutus. Tarentelum autem intelligo vel conſanguinitatem, vel affinitatem, propter quas infra certos gradus de jure Pontificio diſſolvitur matrimonium, niſi Papæ diſpenſatio intervenerit. Mulier itaque propter parentèlam à viro ſeparata, nullam dotem petere poterit.* Gl. in c. plærumque 3. de donat. inter vir. & vxor. *tamen liberi ex eo matrimonio procreati, etiam ante ſententiam diſſoluti matrimonij, legitimi ſunt, & jus ſucceſſionis obtinent: quia eorum cauſſa eſt favorabilis. Ideoque cùm de eorum conditione agitur, tempus non ſolùm contracti matrimonij, ſed etiam conceptionis, inſpicitur.* c. 2. & ibi Gl. qui fil. ſunt legit. *Etenim liberi legitimantur, per nuptias contractas, videlicet, bannis ſolenniter inde editis, impedimento nullo comperto, & altero conjugum bonam fidem habente, tempore matrimonij inter eos contracti.*

QVATVOR MODIS MVLIER perdit dotem ſuam.

CAP. 17.

QVatuor modis, poteſt mulier perdere dotem ſuam.

2. Primo modo, ſi mulier ſit ita juvenis, quòd non po-

teſt habere rem, hoc eſt, coire cum viro ſuo.

Bartol. in Authen. de nupt. § diſtrahuntur. nu. 4. collat. 4.

3. Secundo modo, ſi ille vir habuit aliquam terram cum prima vxore, ante ipſam in maritagium, ipſo mortuo, ſecunda mulier nihil inde poteſt petere in dotem; quia ipſe vir ſuus non erat, niſi cuſtos illius terræ.

L. 3. de donat. inter vir. et vxor. extr. de pœna adul. Mar. Reg. parl. 9. c. 47. parl. 5. c. 20. lac. 6. parl. 7 c. 105. l. conſenſu. §. vir quoque C. de repud.

4. Tertio modo, mulier amittit dotem, ſi vir ſuus fuerit convictus & judicio condemnatus, tanquam proditor Domini Regis, regni, vel exercitus, aut in aliqua cauſſa de felonia.

5. Quarto modo, mulier perdit dotem, ſi ipſa ob adulterium commiſſum, judicio Eccleſiæ, à viro ſuo receſſerit.

Annotatio.

Vers. 2. *Hic primus modus amittendæ dotis, propter impotentiam coëundi, deſumtus eſt ex jure regni* Angliæ, *in quo expreſsè cautum eſt, quòd mulier perdit dotem; ſi ſit ætatis novem annorum, aut infra eam ætatem. De jure Canonico mulier ſeparatur à viro propter arctationem.* c. fraternitatis. 6. de frigid. & malefic. extr. *De jure Civili non poteſt videri nupta, quæ virum pati non poteſt.* l. pen. ff. quand. dies legat. ced. *Et mulier ita arcta, vt mulier fieri non poſsit, nõ eſt ſana.* l. quæritur. 14. §. mulierẽ. ff. de ædilit. edict. *Præterea propter impotentiam mariti, matrimonium diſſolvitur.* l. in cauſſis. 10. l. penult. C. de repud. *Porrò, ætas contrahendorum ſponſaliorum* eſt 7. annorum. *& ante illud tẽpus, neq; ſponſalia, neq; matrimonii poſsunt cõtrahi: cùm in matrimonio majus tempus requiratur, videlicet, in maſculis,* 14. *in fœmina verò* 12. *annorum ſpatium. Tum enim puberes eſſe intelliguntur, & tales, vt generare poſſunt.* l. in ſponſalibus. 14. ff. de ſponſalib. *licet de jure noſtro, tàm in mare, quàm in fœmina 14. anni requiruntur.* lib. 2. c. 48. *Quando igitur cum ſeptenni, aut cum ea quæ minoris eſt ætatis, nullum ſit matrimonium, nulla dos dici poterit intervenire; quia dos ſine matrimonio eſſe nequit.* l. 3. ff. de jur. dot. *Ideoque cùm nulla ſit dos, nulla erit dotis repetitio.* §. ſi adverſus. Inſtit. de nupt.

Ætas in ſponſalibus, et nuptijs.

Vers. 3. Niſi cuſtos illius terræ] *Ratio eſt, quia mulier non poteſt petere dotem ſive tertiam illius tenementi, quod pertinebat ad maritum; niſi maritus obierat veſtitus de eo, vt de feodo, vt dictum eſt in initio præcedentis capitis, quod communi vſu apud nos receptum eſt. Porrò, terram hic intellige, quæ pertinebat ad maritum defunctum, tanquam maritagium, ratione Curialitatis* Scotiæ, *vt* infr. hoc lib. c. 58.

Vers. 4. Felonia] *Id eſt majoribus & publicis delictis, vt ſunt placita coronæ, de jure veteri hujus regni. Aliud autem dicendum eſt de privata felonia, vel etiam de publica felonia; ſi maritus moriatur priuſquàm condemnetur.* Stat. 2. Rob. 1. c. 34.

Vers. 5. Quarto modo] *Si mulier ob cauſſam fornicationis à ſuo viro receſſerit; nec reconciliata poſteà ſit, eidem dotem & dotalitium repetere non valebit.* c. 4. de donat. inter. vir. & vxor. Quon. Attach. c. 85. Stat. 2. Rob. 1. c. 13.

DE

DE DONATIONIBVS TERRARVM IN maritagium, & alios vſus.

CAP. 18.

Dictum eſt de prima ſignificatione dotis: Nunc dicendum eſt de altera. i. de maritagio.

of tocher gude. Glanv. lib. 7. c. 1.

IN alia acceptione accipitur dos, ſecundum leges Romanas: Secundum quas propriè appellatur dos, id quod cum muliere datur viro, quod vulgariter dicitur maritagium.

De donante maritagium, qui hæreditatem tantùm habet.

2. Poteſt itaque quilibet liber homo, terram habens, quandam partem terræ ſuæ, dare cum filia ſua vel cum qualibet alia muliere, in [a] maritagium; ſive hæredem habeat, ſive non.

[a] *i. Matrimoniũ. vel intuitu matrimonij.*

3. Et ſi hæredem habeat, velit nolit hæres, poteſt quis, quandam partem terræ ſuæ de libero tenemento, dare alicui in remunerationem ſervitii ſui, vel alicui loco Religioſo in eleemoſynam.

4. Ita quòd ſi donationem ipſam ſaſina fuerit ſubſecuta; perpetuò remanebit illi cui facta fuit donatio, & hæredibus ſuis, ſi eis jure hæreditario fuit conceſſa.

5. Si verò nulla fuerit ſaſina ſubſequuta ex tali donatione; nihil poſt mortem donatoris contra voluntatem hæredis, efficaciter poteſt peti.

Vid. Mar. parl. 9. c. 8 Leg. burg. c. 56.

6. Quia id intelligitur ſecundum regni conſuetudinem, & juris interpretationem, potiùs eſſe nuda promiſſio, quàm aliqua vera donatio.

Exceptio á priore regula. Stat. wilh. c. 13.

7. Licet autem generaliter, cuilibet liceat de terra ſua rationabilem partem pro voluntate ſua, cuicunque voluerit, in vita ſua donare: In extremis tamen agenti, hoc nulli hactenùs eſt permiſſum.

8. Quia tunc poſſet in modico contingenti, ejus hæreditatem diſtribuere: Si hoc permitteretur illi qui[b] fervore paſſionis inſtantis, et memoriam et rationem amittit; quod quandoque evenire ſolet.

[b] *Al. furore.*

9. Vnde præſumeretur, quòd ſi quis in infirmitate poſitus quaſi ad mortem, terram ſuam diſtribuere cœperit: quod in ſanitate facere noluit, hoc potiùs ex fervore animi, quàm ex mentis deliberatione, eveniret.

10. Poteſt tamen hujuſmodi donatio teneri; ita quòd cum conſenſu hæredis fieret, vel ex ejus hæredis confirmaretur aſſenſu.

Digitized by Google

ANNOTATIO.

Dominium.

VERS. Poteſt itaque] *Dominium, eſt jus de re corporea liberè diſponendi, ſi eam actu habes & tenes, ſin minùs à poſſeſſore vendicandi, niſi lege vel conventione prohibearis.* Bart. in l. ſi quis. 17. §. differentia. ff. de acquir. poſſeſſ. *Manifeſtum eſt igitur, liberam diſpoſitionem rei ſuæ, Domino eſſe permiſſam, vt hic dicitur: etenim vnuſquiſque eſt rei ſuæ moderator, & arbiter.* l. in re mandata. 21. C. ff. mandat. l. 3. illud. C. de ſecund. nupt. *Itaque rem ſuam donare, alienare, oppignorare & obligare poteſt.* l. fructus. 72. de Reg. juris.

VERS. 5. Si verò nulla] *Donatio terræ vel hæreditatis, ſine ſaſina, & poſſeſſione nihil operatur; quia traditione dominium acquiritur.* l. qua ratione. 9. §. 3. ff. de acq. rer. dom. *& vulgò receptum eſt, Chartam ſine inſtrumento ſaſinæ, nihil juris tribuere. Quia Charta nihil aliud eſt, quàm nuda promiſſio; cùm ſcilicet, quis promittit ſe daturum, cujuſmodi promiſſio nullam inducit obligationem.* l. tale. 40. & ibi Bart. ff. de pact. *Vulgò enim dicitur. Nulla ſaiſina, nulla terra.*

VERS. 7. In extremis] *De jure Civili in teſtamento licet hæreditatem alienare: & hæredem de tota hæreditate & ex aſſe, vel de quota ejus parte, inſtituere. At noſtro jure municipali, id prohibetur: cujus rei ratio redditur in textu. Nam de praxi noſtra, non licet teſtamentum facere, niſi tantùm de bonis mobilibus. Nota igitur hoc in loco caſum, in quo Dominus rei, lege prohibetur rem ſuam alienare. Qua de re,* vid. tit. Inſtit. *quibus licet alienare, vel non.* Vid. gl. in c. relatum. de teſtam. extr.

VERS. 10. Poteſt tamen] *Quia quoties actus eſt nullus, propter defectum conſenſus, conſenſu interveniente fit validus, vt dixi,* ſupr. c. 6. ex Bart. in l. 1. de feriis.

DE PARTE HAEREDITATIS FILIO poſt-nato mulierato, vel filio baſtardo danda.

CAP. 19.

Glanv. lib. 7. c. 1.

QVando autem quis terram ſuam in maritagium dat, vel aliquo modo donat: aut habet hæreditatem tantùm, aut conquæſtum tantùm, aut vtrumque.

2. Si hæreditatem tantùm, poteſt ex eadem hæreditate, quandam partem ſi voluerit, dare cuicunque, vt ſupra dictum eſt.

3. Si autem plures filios habuerit mulieratos (id eſt, ex ſua [a] ſponſa legitimè procreatos) non poteſt de facili, præter conſenſum hæredis ſui, filio poſt-nato, de hæreditate ſua, quantamlibet partem dare, licet voluerit.

[a] *i. Legitimâ vxore, quàm ante nuptias in concubinatu cognovit.*

4. Quia ſi hoc eſſet permiſſum, accideret inde frequens priùs natorum filiorum exhæredatio, propter majorem patrum affectionem, quam ſæpè erga filios poſt-natos habere ſolent.

5. Sed

Digitized by Google

5. Sed nunquam filio baſtardo, poteſt quis filium & hæredem habens, de ſua hæreditate donare.

6. Quòd ſi aliter eſſet; tunc melioris conditionis, videretur in hoc baſtardus, quàm mulieratus poſt-natus, quod tamen non eſt.

Al. mulieratus, id eſt, legitimus priùs natus.

ANNOTATIO.

VERS. 3. Si autem plures] *In ſuperiore cap. traditur regula, de alienatione hæreditatis, cujus tres ſunt limitationes, prima, in lecto ægritudinis nemini licet hæreditatem ſuam alienare, vt priùs dictum eſt. Secunda, in hoc capite proponitur, ſcilicet, quòd non licet patri plures filios mulieratos habenti aliquam ſuæ hæreditatis partem, ſine conſenſu ſui hæredis (nempe filij mulierati primogeniti) dare filio ſuo poſt-nato, etiam mulierato filio ſuo ſecundo genito. Tertia limitatio, ſive reſtrictio, etiam in hoc cap. proponitur: Non licet patri donare hæreditatem filio ſuo baſtardo. Porrò, baſtardus filius dicitur, quicunque extra juſtas nuptias procreatus eſt, ex muliere cum qua eſt jus connubij. Et de jure regnorum* Scotiæ & Angliæ, *per ſubſequentes nuptias non legitimatur. Ideoque patri non ſuccedit.* lib. 2. c. 51. *Sed ſi quis poſt-natum baſtardum ejus matrem in vxorem duxerit, & ex ea filium vel filios ſuſceperit: Is filius, ſive ſit vnus, ſive plures, in jure* Angliæ *dicitur mulier, & in hoc loco vocatur filius mulieratus, & patri ſuo de jure ſuccedit, vt hæres: ſed quæ ſit appellationis ratio, non ſcio ſatis dicere. In textu, filij mulierati dicuntur, ex ſponſa legitimè procreati. Nos autem legitimam vxorem, vulgò, ſponſam vocamus, licet de jure civili, propriè ſponſa fiat per ſponſalia, ſicut vxor, per legitimas nuptias.*

QVANTVM DE CONQVAESTV POteſt quis dare, ſine conſenſu hæredis.

CAP. 20.

SI ergo tantûm conquæſtum habuerit ille, qui partem terræ ſuæ dare voluerit; tunc quidem hoc licet, ſed non totum conquæſtum; quia non licet filium exhæredare.

2. Verumtamen ſi nullum filium, vel filiam de corpore ſuo procreaverit; poterit ex conquæſtu ſuo, cui voluerit dare partem, ſive totum conquæſtum hæreditabiliter.

De donante maritagium, qui conquæſtum tantùm habet.

3. Ita quòd ſi inde fuerit ſaſitus is, cui facta fuit donatio in vita donatoris, non poterit aliquis remotior, donationem illam, quomodo libet [a] immutare.

Glanv. lib. 7. c. 1.

[a] *Al. irritare.*

4. Poteſt itaque quilibet totum conquæſtum in vita ſua donare, ſed nullum hæredem inde facere, nec collegium, nec aliquem alium hominem, quia ſolus Deus hæredem facere poteſt, & non homo.

5. Si autem hæreditatem, & conquæſtum habuerit, tunc indiſtinctè verum eſt, quòd poterit filio ſuo poſt-nato, quantamlibet partem ſive totam, cuicunque voluerit dare ad remanentiam de conquæſtu. De hæreditate verò ſua, nihilominùs dare poterit rationabiliter, ſecundum quod dictum eſt ſuperiùs.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Si ergo] *Si pater non habet hæriditatem, ſed ſolùm conquæſtum, quem non à majoribus accepit, ſed jure ſuo privato perquiſivit; non poteſt totum alienare ab hærede ſuo; ſed ſi partem alienaverit, alteram debet reſervare ſuo hæredi. Nam ratio haberi debet primogenituræ, ne hæres omninò, & in totum exhæredetur.*

DE LIBERO SOCCAGIO, QVOD æqualiter dividitur inter filios.

CAP. 21.

Glanv.lib.7.c.1. SI quis liberum ſoccagium habuerit, & plures habuerit filios (qui omnes ad hæreditatem ſunt pro æqualibus portionibus admittendi) pater eorum, nihil de hæreditate vel de conquæſtu (ſi nullam habuerit hæreditatem) alicui filiorum eorundem, quod excedat rationabilem partem ſuam, quæ eum contingeret de tota hæreditate paterna, donare poterit.

2. Sed dare poteſt pater tantum cuilibet filiorum ſuorum, de libero ſoccagio in vita ſua, quantum jure ſucceſſionis, idem filius eſſet conſequuturus, de eadem hæreditate.

ANNOTATIO.

De jure hujus regni, quod in his libris continetur, terræ quæ de alio tenentur in capite, aut tenentur per ſervitium militare, quod communiter ſervitium wardæ *&* relevii *vocatur. Et qui eas tenet dicitur Miles, quia Dominum ſuum in militiam ſequi & comitari debet, unde feudum Hauberticum dicitur: ab indumento militari,* Haubergeon *ut dixi,* de verb. Signific. *Aut tenentur per liberum ſoccagium: Et qui eas tenet, ſocco-mannus vocatur. Si Miles moritur, primogenitus ejus filius, ſolus illi ſuccedit in totam hæreditatem & conquæſtum; niſi pater aliquam ejus partem donavit, quod quo modo, & quatenus fieri debeat, ſuprà dictum eſt. Si verò ſocco-mannus moritur: omnes ejus filij, æqualiter & in capita illi ſuccedunt, ut hic,* & infr. cap. 27. *Quòd autem attinet ad donationem hæreditatis ſocco-manni, hæc regula tenenda eſt: Pater ſocco-mannus plures habens filios, non poteſt de hæreditate vel conquæſtu ſuo, alicui illorum dare, ultra partem ipſi de hæreditate contingentem. Hoc eſt, ultra eam partem quam mortuo patre filius conſequeretur: Cùm enim omnes filij, ex ſocco-manno geniti,*

Digitized by Google

genit i, ſint ejus hæredes: ſicut Militi non licet primogenitum ſuum, ita ſocco-manno non licet quenquam ex ſuis filiis exheredare; æquitas enim in paribus cauſis ſi ſparia jura deſiderat; vt enim filius primogenitus Militis, eſt ſolus ejus hæres: ita omnes filij ſocco-manni, ſuccedunt ſocco-manno. Ideoque in eis exheredandis, eadem æquitas, & ratio ſervari debet. Vid.c. 27.

DE SVCCESSIONE FRATRIS SECVNDI, qui acceptis terris, vel a patre, vel a fratre primogenito habente filios, [a] illis præmoritur.

CAP. 22.

Glanv.lib 7.c 1

[a] *i.Patre, vel fratre primogenito, donatoribus terrarum.*

VErum tamen occaſione liberalitatis, quam pater in filios, vel in alios exercere ſolet, in hujuſmodi donationibus quædam juris quæſtiones emergunt.

2. Eſto enim, quòd aliquis Miles, vel aliquis liber homo, quatuor vel plures habuerit filios, ex eadem matre legitimè procreatos, & vni eorum (ſcilicet, priùs nato poſt hæredem) quandam partem rationabilem de hæreditate ſua, cum conſenſu hæredis ſui (ne ſuper hoc fiat contentio inter eos) hæreditabiliter donat: Ita quòd ſaſinam idem filius accipiat: nec non commoditates & exitus in vita ſua, quandiu vixerit percipiat, & in tali ſaſina moriatur, tàm patre ſuo, quàm fratribus omnibus viventibus. Magna videtur dubitatio, & virorum peritorum juris regni diſceptatio, ſuper hoc, & in Curia Regis aliquando evenit vel evenire poteſt, quis iſti ſuccedere poſſit, & debeat.

Exitus dicuntur qui exeunt, et proveniunt ex re aliqua, vt fructus terræ et exitus tenementi.

Quon. Attach. c. 47. Stat. 2. Rob. 1. c. 19.

3. Pater defuncti filii, ſaſinam ſibi retinere contendit, & ita terram, quæ ex ſua donatione proceſſit, ad ſe reverti cupit.

4. Super hoc, contentione habitâ in Curia, patri jus in terra ipſa clamanti, reſpondetur à filio primogenito, quòd ſuper hoc non eſt audiendus pater ejus, quia generaliter verum eſt, ſecundum jus regni, quòd nemo ejuſdem tenementi, poteſt eſſe ſimul Dominus & hæres.

5. Sed eadem ratione quærit medius filius, primogenitum ab illa ſucceſſione repellere: cùm enim jam ſit hæres totius hæreditatis, non poteſt eſſe ſimul Dominus, & hæres illius partis hæreditatis.

6. Præterea ſi jam mortuus eſſet pater ipſius primogeniti: idem primogenitus fieret Dominus totius hæreditatis, & [b] tunc de jure non remaneret ei terra illa, de qua fit mentio, ratione prædictâ.

[b] *i. Non debet pertinere ad eum.*

7. Si

Digitized by

7. Si igitur eam retinere non poſſet ad remanentiam, quo-
modo poteſt eam petere de jure hæreditario? (ſed pari ratione
videtur, quòd omnes alios [c] filios poſt-natos poſſit inde exclu-
dere)

[c] *Al. Quòd omnes filios, filius poſt-natus ſcilicet vltimus, poſſit excludere.*

8. Similis etiam dubitatio contingit, cùm quis fratri ſuo poſt-
nato, portionem aliquam terræ ſuæ hæreditabiliter concedit &
donat: Quo defuncto ſine hærede de corpore ſuo exeunte, fra-
ter ipſe defuncti, in manu ſua capit ipſam terram, ſicut illam
quæ de feodo ſuo eſt, & vacans.

Secunda quæſtio.

9. Verſus quem duo filii ſaſinam petunt, de morte avuncu-
li ſui.

10. Et ita procedente placito, primogenitus filius verſus pa-
trem, poſt-natus filius verſus fratrem primogenitum, præmon-
ſtrato modo, placitare poteſt.

11. Sed ſciendum eſt, quòd pater nullo modo terram illam,
de jure regni, tenere poteſt vt prædicitur; quia non poteſt ſimul
eſſe Dominus & hæres.

Solutio primæ quæſtionis.

12. Sed nec ad donatorem revertetur terra alicui ſic donata,
ſcilicet, cum homagio ſequuto, ſi is cui facta eſt donatio, habue-
rit hæredem ex corpore ſuo, vel etiam remotiorem.

Communis ſolutio vtriuſque quæſtionis.

13. Prætereà terra iſta, quæ ſic donata eſt, cenſetur hæredi-
tas, & non quæſtus. Ideoque ſicut alia quælibet hæreditas natu-
raliter deſcendet, nunquam autem aſcendet regulariter.

Quon. Attach. c. 97.

14. Sic ergo [d] remanet placitum iſtud inter patrem & filium
ſuum primogenitum. Sed procedere poteſt inter primogeni-
tum & poſt-natum, prædicto modo.

[d] *i. Ceſſat.*

15. Aliquando tamen ſuper hoc vltimo in Curia Domini
Regis de conſilio Curiæ, ita ex æquitate conſideratum eſt: quòd
terra ſic data filio primogenito, remaneat; maximè ſi feodum ali-
ud non habeat, in manu ſua; donec ei hæreditas deliberabitur:
quia interim cùm Dominus non ſit hæreditatis paternæ, non ob-
viat ei quod dicitur, quòd quis ſimul non poteſt eſſe Dominus
& hæres.

16. Sed cùm ex illa ſucceſſione fiat Dominus illius partis hæ-
reditatis, nonne & hæres ejuſdem partis intelligitur, cùm hæres
ſit totius hæreditatis?

Vivo patre filius non dicitur ejus hæres, niſi in ſpe: vulgò, hæredem apparentem vocãt.

17. Ad hoc reſpondetur; Incertum eſt adhuc, & in pendenti, vtrum primogenitus ſit hæres, aut non. Quia ſi præmoriatur pater; conſtat quòd illius erit hæres; Quòd ſi ſic evenerit, tunc quidem

Digitized by Google

quidem deſinet eſſe Dominus illius terræ, quam ex ſucceſſione avunculi ſui priùs acquiſivit. Et tunc deinde ad poſt-natum, tanquam ad hæredem rectum pertinet illa terra.

18. Si autem [c] præmoriatur filius primogenitus, ſatis conſtat, quòd ipſe non fuit hæres patris ſui, & ob id nunquam circa perſonam ſuam concurrunt hæc duo jura, hæreditatis & dominii.

[c] *Scilicet, ante patrem ſuum.*

Annotatio.

☞ *Hoc caput quod plùs obſcuritatis quàm vtilitatis continet, & in omnibus ferè libris admodùm mendosè legitur, quanta potui fide & diligentia reſtitui.*

Vers. 2. Eſto enim] *Prima quæſtio: Filius natu ſecundus accipit terras hæreditariè à patre, moritur ſine hærede de corpore ſuo; queritur, quis ei ſuccedit, vtrum pater qui donavit ei terras, an frater primogenitus? Hæc quæſtio in vtramque partem diſputatur, & rationes afferuntur in medium, cur neque pater, neque frater primogenitus poſsit illi ſuccedere.*

Priùs nato poſt hæredem] *Id eſt, poſt-nato, id eſt, ſecundo genito* [This ſecond ſonne] *tametſi verbum* [poſt-natus] *ſignificare poſsit omnes filios poſt primogenitum, vt in jure Nortmannico.* lib. 2. c. 4. & infra hoc libro. c. 29. & 65. *vbi filiorum poſt-natorum, & filiarum poſt-natarum fit mentio.* *Filius poſt-natus.*

Fratribus omnibus] *Hoc eſt, filius poſt-natus, qui terras accipit à patre, moritur ſine liberis de corpore ſuo: Et relinquit poſt ſe, non ſolùm patrem, ſed etiam fratrem natu maximum, & alium vel alios fratres natu minores.*

Vers. 4. Nemo ejuſdem tenementi] *Circa hanc regulam ſciendum eſt, quòd ſi Miles, qui tenet terram de aliquo, eam in manus Domini ſui reſignaverit, ad perpetuam remanentiam (vt nunc loquimur) proprietas extinguitur in perſona reſignantis, & transfertur in perſonam Domini. Et ſic Dominus, qui antè fuit Dominus Capitalis ſuperioritatis; nunc fit Dominus proprietatis. Et hanc proprietatem, de ſuo Domino Capitali in capite tenebit; quo jure etiam hodie vtimur, eodem ferè modo. quo vſus-fructus ad Dominum proprietatis revertitur, per ceſsionem vſu-fructuarij.* l. vſus-fructus. 66. ff. de jur. dot. l. 1. ff. de vſu-fruct. adcreſcend. *Reſignatio ad remanentiam.*

Vers. 5. Medius filius] *Filius qui mortuo fratre ſuo, nunc eſt ſecundus, eo tamen vivo fuit ordine tertius; ſed hic hæreo.*

Iam ſit hæres] *Primogenitus filius, non dicitur propriè hæres patris adhuc viventis, quia viventis nulla eſt hæreditas. Sed tantum propter ſpem futuræ ſucceſsionis; Nos hæredem apparentem dicimus.* *Apparens hæres.*

Vers. 7. Sed pari ratione] *In multis libris, filius poſt-natus: In nonnullis hæc verba deſiderantur; Neque video quem ſenſum habeant.*

Vers. 8. Similis etiam dubitatio] *Poſtquàm primam quæſtionem in vtramque partem diſputavit; Nunc priuſquàm eam diſſolvat, aliam quæſtionem proponit. Frater ſecundus natu, accipit terras à fratre primogenito habente plures filios; & illis omnibus ſuperſtitibus moritur ſine hærede de corpore ſuo. Queritur quis illi ſuccedet? De jure ſucceſsionis duplex oritur contentio, prior*

eſt

eſt inter fratrem primogenitum donatorem qui terras donavit, ex vna parte, & filium ejus primogenitum, ex altera. Poſterior eſt, inter filium primogenitum donatoris, & ejus fratrem natu ſecundum. Itaque prior contentio eſt inter patrem & filium ſuum natu maximum. Poſterior verò, inter duos fratres, qui ſunt filij fratris primogeniti.

VERS. 9. Duo filii] *Ideſt, duo fratres ex filio primogenito nati, contendunt de hæreditate avunculi, hoc eſt, patrui defuncti, de cujus ſucceſsione agitur: Nam avunculus hoc in loco ſecundum phraſin* Gallicam, *pro patruo, ideſt, fratre patris accipitur.* Infr. c. 25. 5.

Avunculus.

VERS. 10. Primogenitus filius] *Prior contentio inter filium primogenitum, & patrem ſuum, qui etiam eſt pater defuncti, de cujus ſucceſsione agitur.*

Poſtnatus filius] *Poſterior contentio inter duos fratres, hoc eſt, filios primogeniti fratris qui donavit terras defuncto. Hi enim contendunt de hæreditate ſui avunculi, hoc eſt, patrui.*

VERS. 11. Sed ſciendum eſt] *De jure, quo nunc vtimur, hujuſmodi eſſe poteſt vtriuſque quæſtionis ſolutio, & primò, quòd ad primam quæſtionem attinet, terra donata hæreditariè per patrem, filio ſuo poſt-nato, decedenti ſine hærede de corpore ſuo, aſcendit ad primogenitum fratrem ſuum, gradatim aſcendendo, et ad patrem non revertitur; quod eſt conſentaneum juri noſtro & praxi, quia conquæſtus ad fratrem ſecundum pertinens, devolvitur ad fratrem natu majorem, & non ad patrem: niſi proviſio fit facta in contrarium. Item ſecundæ quæſtioni ſic reſpondetur, ſi frater primogenitus filios habens legitimos, donat fratri ſuo terras, qui his acceptis moritur ſine hærede de corpore ſuo, frater ætate major qui terras donavit, ei ſuccedit, excluſis ſuis filiis, quia eſt in eodem gradu cum ſuo fratre defuncto, & propinquior gradus excludit remotiorem.*

VERS. 12. Cum homagio ſequuto] *Cùm terra datur alicui, & hæredibus ſuis cum homagio; tunc datur perpetuo tenenda à donatore, & ſuis hæredibus, de Domino ſuperiore, cui homagium fieri debet. Et terra ſic data, non revertitur ad donatorem, ſive donator ſit pater, qui donat terras filio ſuo ſecundo natu, vt in prima quæſtione; ſive ſit frater primogenitus, qui donat terras fratri ſuo, vt in ſecunda quæſtione.*

VERS. 13. Præterea] *Senſus eſt: Terra data à patre filio ſecundo natu, vt in prima quæſtione, & terra data à fratre primogenito fratri ſecundo natu, vt in ſecunda quæſtione, intelligitur eſſe hæreditas, reſpectu accipientis: propter ſanguinis conjunctionem, inter donantem & donatarium, cùm tamen de jure & de praxi, potiùs dici debeat conquæſtus. Itaque mortuo donatario, ſine hærede de corpore ſuo, terra ſic donata deſcendit regulariter; vnde concluditur, quòd pater donans in prima quæſtione, cùm ſit de numero aſcendentium, reſpectu filij ſui defuncti, non poteſt ſuccedere in ejus hæreditatem. Itaque frater primogenitus, in prima quæſtione excludit patrem. Et ipſe excluditur per ſuos filios à ſucceſsione ſui fratris natu minoris, in ſecunda quæſtione: Nam ille non eſt de linea deſcendente, reſpectu ſui fratris defuncti. Ideoque hæreditas ad eum pertinere non poteſt; nam ſunt gradu pares, & neuter illorum dicitur alterius reſpectu aſcendens vel deſcendens: ſed ambo dicuntur collaterales, ab vno patre ſeu ſtipite deſcendentes. Itaque iſta hæreditas remanebit in manu primogeniti filij, ſi feudum vnde vivere poſſit, non habeat, donec hæreditas patris ei deliberabitur, quia patre ſuo viven-*

vivente, non conſtat vtrum erit ejus hæres, an non. Quia Deus facit hæredes, et non homo. Et poſtea mortuo patre, terra poteſt reverti fratri poſt-nato, tanquam recto hæredi. Et ita non obſtat quòd dicitur, quòd nemo poteſt eſſe ſimul hæres et Dominus ejuſdem tenementi.

Hæc habui, quæ ad hoc caput alioqui obſcurum, & abvſu forenſi alienum in medium adferrem: Neque tamen ipſe mihi ſatisfeci. Tu lector boni conſule.

PRAELATI NON POSSVNT ALIENARE terras, ſine confirmatione Regis.

CAP. 23.

NOtandum eſt, quòd nec Epiſcopi, nec Abbates, poſſunt de terris ſuis aliquam partem donare, ad remanentiam; ſine aſſenſu & confirmatione Domini Regis.

2. Quia eorum Baroniæ ſunt de eleemoſyna Domini Regis, & anteceſſorum ejus. Glanv. lib. 7. c. 1. in fin Mar. Reg. parl. 10. c. 88 Iac. 6. parl 9. c 7. parl. 5. c. 66. parl. c. 69. parl. 13. c. 187.

ANNOTATIO.

Prolixiorem hujus capitis declarationem, vid. infra. Stat. 2. Rob. 1. c. 1. *de jure Canonico, prohibetur rerum Eccleſiaſticarum alienatio.* c. Nulli 4. & tot. tit. de rebus. Eccleſ. non alienand. c. 1. lib. 6. eod. tit. *Hic autem prohibetur ejuſmodi alienatio, niſi à Rege confirmetur, et ratio additur, quia terræ dantur à Regibus Eccleſiæ, in puram eleemoſynam: pro devotis animarum ſuffragijs, vt tunc fuit Religio. Eleemoſyna autem eſt, quaſi quædam vltima voluntas, quæ ſine donatoris conſenſu, mutari non debet, cùm ejus morte confirmetur: de effectu confirmationis, & quam vim habeat*, vid. gl. in c. frater. verb. auctoritate. 17. q. 4. *Sed notandum eſt, quòd confirmatio non tenet, ſi confirmatum eſt nullum Felin.* in c. 6. nu. 6. de fid. inſtr. *& præterea confirmare non eſt de novo dare.* ibid. 13.

Alienatio rerum eccleſiaſticarum:

Confirmatio.

HAERES DEBET VVARANTIZARE donationem ſui prædeceſſoris.

CAP. 24.

TEnentur etiam hæredes [a] donatorum, donationes rationabiliter factas, illis quibus factæ ſunt & hæredibus ſuis, warantizare, juxta formam donationis. Glanv. lib. 7. c. 2. ii [a] *i. Eorum qui donant.* Iac. 4. parl. 6. c. 76. Iac. 5. parl. 7. c. 106.

ANNOTATIO.

Donationis] *Si propriè donatio accipiatur, vt ſit rei licitæ nullo jure cogente, ſed merâ liberalitate, facta collatio, ſecundum Hoſtien.* per. l. 1. ff. de donat. *hæres donatoris, non tenetur warantizare donationem ſui prædeceſſoris: quia donator*

Donatio variè accipitur.

ſua

Digitized by Google

ſua liberalitas non debet eſſe damnoſa: Et donatarius rem gratis accipit. Ideoque ſi verus Dominus rei, rem donatam ab eo evicerit ſeu recuperaverit, donatarius nihil damni patitur. Quia rem, quam gratis accepit, gratis amittit, & eam vero Domino reſtituit. Sed ſi donationis nomine intellexeris, quamlibet alienationem ſeu contractum, etiam titulum oneroſum continentem, vt in hoc loco accipi videtur: tunc hæres prædeceſſoris ſui donationem warantizare debet. In qua ſignificatione donare paſſim in his libris accipitur. Aut ſi donationem pro datione accipere licet, Idem quoque dicendum eſt: Quia qui obligat ſe ad dandum, tenetur de evictione. Bart. in l. Iulianus. 31. §. qui fundum. nu. 2. ff. de verb. oblig. *Praterea qui donationem remuneratoriam facit, pro officijs, ſervitijs, aut benemeritis ſibi præſtitis, evictionis nomine obligatur.* Iaſ. in l. ex hoc jure. nu. 68. ff. de Inſtit. & jur. poſt. Bart. in d. l. 31.

Qui rem dat, tenetur de evictione.

DE HAEREDVM QVALITATE, et differentia.

CAP. 25.

Prima diviſio hæredum, de qua agitur uſque ad. C. 40 Glanv. lib. 7. c. 3.

Hæredum alii proximi, alii remotiores ſunt.

2. Proximi hæredes alicujus ſunt, quos ex ſuo corpore aliquis procreavit, vt filius, & filia.

3. Quibus deficientibus, vocantur hæredes remotiores, vt nepos, & neptis ex filio, & filia rectâ lineâ deſcendens, & ita in infinitum.

Supr. fol. 22. in verſ. 9.

4. *Item*, frater & ſoror, & ex illis, tranſverſâ lineâ, venientes.

5. *Item*, patrui ex parte patris, & etiam avunculi ex parte matris, & amita ſoror patris, & matertera ſoror matris, & ex his deſcendentes.

ANNOTATIO.

Ordo deſcẽdentiũ. Ordo aſcendentiũ. Ordo collateraliũ.

VERS. 1. Hæredum] *Hæreditas defuncti defertur ſecundum ordinis prærogativam; ita vt prior ordo poſteriorem excludat: Primus ordo, eſt deſcendentium ſive liberorum: hi enim priores ſunt, non ſolùm aſcendentibus ſuis parentibus.* l. 4. C. ad S. C. Orphitian. *ſed etiam collateralibus, & cognatis.* l. quoties 12. C. de ſuis & legit. Novel. 118. de hæred. ab inteſt. §. 1. *In quo ordine ſunt filius, filia, & omnes rectâ lineâ ex his deſcendentes, & geniti. Secundus ordo, de jure Civili, & Canonico, eſt aſcendentium, qui à deſcendentibus excluduntur, & collaterales excludunt.* d. Novell. 118. *vt pater, mater, & cæteri qui nos genuerunt. In hoc ordine de jure hujus regni, nulla eſt ſucceſsio: quia de jure, pater filio non ſuccedit. Tertius eſt collateralium. Nam ſi defunctus, neque deſcendentes, neque aſcendentes, poſt ſe reliquit, cognati ex latere admittuntur, ad ejus ſucceſſionem* d. Novell. 118. §. ſi quis igitur. l. defunctus. C. de legit. hæred. *cujus quidem ſucceſsionis, multa hic proponuntur exempla.* vid. infra. cap. 32.

DE

DE SVCCESSIONE FILII AD PATREM.

CAP. 26.

Vnicus filius patri ſuccedit. Glanv. lib 7. c. 3.

CVm quis ergo hæreditatem habnes moritur, ſi vnicum filium habuerit hæredem: indiſtinctè [a] verum eſt, quòd ipſe filius ſuccedit in totum patri, ex quacunque vxore, ſive prima, media, vel vltima natus.

2. Et ideò ſi quis habuerit plures vxores, & ex qualibet filiam, ſive filias genuerit: & ex poſtrema vxore, genuerit vnicum filium, ille ſolus filius, obtinebit totam hæreditatem ipſius.

[a] *Sine diſtinctione inter filium Militis, et filium ſocco-manni.*

ANNOTATIO.

VERS. 1. Indiſtinctè] *Id eſt, ſine vlla diſtinctione, inter ſucceſſionem in feudo militari, & libero ſoccagio: Nam ſi Miles feudi militaris, vnicum habuerit filium, is ſolus ſuccedit patri, in feodo militari; vt fit hodie in hoc regno. Si verò ſocco-mannus vnicum habeat filium, is ei ſuccedit in libero ſoccagio. Quod olim in hoc regno obſervatum, conſentaneum eſt non ſolùm juri divino.* Rom. 8. 17. *Sed etiam juri Civili.* authen. in ſucceſſione. C. de ſuis, & legit. hæredibus. l. 6. ff. eod. tit. l. 1. §. 6. ff. vnde cognat. *Generalis igitur hinc colligitur regula, quòd filius vnicus, ſive ſit Militis, ſive ſocco-manni, ſolus patri ſuccedit, nullumq; habet cohæredem, ceteris omnibus excluſis: quia etiam vivo adhuc patre, filius rerum paternarum Dominus eſſe videtur.* l. in ſuis 11. ff. de liber. & poſth. *Et intelligitur eadem eſſe penè perſona cum patre, propter naturalem ſanguinis conjunctionem cum patre, & civile patriæ poteſtatis vinculum.* l. 2. ff. pro hæred. l. vlt. C. de impub. & al. ſubſtit.

DE SVCCESSIONE FILIORVM ad patrem. Glanv. lib. 7. c. 3.

CAP. 27.

De pluribus filiis: [a] *i per fendū, quod eſt obnoxiū warde, Relevio, et maritagio, quod opponitur Soccagio.* [b] *Nam ſi fuerit conſuetudo in contrarium, ea ſervari debet.*

SI quis plures reliquerit filios, diſtinguitur vtrum fuerit Miles per [a] feodum militare, aut liber ſocco-mannus.

2. Si pater fuerit Miles, tunc eo caſu, ejus filius primogenitus ſuccedit in totum: Ita quòd nullus fratrum ſuorum, partem inde, de jure, petere poteſt.

3. Si fuerit liber ſocco-mannus, divedetur hæreditas inter omnes filios, per partes æquales; ſi [b] fuerit ſoccagium illud antiquitùs diviſum.

4. Salvo tamen Capitali meſſuagio primogenito ſuo, pro dignitate primogenituræ ſuæ. Ita quòd in aliis rebus ſatisfaciat aliis fratribus, ad valentiam.

5. Si non fuerit antiquitùs diviſum; primogenitus ſecundum quorundam conſuetudinem totam obtinebit hæreditatem.

Digitized by Google

Et ſecundum conſuetudinem aliorum pòſt-natus filius hæres eſt.

6. Si[c] autem ſocco-mannus vnicum filium reliquerit: is erit hæres in totum.

[c] *Nam ſi vnicus fuerit filius, nulla eſt differentia, inter ſucceſſionem Militis et Socco-manni.*

Miles.

Feudum hauberticum.

Succo-mannus.

ANNOTATIO.

VERS. 1. 3. Sõccagium] *Soccagium opponitur feudo militari, & Miles ſocco-manno: Nam vaſallus qui dicitur Miles, & tenet terras ſuas ſive feudum militare de Domino, debet eum in bello ſequi, eiq; inſervire; ideoq; ejus feudum dicitur hauberticum, ab inducmento militari, quod vulgò, dicitur* Haubergeon. *Rurſum vaſallus ſacco-mannus, Domino ſuo inſervit in exercenda agricultura; debet enim cum ſocco & aratro, agrum Domini arare & colere. In feudo militari filius primogenitus ſolus ſuccedit in aſſem: In ſoccagio verò omnes filij ſuccedunt in partes viriles, & in capita; cujuſmodi forma ſucceſſionis apud* Cantios *in* Anglia *dici ſolet* Gavelkind, *vt doctè ſcribit* Wilhelmus Lambardus Anglus I. C. *in libro, cui titulus eſt,* A Perambulation of Kent.

DE SVCCESSIONE FILIA-rum ad patrem.

CAP. 28.

IDem dicendum eſt de filia vna relicta, quod dictum eſt de vno filio.

Glanv. lib. 7. c. 3.

2. Si autem quis plures habuerit filias, inter eas dividetur hæreditas, ſive fuerit Miles, ſive ſocco-mannus, burgenſis, ſive alius libet homo pater earum.

3. Salvo tamen meſſuagio capitali primogenitæ, ſub forma præſcripta.

4. Notandum eſt tamen, quòd ſi quis fratrum vel ſororum, inter quos vel quas hæreditas diviſa fuerit, ſine hærede de corpore ſuo moriatur, ejus portio cæteris fratribus & ſororibus dividetur.

ANNOTATIO.

VERS. 1. 2. *Lege divinâ, deficientibus filijs, hæreditas patris tranſmittitur ad filias.* Numer. c. 27. 8. & 36. 2. *vbi ex mandato Dei, omnes filiæ vocantur pariter ad ſucceſsionem hæreditatis paternæ, in capita, & per partes æquales, vt dicetur cap. 32.*

jus accreſcendi.

VERS. 4. Notandum eſt tamen] *jus accreſcendi, eſt proviſio quædam legis, qua portio hæreditatis vel legati repudiata, aut deficiens, agnitæ portioni adjicitur.* l. intendum 13. §. 1. de hæred. inſtit. l. ſi duobus. 12. de bon. poſſ. contr. tab. l. 9. de ſuis & legit. *Itaque ſi quis non petit hæreditatem, vel eam repudiat, vel moritur: pars ejus tanquam deficiens accreſcit eiis, qui in eodem gradu exiſtentes, ſuas partes agnoſcunt.* d. l. 9. *Quòd ſi hi nulli ſunt, proximus gradus admittitur* l. 1. §. 4. ff. de edict. ſucceſſor. *Itaq; jus accreſcendi locum habet in*

Digitized by Google

in pluribus perſonis conjunctis, quæ ad eandem rem conjunctim vocantur, veluti ſi ſunt plures ſorores, & vna ex his moritur, ſine hærede de corpore ſuo: vel ſi ſuam partem hæreditatis, repudiaverit: ejus pars accreſcit, & acquiritur cæteris ſororibus ſuas partes agnoſcentibus. Aliud exemplum habes. c.49.infr.hoc lib. *Sed jus accreſcendi, quod hoc in loco dicitur locum habere inter fratres, poſteriore jure hujus regni correctum eſt. Nam ſi plures ſunt fratres, & ex his vltimus natu ſine liberis moritur; proximus ante natus, ſuperior frater ejus, ſuccedit in omnibus rebus tàm mobilibus, quàm immobilibus.* Stat.Rob.3.c.3. *Aliud exemplum de ſucceſsione medij fratris habes.* Quon.Attach.c.88. *Nam ei ſine liberis defuncto, frater natu major ſive primogenitus, ſuccedit in terris, & tenementis, excluſo natu minimo. Is tamen ei ſuccedit, in bonis mobilibus, & in actionibus tàm activis, quàm paſsivis, tanquàm hæres vniverſalis. Nam frater primogenitus, judicandus eſt potiùs particularis ſucceſſor in conquæſtu, quàm hæres.*

QVALITER MARITVS PRIMOGENITAE filiæ, faciet homagium pro ſe & ſororibus vxoris ſuæ.

CAP. 29.

MAritus primogenitæ filiæ faciet homagium Capitali Domino, de toto feodo.

2. Tenentur autem poſt-natæ filiæ, vel ejus mariti, ſervitium ſuum de toto tenemento Capitali Domino facere, per manum primogenitæ filiæ, vel ejus mariti.

3. Nullum tamen homagium, nec etiam fidelitatem aliquam tenentur mariti filiarum poſt-natarum, marito filiæ primogenitæ facere, in vita ſua; nec eorum hæredes primi, vel ſecundi. Glanv.lib.7.c.3. Henr.3.An.14.in ſtatuta Irlandiæ.

4. Tertii vero filii, vel hæredes, ex poſt-natis filiabus exeuntes, ſecundum regni conſuetudinem, homagium tenentur facere hæredi primogenitæ filiæ, & rationabile relevium dare.

5. Prætereà, ſciendum eſt, quòd mariti aliquarum mulierum, nihil de hæreditate vxorum ſuarum donare poſſunt, præter conſenſum hæredis, vel hæredum earum, nec de jure ipſorum hæredum aliquid remittere poſſunt.

ANNOTATIO.

VERS. 1. De toto feudo] *Maximè, ſi prolem ex ea procreaverit.* de judicib.1.152. *Idem dicendum eſt, de ſecta Curiæ quæ debet fieri per maritum ejus ſororis quæ tenet principale meſſuagium. Nam ſecta eſt ſervitium inſeparabile à principali meſſuagio.*

VERS. 5. Prætereà] *Quia maritus eſt tantùm cuſtos hæreditatis, ad vxorem ſuam pertinentis, jure curialitatis,* ſupr. c.17.h.lib. *Cuſtodis autem officium eſt cuſtodire, non autem alienare, vel dilapidare.* l. Iulianus, 10. ff. de curat furios

furioſ. *Porrò in* c. 153. de judicib. *hæc adduntur. Sed ſi ipſi mariti habeant de hæreditate ſua, vel de conqueſtu ſuo, ad valentiam alienationis per ipſos factæ, tenentur eorum hæredes alienationes warantizare vel excambium facere.*

FILIVS PRAEFERTVR FILIAE IN ſucceſſione patris.

CAP. 30.

Glanv. lib. 7. c. 3. *De filio et filiabus.* Glanv. lib. 7. c. 3.

SI verò filium quis habuerit hæredem, & præterea filiam vel filias, filius ſuccedit in totum.

2. Quia generaliter verum eſt, quòd mulier nunquam cum maſculo partem capit in hæreditate aliqua.

3. Et ita filius, ex quacunque ſive prima, media, vel vltima vxore, natus, ſuccedet patri in totum, præ omnibus ſororibus.

PRO QVA PORTIONE SVCCEDENT filiæ diverſarum vxorum.

CAP. 31.

De pluribus filiabus conſanguineis i. ex eodem patre, et diverſis matribus, procreatis.

POrrò contingit quandoque, quòd ſi quis plures habuerit vxores, & ex qualibet filiam vel filias generaverit; tum omnes filiæ venient pariter ad hæreditatem, eodem modo ac ſi omnes eſſent ex eadem matre.

2. Et hoc intelligendum eſt, de hæreditate veniente ex parte patris.

3. Nam ſi hæreditas deſcendat ex parte matris, filia illius matris ſuccedet in totam hæreditatem.

ANNOTATIO.

Liberi ex vno patre, ſed diverſis matribus geniti (qui conſanguinei fratres vel ſorores dici ſolent) ſuccedunt patri. Obſervatâ diſtinctione, inter filios Militis, & ſocco-manni, de qua paulò ante dixi, ſed hujuſmodi filiæ, diviſim & diſtinctim, materna bona conſequuntur; ſingulæ enim ſuis matribus ſuccedunt. l. 4. l. 5. l. fœminæ. 13. Authent. de nupt. §. nec. illud. coll. 4.

Glanv. lib. 7. c. 3. *De nepotibus, et neptibus.* *Inter maſculos et fœminas Sup.* c. 26. h. lib. 2.

DE MODO QVO NEPOTES ET neptes ſuccedunt.

CAP. 32.

SI quis autem moritur ſine hærede, filio, vel filia; & habuerit nepotes vel neptes ex filio, vel filia; tunc quidem indubitanter omnes ſuccedunt illi, eo modo quo determinatum eſt ſupra de filio & filiabus, & ſub eadem diſtinctione.

2. Ill

2. Illi enim qui ex recta linea deſcendunt, ſemper præferuntur illis, qui ex tranſverſa linea proveniunt.

Annotatio.

Vers. 1. *Dictum eſt de ſucceſsione filiorum, & filiarum, & modo quo ſuis parentibus ſuccedunt: nunc dicendum eſt, de nepotibus, neptibus, proneptibus, & deinceps. Verùm in forma ſucceſsionis, ſive in partitione hæreditatis, magna eſt differentia quia filij & filiæ, vocantur ad hæreditatem patris ſui in capita: Nepotes autem & neptes, & ex his deſcendentes, ſuccedunt ſuis parentibus in ſtirpes. In capita defertur ſucceſsio, cùm hæreditas in tot partes dividitur, juxta proportionem arithmeticam, quot ſunt capita, ſive perſonæ ſuccedentium. Quomodo ſuccedunt fratres, & ſorores ſuo patri. Si enim fuerint duo fratres, qui ſuccedunt in ſoccagio, quia duo ſunt capita, dividetur hæreditas inter eos, in duas partes; ſi tres, in tres partes, & ſic deinceps. Hi enim cùm unam eandemque ſtirpem habeant unde deſcendant, in diverſas ſtirpes ſuccedere non poſſunt. In ſtirpes ſucceditur, quando hæreditas non dividitur æqualiter, ſecundum numerum perſonarum ſuccedentium; ſed habetur ratio ſtirpis, unde illi qui ſuccedunt, ſunt oriundi. Et fit diviſio ſecundum proportionem geometricam, habitâ conſideratione ſtirpis. Exempli gratia. Cajus moritur, relicto Titio filio, & tribus nepotibus, vel neptibus, ex altero filio Sempronio præmortuo. Hi tres nepotes, non conſequentur tres partes hæreditatis ipſius Cajj; tametſi ſunt tres perſonæ, ſive tria capita: Sed cùm ſunt omnes procreati ex una ſtirpe, ſive ſtipite, nempe Sempronio: tantam partem (nempe dimidiam) conſequentur, quantam Sempronius earum pater conſequutus fuiſſet; ſi poſt ſuum patrem, nempe Caium ſupervixiſſet. Eodem modo nepotes, & neptes ſi nulli ſunt filij, ſuccedunt avo in ſtirpes, veluti ſi ex uno filio, ſunt tres nepotes, & ex alio filio ſex, tres accipiunt tantum, quantum ſex,* l.2,C.de ſuis & legit. Novell.de hæred.ab inteſt.coll. 9. *Vel quia nepotes omnes, cenſentur eadem perſona cum patre defuncto.* l. vlt. C. de Impub. ſubſtit. *Vel quia ſurrogatum ſapit naturam ejus cui ſurrogatur.* l. ſi enim 10. §. vlt. ff. Si quis cautionib. Bald. in §. vlt. inſtit. de pupill. ſubſtit. *vel denique, quia nepotes ſubducto filio (eorum patre) rediguntur ad filij conditionem.* l. 6. §. 1. ff. hæred. inſtit.

Succeſſio in capita.

Succeſſio in ſtirpes

Linea recta eaque duplex.

Linea obliqua.

Vers. 2. Ex recta linea] *In materia ſucceſsionis, linea dicitur collectio, vel multitudo perſonarum, ab eodem ſtipite deſcendentium, continens gradus & perſonarum numerum diſcernens.* Faber in §. 1. Inſtit. de grad. cognat. *Et dividitur in lineam rectam (quæ aut eſt deſcendentium, hoc eſt, eorum qui à nobis geniti ſunt, ut filius, filia, & ex his procreati: aut aſcendentium, hoc eſt, eorum qui nos genuerunt, ut pater, mater, & cæteri parentes, ſive majores) Et lineam obliquam ſcilicet, eorum, qui neque nos genuerunt, neque à nobis geniti ſunt; ſed tamen ſtipitem, & radicem nobiſcum habent communem: & non rectâ viâ, ſed obliquâ, deſcendunt à ſtipite, qui cognati dicuntur.* l. ſtemmata. 9. D. de grad. cognat. *qui rurſum ſubdividuntur in gradus æquales, & inæquales. Æquales ſunt, qui æquali intervallo à ſtipite ſive communi parente diſtant, ut frater, & ſoror, conſobrini, patrueles. Inæquales, qui inæquali diſtantia accedunt ad ſtipitem, ut frater, & fratris filius, avunculus, & filius ex ſorore.*

Linia.

DE FILIO POST-NATO, ET NEPOTE ex primogenito filio.

CAP. 33.

De filio, et nepote ex altero filio. Glanv. lib. 7. c. 3.

CÙm quis autem moritur habens filium poſtnatum, & ex primogenito filio jam mortuo, nepotem; magna juris ſolet eſſe dubitatio, vter eorum præferendus ſit, in illa ſucceſſione. Scilicet, vtrum filius vel nepos?

2. Dicunt quidam, filium poſt-natum rectiorem eſſe hæredem, quàm nepotem talem.

3. Eâ ſcilicet ratione, quia filius primogenitus, cùm mortem patris ſui non expectavit; nec etiam expectavit [a] quòd ejus eſſet hæres.

[a] *Al. quòuſque.*

4. Et ideo cùm filius poſt-natus ſupervixerit tàm patrem, quàm [b] hæredem, rectè (vt dicunt) patri ſuccedit.

[b] *i. Filium primogenitum, qui ſi vixiſſet, futurus erat hæres ſui patris.*

5. Aliis [c] verò viſum eſt contrarium; videlicet, talem nepotem de jure, patruo eſſe præferendum.

[c] *Al. verè et rectè* Vt, Glanv. lib. 7. c. 3.

6. Cùm enim nepos ille, ex filio primogenito exierit, & de corpore ſuo exſtiterit, hæres in totum jus, quod pater ſuus haberet, ſi adhuc viveret, ipſe nepos debet ſuccedere patri ſuo.

7. Ita dico ſi pater ſuus ab avo ſuo, non fuerat foriſ-familiatus.

8. Poteſt ſiquidem filius in vita patris ſui foriſ-familiari, ſi pater quandam partem terræ ſuæ ſibi aſſignet: & ſaſinam faciat inde ſibi in vita ſua; ad petitionem & bonam voluntatem ipſius filii: Ita quòd de tanta parte terræ ſit ei ſatiſ-factum.

[d] *Scilicet, quæ fuit ei aſſignata cùm foris familiaretur.* c. 2. de pact. in 6. l. vlt. ff. de ſuis et legit. l. 3. C. de Collationib.

9. Tunc non poterit hæres ipſius filii, de corpore ſuo genitus, aliquid ampliùs petere contra patruum ſuum, de reſidua parte hæreditatis avi ſui, quàm partem [d] patris ſui.

10. Licet ipſe pater ejus, ſi ſupervixiſſet avum, petere potuiſſet.

11. Prætereà ſi filius primogenitus de paterna hæreditate, Capitali Domino homagium ſuum fecerit in vita patris ſui; licet ipſe patre ſuo præmoriatur, nulla dubitatio eſt quin filius ejuſdem primogeniti, ſit [e] ſuo patri præferendus.

[e] *Nonnulli legunt avunculo: alij rectiùs patruo.*

12. Verùm, ſuper hoc poterit eſſe placitum, inter nepotem ipſum & Capitalem Dominum; ſi Dominus ei denegaverit homagium.

13. Vel

Digitized by Google

13. Vel inter Dominum Capitalem & patruum; ſi Capitalis Dominus nepoti homagium ſuum warantizaverit: Et ſuper hoc per vtrumque rationabiliter poterit ad duellum perveniri.

14. Niſi verò homagium poſſit doceri factum eſſe; tunc quidem obtinebit inter patruum & nepotem, quòd ille præferretur qui ſaſinam obtinet, quia melior eſt conditio poſſidentis.

L. quoties. 15. C. de rei vindic. l. 2. C. de condict. ob. turp. cauſſ.

ANNOTATIO.

VERS. 5. Aliis verò]. *Hæc poſterior opinio, verior eſt: Nam ſi quis moritur relicto poſt ſe filio, & nepotibus ex altero filio primogenito, vel priùs genito præmortuo, nepotes ſuccedunt avo in ſtirpes, jure repræſentationis.* l. 3. C. de ſuis & legit. hæred. l. poſthumorum. 13. ff. de injuſt. teſtament. *Quia nepos ex filio natus, repræſentat perſonam ſui patris, & ſuccedit avo ſuo eodem modo quo pater ejus, ſi vixiſſet. Et fictione quadam juris, patris ſui vita defuncti præſentiam exhibet, ac ſi eſſet adhuc vivus: quia de jure, nepotes ſubducto filio, rediguntur ad conditionem filij, vt ſupra dixi.* c. 33. ex l. 1. 5. 6. ff. de hæred. inſtituend. *Porrò, de hac quæſtione inter filium primogeniti mortui, et patruum, latiſsimè tractat Franciſcus Vnius* lib. 3. deciſionum. deciſ. 501. et allegat Alciatum. conſ. 101. et Bartol. in l. poſt fratres. C. de legit. hæred. Bald. Salyc. et Doctores in l. Si viva mater. C. de bon. mater. *Ius repræſentationis.*

VERS. 10. Licet jpſe pater ejus] *Hæc non reperiuntur in quibuſdam libris antiquis, neque in libro* Anglicè *ſcripto. Et videntur temerè irrepſiſſe in contextum. Nam ſi filius foriſ-familiatus præmoritur ante ſuum patrem, & hæres ejus non poteſt majorem partem hæreditatis petere ab avo, quàm quæ fuit conceſſa ſuo patri qua ratione aut æquitate, poteſt ipſe pater foriſ-familiatus, ſi adhuc viveret, majorem partem petere? Cur enim ipſi permittitur, quod hæredi ejus non eſt conceſſum? præſertim cùm patri fuerat ſatiſ-factum tempore foriſ-familiationis: quæ ſatiſ-factio pari ratione & æquitate, vtrique, hoc eſt, tàm patrî jam defuncto, quàm ejus hæredi, præjudicare debet.*

DE HAEREDIBVS COLLATERALIBVS.
CAP. 34.

DEficientibus iis qui ex recta linea deſcendunt, tunc frater vel fratres ſuccedunt.

Glanv. lib. 7. c. 4.

2. Et ſi non reperiantur fratres, vocandæ ſunt ſorores.

3. Quibus præmortuis, eorum liberi vocantur.

4. Poſt eos, & eas, avunculi vel eorum liberi.

5. Poſtremò [a] materteræ, vel earum liberi.

[a] *Amitæ.* Sup. c. 27. Supr. c. 32. c. 16.

6. Habitâ quòque diſtinctione ſemper obſervatâ ſuperiùs poſitâ inter filios Militis, & filios ſocco-manni; & ſuper nepotes, habitâ quòque diſtinctione inter maſculos & fœminas.

DE

DE HAEREDVM OFFICIO, CIRCA testamenta anteceſſorum ſuorum.

CAP. 35.

Glanv. lib. 7. c. 5. Ia. 4. parl. 6. c. 76. Intr. c. 39.

TEnentur hæredes, teſtamenta patrum, & aliorum prædiceſſorum ſuorum, ſervare: Et debita eorum acquietare.

ANNOTATIO.

Tametſi nemo invitus efficitur hæres. l. 12. ff. de condit. Inſtit. *Et hæres tempus deliberandi habet ſibi à jure conceſſum; vt hæreditatem cernat, & deliberet ſecum, an eam tanquam damnoſam repudiare, an vt lucroſam adire velit: tamen poſt aditam hæreditatem, hæres tenetur creditoribus & legatarijs defuncti ſatisfacere.* l. vlt. C. de jur. delib. l. moræ. 8. ff. de acq. hæred. *Nam hæres eſt univerſalis ſucceſſor, & perſonam defuncti repræſentat.* l. hæres. 22. de vſucap. l. 37. de acq. hæred. *Ideòque omnes actiones, præſertim rei perſecutoriæ defuncti, tàm activæ, quàm paſſivæ in eum tranſeunt.* l. 1. & tot. tit. C. vt act. ab hæred. & in hæred. l. 24 de verbor. ſignif. *Itàque ſi defunctus petere poteſt, ea quæ ipſi debeantur, hæres quòque actiones hæreditarias habet, quibus eadem petere poteſt.* l. 1 in. prin. ff. ad S. C. Trebellian. *Et præterea, ſi quid defunctus debebat alijs, id ſolvere debet, quia cùm ſit hæreditate honoratus, debet quoque debitorum ſolutione onerari.* d. l. 1. §. 9. l. 94. §. vlt. l. 114. §. 3. de leg. 1. *Olim quidem, & de jure veteri hæres tenebatur creditoribus hæreditarijs in ſolidum.* l. 5. §. 2. de oblig. l. 5. §. 2. de ſuis & legit. *Hodie verò, & de jure novo, non tenetur vltra vires inventarij.* l. vlt. C. de jur. deliberand.

DE TESTAMENTIS, A QVIBVS, quomodo, & de quibus, fieri debent.

CAP. 36.

Glanv. lib. 7. c. 5

POteſt liber homo, debitis non involutus majoribus, de rebus ſuis in infirmitate ſua, facere rationabile teſtamentum.

2. Sub hac forma, ſecundum patriæ conſuetudinem: videlicet, quòd primò Dominum ſuum de meliore & principaliore re, quam habet, recognoſcat.

3. Deinde Eccleſiam, Poſteà, alias perſonas pro ſua voluntate.

* *Al. diverſarum patriarum.*

4. Quicquid autem diverſarum perſonarum * teneant ſuper hoc conſuetudines; ſecundum jura regni, non tenetur aliquis in teſtamento ſuo, alicui perſonæ præcipuè, niſi pro voluntate ſua, aliquid relinquere.

5. Libera enim debet eſſe cujuſque vltima voluntas, ſecundum has, ſicut ſecundum quaſlibet alias leges.

6. Mu-

Digitized by Google

6. Mulier etiam, ſui juris, poteſt teſtamentum facere.

7. Si verò fuerit in poteſtate viri ſui conſtituta, nihil ſine viri ſui auctoritate, etiam in vltima voluntate, de rebus viri ſui diſponere poteſt.

8. Verumtamen pium eſſet, & marito valdè honeſtum, ſi rationabile teſtamentum vxori ſuæ conceſſerit: ſcilicet, vſque ad tertiam partem rerum ſuarum, quam jure obtinuiſſet, ſi maritum ſuum ſupervixiſſet (vt pleniùs [b] infra liquebit. Quod mariti plæríque facere ſolent; vnde mariti commendabiles efficiuntur)

[b] *Proximè ſequẽte cap. Incluſa, in quibuſdam libris deſunt.*

Annotatio.

Vers. 2. Dominum ſuum] *Herrezeldam nonnulli intelligunt. Sed ea non ex teſtamento, ſed lege & ſtatuto, debetur Domino.* Quon. Attach. c. 23.

Vers. 3. Deinde Eccleſiam] *Liberum eſt vnicuique in teſtamento legatum relinquere collegio, vel Eccleſiæ.* l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. *Quod, vetere jure, non erat permiſſum.* l. 20. l. 27. Cod. Theodoſ. *Verùm ex hoc loco videntur ortæ largitiones, quas Papiſtæ pro defunctis extorquent, ab eorum hæredibus, quæ vulgò,* corps preſentis, *dici ſolent.*

Vers. 4. Quicquid autem] *Teſtatori libera conceditur voluntas relinquendi legata. Ideóque legatum definitur, donatio teſtamento relicta.* l. legatum. 26. de legat. 2. *& quemadmodum liberè relinquitur, ſi relictum fuerit, non eſt oneroſum legatario, ſed potiùs lucroſum: Nam legatarius, eſt rei ſucceſſor ſingularis, ſine onere.* l. 61. hæreditatem. 32. in prin. ff. mand. *hæres verò eſt ſucceſſor juris, & univerſalis, cum onere.* l. hæreditas. 62. de Reg. jur. l. quoties. 9. §. 3. ff. de hæred. inſtit.

Vers. 5. Alias leges] *Vniuſcujuſque voluntas eſt ambulatoria & mutabilis, vſque ad ſupremum vitæ ſpiritum.* l. 4. ff. de adim. legat. l. cùm hic ſtatus. 32. §. 2. ff. de donat. inter vir. & vxor. *Quia licitum & liberum debet eſſe, quòd non redit arbitrium.* l. 1. D. de ſacroſ. Eccleſ. *Ideóque priorem ſcripturam, poſteriore corrigere, commutare, reſcindere, teſtatori permittitur. Et in teſtamentis, noviſſima voluntas eſt ſervanda.* l. 6. ff. de adim. leg. l. ſi quis. 16. ff. de vulgar. ſubſtit. *Vltima voluntas eſt libera.*

Vers. 6. Mulier] *Vidua, cùm ſit ſui juris, teſtamenti factionem activam habet; quod vxori maritum habenti, hîc non conceditur, niſi conſenſus mariti interverierit. Vſus tamen obtinuit, vt teſtamentum facere poſſit; quod etiam juri conſentaneum eſt.* l. in teſtamentis. 26. C. de Teſtam. *Nam maſculis poſt. 14. annum, & fœminis poſt. 12. annum completum, teſtandi libertas conceditur.* l. 5. ff. qui teſtam. facere poſſit.

IN QVOT PARTES DIVIDVNTVR bona teſtatoris.

Cap. 37.

Cùm quis in infirmitate poſitus, teſtamentum facere voluerit, ſi debitis non fuerit involutus, omnes res ejus mobiles, in

Glanv. lib. 7. c. 5. per magnam Chartam. c. 18

in tres partes dividentur æquales.

2. Quarum vna debetur [a] hæredi; ſecunda vxori, tertia reſervetur teſtatori.

3. De qua tertia parte, teſtator liberam diſponendi facultatem habebit.

4. Verùm, ſi ſine vxore deceſſerit, [b] medietas ſibi reſervetur.

5. De hæreditate verò in vltima voluntate, nihil poteſt diſponere, vt dictum eſt.

a. i. Liberis, leg Burg. c. 125.

b *Si ſcilicet, habet liberos quibus altera medietas debetur: alioqui de toto teſtari poteſt. Qui prohibentur eſſe teſtes latiſſimè in jure Canonico. 4. queſt. 2. et. 3. et per Bart. tractat. 30. de teſtib.*

DE TESTIBVS, ET EXSECVTORIBUS teſtamentariis.

Cap. 38.

DEbet autem teſtamentum fieri, coràm duobus, vel pluribus viris clericis, vel laïcis, vel talibus qui teſtes inde idonei eſſe poſſunt.

2. Exſecutores teſtamenti eſſe debent, quos teſtator ad hoc elegerit, & quibus [a] cauſſam ipſam commiſerit.

3. Si autem teſtator nullos ad hoc nominaverit, poſſunt propinqui & ejus conſanguinei, ad hoc faciendum ſe ingerere.

4. Ita quòd ſi aliquem hæredem, vel alium rerum defuncti detentorem, reperiunt: habebunt Breve Domini Regis directum Vice-comiti, in hac forma. Rex Vice-comiti, Salutem. Præcipio tibi, quòd juſtè, & ſine dilatione facias ſtare rationabile teſtamentum N. ſicut rationabiliter magis ſtare poterit, & ſecundùm quod ille illud fecit: & quòd ſtare debet teſtamentum.

5. Si quis autem ejus Brevis auctoritate conventus, aliquid dixerit contra teſtamentum, ſcilicet, quòd non fuit ritè factum, vel quòd res petita non fuit legata: tunc quidem placitum illud, in Curia Chriſtianitatis inde audiri debet, & finaliter terminari.

6. Quia placitum de teſtamento, coràm judice Eccleſiaſtico, tractari debet; & per plurimorum teſtimonium, qui teſtamento interfuerunt, ſecundum juris ordinem, terminari & definiri.

[a] *Al. curam ipſam et rectè de judicib. c. 158.* Iac. 4. parl. 6. c. 76. Iac. 5. parl. 7. c. 120. *Al. repererint.*

De numero teſtiũ.

Annotatio.

Vers. 1. *Teſtes in omni teſtamento adhiberi poſſunt, cum quibus eſt teſtamenti factio, ſive activa (vt ſunt qui facere poſſunt teſtamentum) ſive paſſiva (vt*

(vt ſunt hi, quibus aliquid in teſtamento relinqui poteſt) l. filius-familiâs. 16. ff.qui teſtament.facere poſſunt.§.teſtamenti.inſtit.de hæred.qual.& differ. *de jure Canonico duo teſtes ſufficiunt in teſtamento.*c.cùm eſſes.10.de teſtam. *Pauciores autem duobus teſtibus eſſe non debent: quia vox vnius, eſt vox nullius.*l.8.C.de teſtib. *Sed ſi plures duobus fuerint, non nocet; quia facta ſuperflua prodeſſe, non autem nocere poſſunt. Iuxta vulgatam juris regulam; Quando plus fit, quàm fieri debet, videtur etiam id fieri, quod faciendum eſt.* l. non ſolent. 49.de reg. jur. l. teſtamentum. 17. C. de teſtament. *Itaq; regula eſt tenenda, quòd licet quædam ſunt cauſſæ, quæ plures quàm duos exigunt teſtes; nulli eſt tamen cauſſa, quæ vnius teſtimonio, quamvis legitimo, terminetur.* c. licet. 23. in fin.extr.de teſtib. *Refrenanda tamen eſt multitudo teſtium, ne quadragenarium numerum excedat.*c.cùm cauſſam.37. de teſtib.extr.vid.gl.in l.teſtium. ff.de teſtib.

Vers. 2. Exſecutores] *Hoc in loco duo ſunt exſecutorum genera: Alij ſunt teſtamentarij, quos teſtator ipſe deputavit, ad exſequendam ſuam vltimam voluntatem: Alij ſunt qui dantur à judice, ad effectum prædictum deficiente, ſcilicet, exſecutore teſtamentario, vt ſunt proximi agnati. Quæ de re, nullus extat titulus in jure civili, aut Canonico; tametſi plerique juris interpretes, & doctores, ſcripſerunt peculiares quoſdam tractatus, de exſecutoribus vltimarum voluntatum.* Duo exſecutorum genera.

DE MODO QVO DEBITA TESTATORIS ſolvi debent.

Cap. 39.

SI is qui teſtamentum facere proponit, fuerit debitis oneratus; nihil de rebus ſuis, extra debitorum [a] acquietationem, facere poteſt, ſine hæredis conſenſu.

[a] *i.Solutionem.*

2. Verùm, ſi poſt debitorum acquietationem, aliquid reſidium fuerit; illud quidem in tres partes dividetur, modo prædicto. Et de tertia parte, vt dictum eſt, ſuum faciat teſtamentum.

3. Si verò non ſufficiant res defuncti, ad debita ejus ſolvenda: hæres defuncti, [b] de jure ſuo, id adimplere debet: Illud dico, ſi hæres ille defuncti, habuerit ætatem.

[b] *Al.defectum ipſum, de ſuo tenetur adimplere.*

Annotatio.

Vers. 1. Extra debitorum acquietationem] *Bona defuncti, ea ſolum eſſe intelliguntur, quæ, deducto ære alieno ſuperſunt* l.ſubſignatum. 39. de verbor.ſignif. *Nam primò deducenda & ſolvenda ſunt debita, quæ per defunctum alijs debentur, deinde legata præſtari debent. Quia creditores agunt de damno vitando; legatarij verò, de lucro captando. Potior autem eſt eorum cauſſa, qui damnum vitare volunt; quàm eorum qui lucrum captare contendunt.* l. vlt.§.fin. C.de jure.delib.

Vers. 3. De jure ſuo] *Quia hæres, ſecundum vetus jus civile in ſolidum obligatur*

obligatur creditoribus defuncti, & legatariis. d. l. vlt. l. moræ. 8. ff. de acquir. hæred.

Habuerit ætatem] *Qui ſemel eſt hæres, ſemper eſt hæres, neq; poteſt deſinere eſſe hæres.* l. ei qui. 89. ff. de hæred. inſtit. l. 7. §. 7. ff. de minorib. *ſi modò ſit major & perfectæ ætatis. Nam ſi ſit minor 25. annis, & damnoſam hæreditatem adierit, ei ſuccurritur, & datur reſtitutio in integrum; adeo vt hæreditatem repudiare poſsit, ſi deceptus fuerit.* l. ait prætor. 7. ff. de minorib. l. neceſſariis. 57. de acquirenda hæreditate. §. extraneis inſtit. de hæred. qual. & differ.

DE HAEREDIBVS MAIORIBVS.
Cap. 40.

Secunda diviſio hæredum tripartita.

SVnt autem quidam hæredes, de quibus conſtat eos eſſe majores, & alii de quibus conſtat eſſe minores, & alii, de quibus dubium eſt, vtrum ſunt majores vel minores.

Hæredes majores Hen. 3. An. 52. c. 16. Glanv. lib. 7. c. 9. Stat. 2. Rob. 1. c. 6. 2.

2. Hæredes majores, ſtatim poſt mortem prædiceſſorum ſuorum poſſunt ſe tenere in hæreditate ſua.

3. Licet enim Domini poſſunt feodum ſuum, cum hæreditate in manibus ſuis capere; tamen moderatè id facere debent. Ne inde aliquam faciant hæredibus diſſaſinam.

4. Poſſunt tamen hæredes ſi opus fuerit, violentiæ Dominorum reſiſtere, dum ſunt tamen parati, relevium & alia ſervitia Dominis inde facere, debita & conſueta.

Annotatio.

Vers. 3. Cum hæreditate] *In nonnullis libris* [*cum hærede*] *ſed mendoſè. Quia hic agitur de hæredibus, qui ſunt ætate majores. Ideoq; non poſſunt eſſe in cuſtôdia, ſeu tutèla ſuorum Dominorum; verùm, eorum feodum ſive hæreditas, poteſt ab ipſorum Dominis occupari; & in ipſorum manibus capi, ratione non-introitus, propter negligentiam hæredis ſui ſuum non recuperantis: qui tempeſtivè ſive tempore à lege præfixo, prædiceſſoris ſui hæreditatem adire negligit & (vt ita dicam) eam intrare poteſt, & non intrat.* Stat. Rob. 3. c. 38.

Non-introitus hæredis.

DE AETATE LEGITIMA HAEREDIS
Militum, ſocco-mannorum, & burgenſium.
Cap. 41.

SI verò conſtat, eos hæredes minores eſſe, ipſi tenentur eſſe ſub Dominorum ſuorum cuſtôdia; donec plenam habeant ætatem, ſi fuerint hæredes, de feodo militari.

Heredes minores. Hen. 3. An. 52. c. 16.

2. Scilicet, in maſculis, vſque ad viceſimum primum annum: ſi fuerint hæredes de feodo militari.

3. In

3. In mulieribus verò, ad quartum-decimum annum completum.

4. Hæredes autem ſocco-mannorum, vel aliorum liberetenentium per albam firmam; ætatem intelliguntur habere, cùm [a] quintumdecimum annum compleverint.

Henr.6. An.39.c.2. in Statuta apud weſtminſter. Glanv.lib.7.c.9

[a] *Vno codices cùm dicimum quintum vel dicimum octavum.*

5. Si verò fuerint hæredes Burgenſium, ætatem dicuntur habere, cùm quatuordecim annos completos habent, vel cùm minimos diſcernere noverint; pannos vlnare, & alia negotia exercere paterna.

Annotatio.

Vers. 2. De feodo militari] *De feodo quod tenetur de Domino capitale per ſervitium warde & relevij, vt nunc vulgo loqeimur*, Knychtis ſervice.

Vers. 3. mulieribus] *Hæc deſiderantur in antiquis: ſed tamen veritati ſunt conſentanea; ideoq, minimè delenda: concordant enim cum Acto Parliamenti Mariæ Reginæ.* Parl. 3. c. 5. *Porrò in nonnullis libris inter leges foreſtarum, exſtat decretum ſeu ſententia lata, inter Regem & Abbatem de* Aberbrothok, *de ætate cujuſdam, qui cùm eſſet minor, indictatus & attachiatus fuit, de crimine Capitali, anno Domini.* 1312. *Vnde conſtat tres eſſe ætates, primam ſcilicet, 7. annorum, per quam filius eſt in cuſtodia parentum, veluti matris, mortuo patre. Secunda, eſt quatuordecim annorum, in qua licet matrimonium contrahere. Etenim ante eum annum, neq, maſculus, neq, fœmina hæres feudi militaris, poteſt matrimonio copulari: Tametſi de jure civili, id permittitur fœminæ, ætatis duodecim annorum. Tertia ætas eſt. 21. annorum, in qua hæres maſculus, poteſt venire ad terram ſuam, vel pervenire ad duellum: Et reſpondere tenetur de crimine vitæ vel membrorum: Nam priùs quam hanc tertiam ætatem exceſſerit: de vita & membro, reſpondere non cogitur.* lib.3.c.32.

Tres hominis ætates

De potestate Dominorvm, in hæredes ſuornm hominum, de feudo militari.

Cap. 42.

Glanv.lib.7.c.9. Henr.3.An.9.in Magna Charta.c.4.c.5.et.c.31. Edward.An.28. Edward.2.An.17.in Statuto,de prærogativa Regis.c.1.

PLenam itáque cuſtodiam & poteſtatem, habent Domini hæredum ſuorum hominum, & feodorum: ita quòd plenam inde habeant diſpoſitionem; vt in Eccleſiis, in eorum cuſtodia conſtitutis, concedendis, ſi vacaverint.

2. Et in mulieribus, ſi quæ in eorum cuſtôdia exſtiterint, maritandis.

3. Et in aliis negotiis diſponendis, ſecundum quod propria eorum negatia diſponere ſolent.

4. Nihil tamen de hæreditate alienare poſſunt, ad remanentiam, nec vlteriùs, quàm illorum cuſtodia durat.

5. Ita tamen quòd hæredes ipſos honorificè, pro quantitate

Digitized by Google

hæreditatis & temporis, interim ſuſtentabunt.

6. Debita etiam defuncti pro quantitate hæreditatis & temporis pro illis in cuſtodia ſua conſtitutis, [a] acquietent. Et de debitis anteceſſorum reſpondere teneantur.

[a] *i.Solvant.*

7. Negotia quoque hæredum agere debent Domini, & placitare de jure, in proſequendo & acquirendo, ſi emiſſa fuerit, de ætate contra minorem, exceptio.

8. Reſpondere autem non teneantur, pro illis in aliquo, nec de recto nec de ſaſina.

Vaſallus major, non debet excludi ab hæreditate ſua tametſi ejus dominus ſit minor.

9. Niſi in vnico caſu, ſcilicet, cùm quis minor habuerit cuſtodiam minoris poſt deceſſum patris ſui; tunc cùm major factus fuerit, ſi denegetur illi hæreditas ſua, per dictum Dominum ſuum, donec Dominus ad ætatem pervenerit, poterit inde habere aſſiſam & recognitionem de morte anteceſſoris ſui contra Dominum ſuum.

10 Nec enim pro ætate Domini ſui minoris, remanebit inde recognitio in hoc caſu.

11. Si minor appelletur de felonia, attachiabitur per ſalvos plegios, & ſecuros. Sed dum fuerit infra ætatem, inde non tenebitur reſpondere, ſed factus major, deinde reſpondebit.

Edward. 1. An. 6. c. 5. In Statuto apud Gloceſter, Henr. 3. An. 9. c. 5. in Magna Charta. Vid. lac. 5. parl. 4. c. 14.

12. Reſtituere tenentur cuſtodes hæredum, ipſis hæredibus hæreditates inſtauratas, & de debitis acquietatas; ſecundum exigentiam temporis cuſtodiæ, & quantitatem hæreditatis.

Annotatio.

Vers. 1. Hæredum ſuorum hominum] *Prima regula: Dominus Capitalis, habet tutèlam & cuſtòdiam corporis ipſius hæredis & terrarum.*

Omnia commoda warda, pertinent ad Dominum.

Secunda regula; Dominus poteſt omnes fructus, & emolumenta percipere ex hæreditate & terris, durante tempore warda, ad ipſum hæredem pertinentibus: quorum omnium, eodem modo, quo rerum ſuarum eſt Dominus & arbiter, eaq; omnia liberè vt voluerit, diſponere poteſt.

Advocatio eccleſiæ pertinet ratione warde, ad dominum capitalem,

Vt in Eccleſiis.] 3. *Regula. Si ſit aliqua Eccleſia, cujus advocatio ſeu jus Patronatus pertinet ad hæredem; & contigerit eam vacare per mortem poſſeſſoris: Dominus hæredis adhuc minoris, poteſt eam Eccleſiam, cuicunq; voluerit idoneæ perſonæ conferre. Et ea præſentatio erit efficax ipſi, qui præſentatur, quoad vixerit: adeò vt non liceat hæredi, cùm ad ætatem pervenerit, eam reſcindere.*

Maritagium i. jus maritandi hæredē ejuſq; vaſallum, pertinet ad dominum.

Vers. 2. Et in mulieribus] 4. *Si hæres maſculus feudi militaris, ſit in cuſtòdia Domini ſui: et ſit quoq; mulier hæres feudi militaris, in ipſius hæredis cuſtodia: non ſolùm principalis hæredis maſculi maritagium, ſed etiam illius mulieris, ad Dominum Capitalem pertinet: hoc eſt, maritagium ipſius vaſalli, cum maritagio ſub-vaſalli ſive maris, ſive fœminæ, ad Dominum pertinet. Torrò de maritagio, et cuſtodia mulieris immediatæ hæredis,* vid. Infr. hoc lib. c. 48.

Vers.

VERS. 4. Nihil tamen] *Dominus non poteſt alienare hæreditatem hæredis, tempore wardæ; quia eſt ejus tantùm cuſtos. Ideóq; eam cuſtodire, non autem hæreditariè alienare poteſt, hoc eſt, ejus dominium in alium transferre.* l. 1. C. de fund.dotal. *Nam omnibus cuſtodibus dilapidatio ſeu diminutio bonorum, eſt interdicta.* l. Iulianus. 10. ff. de curator. furioſ. *permittitur tamen Domino diſpoſitio, quæ tandiu durat, atq; ipſa warda, & cum ea extinguitur.*

Dominus non poteſt alienare hæreditatem.

VERS. 5. Ita tamen. 6.] *Dominus debet hæredem in ſua cuſtodia conſtitutum alere, ſecundum quantitatem hæreditatis, & facultatum: Nam ſi pupillus ſit egenus: Dominus vel Tutor non tenetur eum de ſuo alere.* l. 3. in fin. ff. vbi pupill. educ. deb. *Sed de bonis ipſius pupilli, vel hæredis; ita vt creſcente ætate, creſcant quoq; alimenta.* l. 10. in fin. ff. de aliment. legat. in fin.

Dominus tenetur alere hæredem.

VERS. 6. Debita etiam. 7.] *Dominus debet ſolvere creditoribus defuncti, omnia debita, quæ illis debentur per defunctum: Quia hæres etiam minor, tenetur placitare de debitis paterna.* lib. 3. c. 32.

Dominus debet ſolvere debita hæredis.

VERS. 7. Negotia quoque. 8.] *Domini debent in judicio, hæredis cauſſas agere, & pro illo placitare, præcipuè in his cauſsis, quæ ſunt lucroſa, & per quas aliquid acquiritur hæredi. Has actiones perſequi debet pro pupillo, etiam ſi emiſſa fuerit, id eſt, propoſita fuerit exceptio minoris ætatis contra minorem: cujuſmodi exceptio in hoc caſu locum non habet. Nam conditio minoris poteſt fieri melior, vel per ipſum, vel per ejus Dominum, non obſtante ejus minore ætate.*

VERS. 8. Reſpondere autem. 9.] *Si hæres minoris ætatis in cuſtodia conſtitutus, in judicium vocetur: non tenetur reſpondere, donec venerit ad perfectam ætatem; niſi in vno caſu, veluti cum Dominus Capitalis minoris ætatis (veluti ſeptem annorum) habet in ſua cuſtodia hæredem ſeu vaſallum etiam minorem (veluti ſeptemdecim annorum) Si hæres major factus, petit ſuam hæreditatem ſibi reſtitui à Domino ſuo adhuc minore: Dominus in hoc caſu, non gaudebit privilegio minoris ætatis. Quia tametſi adhuc ſit minor: hæreditatem, vaſallo ſua majoris ætatis, reſtituere cogetur.*

VERS. 11. Si minor. 10.] *Si minor criminaliter accuſetur de aliquo crimine, non cogitur in ſe ſuſcipere judicium, aut vllo modo reſpondere, donec fuerit major: Vt dixi, in capite proximè præcedente.* & lib. 3. c. 32.

VERS. 12. Reſtituere. 11.] *Finito cuſtodiæ tempore, & hærede ad ætatem perveniente, Dominus debet ei reſtituere hæreditatem ſuam, liberam à debitis, & alijs oneribus, quantùm hæreditatis quantitas patietur.* ſtat. 2. Rob. 1. c. 6.

DE HÆREDIBVS DE QVIBVS DVbium eſt, ſint ne majores an minores.

CAP. 43.

SI verò dubium fuerit de hæredis ætate, procul dubio Domini ipſius tâm hæredem, quàm hæreditatem in cuſtodia habebunt; donec ætas rationabiliter probetur per legales homines de vicinêto; & per eorum juramenta.

Tertia ſpecies diviſionis propoſitæ ſupr.

Glanv. lib. 7. c. 11. Henr. 3. An. 9. c. 5.

Digitized by Google

DE EO QVI HABET PLVRES DOminos Capitales.

CAP. 44.

Glanv. lib. 7. c. 10. Edward. 2. An. 17. c. 2. Iac. 6. parl. 8. c. 129.

SI hæredes ſub cuſtôdia conſtituti, plures Dominos habuerint; Capitales eorum Domini (ſcilicet illi, quibus ligeanciam fecerunt, de primis eorum feodis) debent eorundem habere cuſtodiam.

2. Ita quòd de cæteris feodis eorum, relevia & alia recta ſervitia, Dominis ipſorum feodorum, facere tenentur. Et ſic cuſtodia eis, ſcilicet, Dominis Capitalibus, per totum ſub forma prædicta remanebit.

3. Notandum eſt tamen, quòd ſi quis in capite de Domino Rege teneat; cuſtodia illius plenè pertinet ad Dominum Regem, ſive alios Dominos habere debeat, ſive non. Quia Dominus Rex nullum poteſt habere parem; multò minùs ſuperiorem.

4. verum tamen Dominus rex, non præfertur aliis in cuſtodia, ratione burgagii quod de eo tenetur.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Capitales eorum Domini] *Expoſitâ tripartitâ diviſione hæredum, nunc auctor redit ad ampliorem declarationem hæredum minorum, præſertim de feudo militari. Porrò, ſi quis vaſallus diverſa feoda, de diverſis Dominis Capitalibus, teneat in capite, & moriatur relicto hærede minoris ætatis; prior & antiquior Dominus, cui priùs homagium factum fuit, ratione prioris fidei, & juramenti, præfertur poſteriori Domino, in cuſtôdia corporis hæredis, & in ejus maritagio; vtrumq; enim ad eum pertinet ratione prioris ligeanciæ ſeu fidei, ipſi, vel ejus majoribus, præſtitæ. Quòd autem ad cuſtôdiam terrarum attinet, vnuſquiſq; Dominus obtinebit wardam terrarum quæ de ipſo in capite tenentur; ad ſingulos enim Dominos pertinet warda ſuarum terrarum, ſeu tenendriarum; vnà cum relevijs, & alijs ſervitijs, quæ de terris debentur.*

Antiquior dominus quis dicatur

Ligeanciam fecerunt] *Id eſt, priorem fidem, ſeu homagium, & (vt nunc loquimur) à quibus priùs feofamentum acceperunt: Nam in hoc caſu nullus reſpectus habetur ad ſexum, ſi ſcilicet, Dominus ſit mas, vel fœmina, nec ad quantitatem tenementi, ſed ſolummodò ad antiquius feofamentum per ſervitium militare, hoc eſt (vt vno verbo dicam) ad priorem vel poſteriorem Dominum: vt intelligatur, quis eorum ſit primus, qui cæteris præferri debet.*

Quon. Attach. c. 94.

Habere cuſtòdiam] De judicib. c. 163. *Et maritagium. Ita quòd de cæteris feodis, cæteri eorum Domini, tantummodò eorum cuſtôdiam ſive wardam habebunt, & (vt in quibuſdam libris) & relevia, & alia recta ſervitia. Nam antiquior*

Digitized by Google

antiquior Dominus præfertur alijs, in maritagio hæredis. Quon. Attach. c. 94.

VERS. 3. Notandum eſt] *Exceptio à priore regula: Nam ſi quis tenet feodum militare de Rege, & aliud feodum militare de Domino antiquiore, Dominus Rex præfertur illi Domino, quòd attinet ad cuſtòdiam corporis hæredis, & ejus maritagium: quia ceſſat hic prioritas homagij: Nam quicunq; facit homagium Domino Regi, debet illi facere cum ligeancia, hoc eſt, nullum debet excipere, aut Regi præferre, ſed Regem omnibus alijs anteferre: etiamſi Regi, poſtremò ratione feudi vel fidei, fuerit obligatus: quia cuicunq; vel quandocunq;, vel à quocunq; factum fuerit juramentum; ſemper illud intelligitur factum, ſalvâ ligenciâ ſupremo Domino Regi debitâ: Quia Rex in ſuo regno, nullum habet parem, qui cum eo conferri, vel ſuperiorem qui ei præferri debeat, cùm poſt Deum ſit omnium ſupremus.* præf. lib. 1. ver. 3.

Rex præfertur omnibus Dominis Capitalibus etiam antiquioribus.

Cuſtòdia illius] *Cùm maritagio de* judicib. c. 163. *Nam in cuſtòdia, & maritagio hæredis, pari jure prælationis; Rex præfertur omnibus aliis Dominis Capitalibus, cùm tempore prioribus, tùm poſterioribus.*

VERS. 4. Verumtamen] *Eſt quædam quaſi exceptio, à ſuperiore exceptione, veluti ſi quis tenet terras ratione burgagij in burgo, de Domino Rege (vt fit in omnibus burgis regalibus) & de alio Domino, veluti Comite vel Barone, teneat feudum aliquod militare, per ſervitium Warde & relevij: Dominus Capitalis, obtinebit cuſtòdiam corporis hæredis, ejus maritagium, & Wardam terrarum, & nihil ex ijs ad Regem pertinebit. Cujus rei ratio redditur, in legibus* Angliæ; Anno Henrici. 3. 51. c. 27. *Quòd ſcilicet, neq; cuſtòdia hæredis, aut ejus terrarum, neq; ejus maritagium pertinere poterit ad Regem, ſi terræ tenentur de Rege ratione albæ firmæ, aut burgagij. Hæc enim ad Regem, aut alium quemlibet Dominum ſuperiorem, tunc demum pertinet: Si terræ teneantur per ſervitium militare.* Henr. 3. Anno. 9. c. 27.

DE CVSTODIA DATA PER Regem.

CAP. 45.

SI verò Dominus Rex, aliquam cuſtodiam alicui commiſerit, diſtinguitur, vtrum ei cuſtodiam ipſam [a] pleno jure commiſerit: Ita quòd eum nullum computum inde reddere oporteat ad Scaccarium, vel aliter.

2. Si verò illam plenam cuſtodiam ei commiſerit; tunc poterit Eccleſias vacantes donare, & alia [b] negotia, ſicut ſua rectè diſponere.

[a] Glanv. lib. 7. c. 10. *Simpliciter, et in rem ſuam, donaverit.*

[b] *Ad illam cuſtòdiam pertinentia.*

ANNOTATIO.

VERS. 2. Si verò illam] *Dominus Rex, ſicut alius quilibet Dominus Capitalis, liberam habet diſpoſitionem cuſtòdiæ hæredum hominum ſuorum; ita vt omnia jura, & fructus qui inde proveniunt, alijs donare poſſit, vt diximus*

diximus. c.42. *Quòd ſi fecerit, eadem quoq; libertas conceditur donatariis, quibus hujuſmodi donatio facta eſt, ſecundum communem juris regulam, ſurrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum ſurrogatur. Per* Bart. in l. ſi eum. 10.ff. Si quis cautionib. in judic. & in l. certi conditio 9.ff. Si certum petat. *Donatarius principis rem ſibi donatam ad hæredes ſuos tranſmittit, vel eam cuicunq; vendere, vel alienare poteſt.* l.6. C. de fund. patrimon. lib. 11.

Edward. 2. Ann. 17. c. 9. c10.

DE CVSTODIA FATVORVM NATVralium.

Cap. 46.

[a] *i. fructus, et omnes commoditates, quæ de terris exeunt, et proveniunt de vaſto, vid. ſtatutũ* Edward. 1. An. 13. c. 14.

DOminus Rex habebit cuſtodiam terrarum & tenementorum, fatuorum naturalium: capiendo [a] exitus, ſine vaſto & deſtinctione.

2. Et inveniet eis neceſſaria, de hujuſmodi.

3. Et de quocunque feodo, fuerit terra illa: poſt mortem eorundem, redeat terra rectis hæredibus: Ita quòd nullatenus per eoſdem fatuos alienetur.

Hodie tutèla fatui datur proximo agnato.

Annotatio.

Furioſus. Mente captus.

Verbs. 1. Fatuorum] *Hoc caput in antiquis libris non reperitur; ſed tamen eſt praxi & juri conſentaneum: Nam cuſtòdia fatuorum naturalium, eodem modo & ijſdem penè legibus, pertinet ad Dominum Regem, quo cuſtôdia hæredis ad Dominum Capitalem. Noviſsimo autem jure noſtro municipali, fatuis, furioſis & idiòtis, proximi agnati, à lege dantur tutores vel curatores.* Iac. 6. Parl. 10. c. 18. *quod cum jure civili planè convenit.* vt tot. tit. ff. de curatorib. furioſ. *Furioſus dicitur, qui furore cum rabie conjuncto vexatur: mente captus vocatur, qui rabie non vexatur; ſed mentis errore ducitur, vt ſunt fatui, ſtulti, & ij quibus morbo vel amore, mens læditur. His ex inquiſitione curator datur.* l. obſervare. 6. cum ſeq. ff. de curat. furioſ. §. ſed & mente captus. Inſtit. de curator.

DE CVSTODIA HAEREDVM SOCCOmannorum.

Cap. 47.

Stat. 2. Rob. 1. c. 8. Edward. 1. Anno. 28. Statuto de wardis et Releviis, Glanv. lib. 7. c. 11.

[a] *i. Tutèla hæredis.*

Hæredes ſocco-mannorum, in cuſtôdia ſuorum propinquorum conſanguineorum erunt.

2 Ita quòd ſi hæreditas ex parte patris deſcendat: ad conſanguineos ex parte matris, [a] cuſtôdia referatur.

3. Si ex parte matris deſcendat hæreditas, cuſtôdia ad conſanguineos patris pertineat.

4. Nunquàm enim cuſtôdia alicujus hæredis ſocco-mannorum,

Digitized by Google

rum, vel aliorum libere-tenentium per albam firmam, pertinet illi, de quo habetur ſuſpicio, quòd poſſit, vel velit, aliquod jus in ipſius hæreditate clamare.

ANNOTATIO.

VERS. 4. Nunquam enim] *Tupillus patre orbatus, apud matrem educandus eſt, donec mater vitricum ſuperinduxerit; vel ſeptem annos ætatis compleverit. Etſi inter eam, & cognatos contraverſia fuerit, præſes ſtatuere debet, ubi potiùs alendus ſit. Sed dare operam debet, ut ſine ulla maligna ſuſpicione alatur, & educetur.* l. 1. ff. vbi pupill. educ. deb. *Spes autem ſucceſſionis ſuſpicionem gignit, ne is qui eſt proximè ſucceſſurus, pupilli vitæ inſidietur: ejuſq; mortis captandæ occaſiones quærat; ideoq; apud eum non debet ali, aut educari: Nam licet, qui prior eſt in ſucceſſione, debeat eſſe tutor, non tamen poteſt eſſe educator.* l. 2. & ibi gl. eōd. tit. *de qua re latiùs dixi*, de verb. ſignif. in verb. Warda.

DE CVSTODIA ET MARITAGIO hæredum mulierum.

CAP. 48.

MVlier, ſi hæres alicui remanſerit, & infra ætatem fuerit; in cuſtôdia Domini ſui remanebit; donec plenam habeat ætatem; et in hoc caſu, intelligitur habere ætatem legitimam, cùm plenè habuerit quatuordecim annos.

2. Et cùm ætatem habuerit vel habuerint, ſi plures fuerint: tenetur Dominus earum, maritare ſingulas ipſarum cum ſuis rationabilibus [a] portionibus.

Edward. 1. Ann. 3. c. 22 Glauv. lib. 7. c. 12.

[a] *Hæreditatis, quæ inter ſorores dividitur.*

3. Si verò majores fuerint: in cuſtôdia Dominorum ſuorum erunt, donec cum conſilio, & diſpoſitione Dominorum maritentur.

4. Quia ſine Dominorum conſenſu, nulla mulier hæres terræ, maritari poteſt de jure, ſecundum conſuetudinem regni.

5. Vnde ſi quis filiam vel filias tantùm hæredes habens, in vita ſua illam, vel illàs, ſine aſſenſu Domini ſui, maritaverit: juſtè, & ſecundum conſuetudinem regni, perpetuò exhæredatur. Ita quòd nihil inde recuperare poterit, niſi per ſolam miſericordiam.

Inf. c. 70. *Pater non poteſt maritare filiam hæredem, ſine conſenſu ſui domini Capitalis.*

6. Et hoc eâ ratione, cùm enim ipſius mulieris maritus, homagium aliquod de tenemento illo facere Domino tenetur, requirenda eſt ipſius Domini voluntas, & aſſenſus ad faciendum, ne de inimico ſuo, vel aliâ minus idoneâ perſonâ, homagium de feodo ſuo, ex coactione recipere teneatur.

7. Verùm

7. Verùm cùm quis licentiam petit à Domino ſuo, filiam ſuam hæredem alicui maritare: tenetur Dominus, aut conſentire, aut rationabilem cauſſam oſtendere; quare conſentire non debeat.

8. Aliter enim præter ejus voluntatem, poteſt mulier ipſa, de conſilio & voluntate patris ſui, liberè maritari.

9. Juxta hoc quæro, ſi mulier aliqua dotem habens, poſſit alicui præter aſſenſum waranti ſui, nubere: & ſi fecerit, vtrum dotem amittat?

10. Non enim videtur: cùm maritus inde nullum homagium waranto ſuo, de jure & conſuetudine regni, facere debeat; ſed cum [b] affidatione fidelitatem tantùm, ne ſi ante mortem mariti, mulier moreretur, homagium illud, nullo tenemento retento periret.

[b] Mutua fidei obligatione, vt ſit inter conjuges Infr. c. 59. vel inter dominũ et vaſallum Infr. c 67.

Edward. 2. An. 17. c. 4

11. Tenetur tamen mulier cum aſſenſu waranti ſui nubere, aut dotem amittet;

12. Niſi mulier aliam terram habuerit de maritagio, vel hæreditate: Tunc enim ſufficit Domini Capitalis aſſenſus.

13. Et hoc in dote ſua obtinet, non pro homagio, ſed pro fidelitate, quam maritus inde facere tenetur, vt dictum eſt.

[c] *Domini antiquioris.*

14. Si verò de feodo plurium Dominorum fuerit ipſa hæreditas, tunc ſufficit requirere ipſius Domini [c] Capitalis aſſenſum, ad mulierem maritandum.

Annotatio.

Vers. 1. Plenam habuerit ætatem] *Fœmina hæres feudi militaris, eſt in cuſtôdia Domini ſui, donec fuerit* 14. annorum. ſupr. c. 41.

Vers. 3. Si verò majores] *Fœmina hæres feudi militaris, eſt in cuſtôdia Domini ſui, etiamſi illa ſit major* 14. *annis: donec maritetur, hoc eſt, nupſerit cum conſenſu ſui Domini, ne illo invito virum, qui illi homagium & ſervitium faciat, ſuperinducat, vt hic dicitur, &c.* 60.

Vers. 5. Vnde ſi quis] *Pater qui feudum militare de aliquo Domino tenet exhæredatur & toto feudo privatur, ſi filiam, aut filias, quæ ei mortuo ſunt ſucceſſuræ, in matrimonio collocaverit, ſine conſenſu ſui Domini.*

Vers. 9. Iuxta hoc quæro] *Warantum hic voco hæredem, vel ſucceſſorem mariti defuncti, qui dotem mulieri warantizare tenetur.* lib. 2. c. 16.

Vers. 10. Ne ſi ante mortem mariti] *Si mulier habens dotem mortuo priore marito, ſecundas nuptias contraxerit, poſterior ejus maritus, faciet fidelitatem Domino Capitali dotis (quem warantum dotis vocant) hoc eſt, hæredi prioris mariti. Sed homagium ei facere non debet, quia poteſt evenire, vt mulier moriatur ante ſecundum maritum, & ita fundus dotalis, ad hæredem prioris mariti*

mariti redeat. Et proinde, homagium, ſi quod factum fuiſſet, periret ipſo ad huc vivo, qui illud fecit, cùm non amplius habeat feudum, pro quo illud fecit, quod fieri non poteſt: quia omne homagium durare debet, quandiu vixerit is qui id facit. Cùm igitur fundus dotalis non maneat apud ſecundum maritum mortuæ ejus uxore: is pro eo homagium facere non tenetur.

Homagium vivit, vt ita dicam, cùm perſona id faciẽte, et eâ moriente, moritur.

VERS. 11. Tenetur] *Mulier dotem habens, non poteſt nubere ſine conſenſu waranti dotis, ne eo invito virum inducat qui fidelitatem ei facere debet; quemadmodum, de jure regni* Angliæ, *mulier vidua, amittit dotem, ſi ſine conſenſu Regis, ad ſecundas nuptias convolaverit.* Anno. 17. Edwardi. 2. c. 4.

VERS. 12. Niſi mulier] *Exceptio à proxima præcedente regula, mulier dotem habens poteſt nubere, ſine conſenſu waranti dotis, ſi ipſa aliam terram habeat, quæ ad eam pertineat ratione hæreditatis, vel maritagij ex aliquo matrimonio, quia in hoc caſu, ipſius Domini Capitalis, vel waranti prioris dotis, ſufficit conſenſus.*

VERS. 14. Si verò de feodo] *Si mulier hæres fuerit, & plura feuda militaria de diverſis Dominis tenuerit; antiquioris Domini conſenſum in ſuis nuptijs ſolummodo habere debet. Quia ad eum ſolùm pertinet ipſius mulieris maritagium,* vt dixi, c. 44.

FORNICATIO PER MVLIEREM COMmiſſa ipſam exhæredat.

CAP. 49.

IN cuſtodia mulieres hæredes conſtitutæ, ſi de corporibus ſuis foriſ-fecerint, & hoc probatum fuerit; illæ quæ deliquerunt exhæredabuntur, & portiones earum illis quæ non deliquerunt, accreſcent. Glanv. lib. 7. c. 12.

2. Si verò omnes hoc modo deliquerint; tota hæreditas ipſis Dominis, tanquam eſchęta remanebit.

3. Tamen ſi ſemel legitimè fuerint nuptæ, & viduæ factæ ſunt poſtmodum; non tenebuntur ſub cuſtodia Dominorum eſſe.

4. Licet teneantur aſſenſum ipſorum acquirere, in ſe maritandis, prædictâ ratione. Hent. 3. An. 9. c. 7. Edward. 2. An. 17. c. 4.

5. Nec etiam per earum incontinentiam hæreditatem amittent.

6. Quod enim generaliter ſolet dici, quòd putagium hæreditatem non adimit, intelligitur [a] de putagio matris, quia filius eſt hæres legitimus quem nuptiæ demonſtrant.

[a] *Verbum eſt gallicum fornicatio; putain apud Gallos, meretricem ſignificat.*

ANOTATIO.

VERS. 1. In cuſtôdia] *Hunc locum ex antiquis libris reſtitui, qui intelligi debet de virgine hærede feudi militaris, quæ adhuc nondum nupſit: ideoq; in cuſtodia*

ſtodia Domini ſui eſt, & impudicè vivit, aut fornicationis vitio ſe polluit, aut denique pudicitiam proſtituit; quòd foris facere de corpore ſuo hic dicitur. (To forfare or abuſe her body) *Nam propter ſtuprum illi illatum, Domino poteſt fraudari ejus maritagio, et omni commodo quod inde provenit: nemo enim corruptam, vel meretricem lubenter ducit in vxorem. De jure Civili, mulieri quæ luxuriosè vivit, bonis interdici poteſt: Nam quæ prodiga eſt perſonæ, ea præſumitur quoq; & rerum prodiga.* l. & mulier. 15. ff. de curator. curioſ. *Vel Bartolus notat, meretricem teſtamentum facere non poſſe.*

VERS. 3. Tamen] *Ius quod competit Domino in fœminam hæredem feudi militaris, ſolvitur per nuptias; quia illa non amplius eſt in ejus cuſtodia, ſi cum ejus conſenſu nupſerit. Ideoq; ſi qua hæres, primò cum Domini conſenſu, nuptias contraxerit: poſt mortem mariti, non recidit in poteſtatem Domini: Verumtamen ſecundas nuptias contrahere non poteſt, ſine conſenſu Domini, quia ſecundus ejus maritus fidelitatem Domino facere debet, vt dixi, in proximè præcedente capite.*

VERS. 5. Nec etiam] *Si mulier hæres feudi militaris legitimè nupſerit, & filium peperit, & mortuo marito, in viduitate ſua artem meretriciam exerceat: filius ejus ex juſtis nuptiis procreatus, propter matris impudicitiam, non amittet hæreditatem maternam; ſed ei tanquàm legitimus hæres ſuccedit. Quia filius eſt legitimus, quem legitimæ nuptiæ demonſtrant: qui, ſcilicet, ex viro & vxore ad matrimonium contrahendum, & generandum habilibus ſimul habitantibus, conſtante matrimonio, natus eſt.* Bart. in l. filium. 6. ff. *de his qui ſunt ſui vel alieni juris.* l. 5. ff. de in jus vocand. *Valeat igitur regula hic poſita quòd putagium* [The huredome] *matris, non adimit hæreditatem filio legitimè nato, neque eum exhæredat.*

BASTARDVS NON POTEST eſſe hæres.

CAP. 50.

NVllus baſtardus eſt hæres legitimus, nec aliquis qui ex legitimo matrimonio natus non eſt, poteſt eſſe hæres.

2. Vnde ſi quis verſus alium, hæreditatem aliquam tanquam hæres petit; & alius ei objiciat, quòd hæres inde eſſe non poteſt, eo quòd ex legitimo matrimonio non eſt: tunc in Curia Domini Regis illud placitum [a] remanebit.

Glanv. lib. 7. c. 13. [a] *i. Ceſſabit, et non amplius in Curia Regis diſceptabitur, donec in foro eccleſiaſtico cauſſa matrimonialis fuerit determinata.* vt. c. ſeq. verſ. 4.

3. Et mandabitur Epiſcopo loci, quòd de matrimonio illo cognoſcat, & quòd inde judicaverit Domino Regi, vel ejus juſtitiariis, ſciri faciat.

4. Et hoc eſt Breve Regis, ſuper hoc negotio Epiſcopo dirigendum. REX Epiſcopo tali; Salutem. Veniens coram me, vel Juſtitiariis meis, *M.* petiit adverſus *N.* fratrem ſuum, quartam partem feodi vnius militis in tali villa, ſicut jus ſuum. Et inde

idem

idem *M.* jus non habet, vt dicit dictus *N.* eo-quòd ipſe *M.* baſtardus natus eſt, ante matrimonium matris eorum: Et quia ad Curiam meam non ſpectat de baſtardia cognoſcere: eos ad vos mitto. Vobis mandans, quatenus in Curia Chriſtianitatis, inde faciatis quod ad vos ſpectat. Et cum loquela coràm vobis finem fecerit, mihi per literas veſtras ſignificetis, quid inde factum fuerit coram vobis.

Anotatio.

Liberi naturales, ſive baſtardi, non admittuntur ad ſucceſſionem patris; ſed tamen ſunt alendi à legitimis fratribus vel ſororibus, ſecundum menſuram facultatum, & ad arbitrium boni viri. Authen. licet. C. de natur. liber. *Nam durum eſt infantem à Deo creatum fame necari.* c. cùm haberet. de eo qui dux. in vxor. quam polluit per adulterium.

Baſtardi ſunt alendi.

QVI FILII SVNT LEGITIMI.

Glanv. lib. 7. c. 15.

Cap. 51.

CIrca hoc orta eſt quæſtio. Si quis, antequam pater matrem ejus deſponſaverit, fuerit genitus & natus; vtrum talis filius, ſit hæres legitimus; cùm poſteà pater ille, matrem ipſius deſponſaverit?

Liberi non legitimantur per ſubſequentes nuptias.

2. Et quidem licet ſecundum Canones & leges Romanas, talis filius ſit hæres legitimus:

Henr. 3. Ann. 20. c. 9. Merton.

3. Tamen ſecundum jus & conſuetudinem regni, nullo modo in hæreditatem, tanquam hæres ſuſtineri poteſt, nec hæreditatem petere.

4. Sed ortâ ſuper hoc contentione, ſcilicet, vtrum genitus vel natus fuit, ante deſponſationem, vel pòſt: diſcutietur illud, coram judice Eccleſiaſtico, vt præfertur.

Quæſtio, baſtardiæ in foro eccleſiaſtico tractatur.

5. Et quod ab eo judicatum fuerit; Domino Regi, aut ejus Juſtitiario, ſciri faciat.

6. Et ſecundum judicium Epiſcopi, in Curia Domini Regis ſupplebitur, de adjudicanda vel abjudicanda ipſi hæreditate; ſuper qua fit contentio: Ita quòd per judicium Curiæ Regis, hæreditatem ipſam obtinebit, vel clameum inde perdet.

Annotatio.

Vers. 2. Secundum Canones] *Quia filij non debent ſuſtinere jacturam, cùm parentes eorum publicè, & ſine contradictione Eccleſiæ, inter ſe contraxiſſe noſcantur.* c. 1. c. 2. Qui fil. ſunt legit.

Et

Et leges Romanas] §. vlt. inſtit. de nupt. & l. cùm quis. 10. cùm ſeqq. C. de natur. liber. *Cujuſmodi legitimatio in favorem liberorum, hodie intelligitur eſſe juſta & legitima: etiamſi nulla intercedant dotalia ſive nuptialia inſtrumenta: quia ſolo conſenſu tale matrimonium perficitur.* per l. nuptias. 31. ff. de Reg. jur. *quia carnalis copula præceſſit conſenſum. Adeò vt in lecto ægritudinis, ſive in articulo mortis, nuptijs, ſola voluntate & profeſſione confectis, liberi legitimari poſſint.*

Vers. 4. Sed orta] *Exceptio baſtardiæ, ſive nativitatis in Curia ſeculari, ſive in Curia Regis oppoſita petenti hæreditatem ſui prædeceſſoris, debet tranſmitti ad judicem Eccleſiaſticum & coram eo, intra duos menſes terminari; ſine appellationis adminiculo: Infra quod tempus, ſi baſtardiæ exceptio non probetur per eum, qui eam proponit; Curia Domini Regis, in cauſſa civili, de petitione hæreditatis, procedere eamq; terminare debet.* c. 5. extr. qui filij ſunt legitimi. c. 3. extr. de ordin. cognit.

BASTARDVS AN POSSIT HAbere hæredem.

Cap. 52.

Glanv. lib. 7. c. 16.

QVæri autem poteſt de baſtardo (qui nullum hæredem habere poteſt, niſi de corpore ſuo legitimè natum) ſi quis ei, pro ſervitio ſuo vel aliquo alio modo, terram aliquam donaverit, & inde homagium receperit, & baſtardus in ſaſina, ſine hærede de corpore ſuo obierit; quis eidem, de jure ſuccedere debeat? Nullus niſi Dominus, rationibus ſupra dictis.

Annotatio.

Regula hic traditur: Baſtardus non habet hæredem, niſi de corpore ſuo: veluti liberos ex vxore ſua legitimè procreatos, quia quis cujus filius ſit, aut pater, legitimæ nuptiæ demonſtrant. l. 5. ff. de in jus vocand. *Et manifeſtum eſt, quòd deficientibus legitimis liberis, parentes baſtardo non ſuccedunt. Idem quoq; dicendum eſt de cognatis, cùm de jure baſtardus nullos habeat parentes aut cognatos, cùm igitur baſtardi bona fiunt vacantia, ad fiſcum pertinent.* l. 1. C. de bon. vacant. lib. 10.

Nullus niſi Dominus] *Quidam, Dominum capitalem intelligunt, & ei jus ſucceſſionis, in bonis baſtardi attribuunt: ſi modò fuerint in ejus territorio, aut dominio. Quorum opinio confirmatur veterum codicum auctoritate. Alij Dominum Regem intelligunt, quod conſuetudini hujus regni eſt conſentaneum. Is enim jure coronæ ſuæ, baſtardis ſuccedit, tàm in bonis mobilibus, quàm immobilibus. Quia omnes terræ, & res aliæ in regno, quæ ſub nullius dominio occupantur: ipſo jure ad Dominum Regem pertinent.* Quon. Attach. c. 48. in prin. Vid. Cheſſann. in conſuetud. Burgund. Rubr. 8. de ſucceſſ. baſtard.

Rex ſuccedit Baſtardo.

Supra dictis rationibus] *Alij [prædicta ratione] & rectè. Nam rationem intelligit, paulò antè expreſſam. Cùm enim baſtardus non habet hæredem de corpore ſuo, Dominus Rex ei ſuccedere debet.*

DE

DE INTESTATO DECEDENTE.

Cap. 53.

Cùm quis inteſtatus decedit; omnia Catalla ſua Domini ſui erunt.

2. Si verò plures habuerit Dominos; quilibet illorum Catalla recuperabit, quæ in ſuo reperiet Dominio. Glanv. lib. 7. c. 16.

Annotatio.

Nonnulli intelligunt hoc caput habere locum, de bonis baſtardorum, qui decedunt inteſtati; quòd ſcilicet, Domini illorum illis ſuccedunt, in bonis mobilibus, quemadmodum in terris & tenementis illis, ſuccedere debent: Alij ad inteſtatos pro crimine aliquo damnatos, referunt. Quon. Attach. c. 48. in fin. de judicib. c. 64. *Verùm ex libro.* 10. C. de bonis vacant. l. 1. *omnium qui inteſtati moriuntur ſine hærede, bona ad fiſcum deferuntur. Porrò, ſi Clerici ſine hærede deceſſerint, eorum bona Eccleſiæ aſſignantur, & in hoc caſu Eccleſia, præfertur fiſco.* l. 20. C. de Epiſt. & Cleric.

DE *VSVRARIIS*, ET EORVM *bonis*.

Cap. 54.

VSurarii omnes res, ſive teſtatus ſive inteſtatus deceſſerit, Domini Regis ſunt.

2. Vivus autem non ſolet aliquis de crimine vſuræ appellari, nec convinci.

3. Sed inter cæteras regias inquiſitiones ſolet inquiri: & probari aliquem in tali crimine deceſſiſſe, per triginta duos legales homines de vicinêto, & per eorum ſacramenta.

4. Quo probato in Curia, omnes res mobiles, & omnia Catalla quæ fuerant ipſius vſurarii mortui; ad opus Domini Regis capientur, penes quemcunque invenientur.

5. Hæredes quoque ipſius, hac de cauſſa ſecundum jus regni, exhæredabuntur, & ad Dominum feudi vel ad Dominum Regem, hæreditates plenariè revertentur.

6. Sciendum eſt tamen, quòd ſi aliquis quocunque tempore vſurarius fuerit, & ſuper hoc fuerit in patria ſua publicè defamatus; ſi tamen à delicto ſuo, ante mortem deſtiterit, & pœnitentiam

Vſuræ prohibentur jure divino.
Exod. 22. 25.
Levit. 25. 37.
Deuter. 19. 2. 19.
Proverb. 28. 8. Ezech. 18. 8. 22. 12.
Pſal. 15. 7.
Ier. 15. 10. Luk. 6. 35.

[c] *Al. hæres.*

pœnitentiam egerit: poſt mortem ejus, ipſe vel [c] res ejus, lege vſurarii, non cenſebuntur.

7. Oportet ergò conſtare, quòd vſurarius deceſſerit aliquis, ad hoc, vt de eo tanquam de vſurario, poſt mortem ipſius judicetur, & de rebus ſuis, tanquam de rebus vſurarii, diſponatur.

Annotatio.

In hoc capite agitur de pœna vſurarij, qua de re, diſtinctio eſt adhibenda. Aut enim vſurarius, de cujus pœna agitur, eſt vivus, aut Mortuus. Si vivit, aut ante mortem eum pœnitet: Aut non pœnitet. Si adhuc vivit, & nulla pœnitentia ducitur, poteſt à judice Eccleſiaſtico, in Curia Chriſtianitatis accuſari: ſed in civili Curia Regis, nec accuſari, nec convinci debet, vt hic dicitur. verſ. 2. quod eſt conſentaneum legibus Angliæ. *Secundum quas, pœna vſurarij vivi, pertinet ad Eccleſiam: mortui vero ad Regem.* Edward. 3. An. 15. c. 5. Apud Weſtminſter. An. 11. c. 8. Henr. 7. An. 3. c. 5. et 6. Henr. 8. An. 37. c. 9. Edward. 6. An. 5. et 6. c. 23. *Sed de jure noſtro ſcripto quo vtimur, vſurarius in Curia Regis, poſt mortem non damnatur: ſed vivus variis pœnis punitur, vt conſtat ex variis ſtatutis, eâ de re in publicis comitiis, æditis. Poſtremò, ſi ante mortem, vſurarium pœnituerit: et is in vſuris exercendis ceſſaverit: neque ejus memoria damnari in Curia Regis, neq; hæredes ejus exhæredari debent: ſed omnia ejus vſuraria delicta, per eum dum viveret commiſſa, manent impunita, ratione pœnitentiæ, vt hic verſ. 6. Quod eſt contrarium doctrinæ* Bartoli, *qui in* l. prætor *ait.* 4. 5. etiam. ff. de Edend: *affirmat eum qui deſyt exercere vſuras, compellendum eſſe ad reſtitutionem eodem modo, quo eum, qui exercet: quia vſurarius, qui deſinit fœnerari, adhuc dicitur vſurarius. Idem* Bartol. in l. 1. ff. de ædilit. edict. *De vſurarum quantitate, mos Regionis eſt ſequendus.* l. cùm ſervus. 39. ff. de legat. 6. vid. jus Nortman. lib. 12. c. 22. Ius Canonicum. c. plærique. cum ſeqq. 14. q. 3. Et Bart. in l. 1. C. de ſumma Trinit. et fid. Cathol.

DE VLTIMIS HAEREDIBVS, ET hæreditatis amiſsione.

Cap. 55.

VLtimi hæredes aliquorum ſunt eorum Domini.

2. Cùm quis ergò ſine hærede certo moritur, quemadmodum ſine filia, vel filio, vel aliquo tali hærede, de quo dubium [a] non ſit, ipſum hæredem eſſe propinquiorem, & rectum: poſſunt & ſolent Domini feudorum, feuda ipſa in manibus ſuis tanquam eſchetam capere & retinere, quicunque ſunt Domini ſive Dominus Rex, ſive alius.

Glanv. lib. 7. c. 17.
[a] Al. dubium ſit Infra, verſ. 5, 6, hoc. c.

3. Si quis verò dicat, ſe inde rectum eſſe hæredem; ſi per miſeri cor-

ſericordiam Domini ſui, vel per præceptum Domini Regis, hoc impetrari poterit, inde placitabit.

4. Et ſi quidem jus habebit, diſrationare poterit: Ita quòd interim terra illa, in manu Domini feudi remaneat.

5. Quia quotieſcunque dubitaverit Dominus de petente hæreditatem, vtrum ſit rectus, an non: terram ipſam tenere [b] poterit, donec hoc conſtiterit.

6. Idem quoque dictum eſt de hærede, vbi fit dubium, an ſit major, an minor.

7. In hoc tamen eſt differentia, quia in iſto [c] caſu intelligitur hæreditas illa quaſi eſcheta ipſius Domini; [d] In alio verò caſu, non intelligitur eſſe ſua, niſi de cuſtôdia.

8. Si autem non appareat aliquis, qui hæreditatem tanquam hæres requirat: Ipſi Domino remaneat hæreditas iſta, tanquam eſcheta, ad remanentiam: Ita quòd de ea, ſicut de ſua propria, poſſit diſponere, & ad libitum ordinare.

9. Præterea, ſi mulier aliqua hæres, in cuſtodia alicujus Domini ſui exiſtens, de corpore ſuo forisfecerit, hæreditas pro ſuo delicto, eſt ipſi Domino eſcheta.

10. Si quis autem de felonia convictus fuerit, vel id confeſſus fuerit in Curia, terra ſua, vtìque Domino ſuo remaneat eſcheta.

11. Et eſt notandum, quòd ſi quis intelligatur de felonia convictus, vel confeſſus in Curia: ſi de Domino Rege in capite tenuerit, tàm terra quàm omnes res ſuæ mobiles & Catalla, penes quemcunque fuerint inventa, ad opus Domini Regis ſumentur, ſine omni recuperatione alicujus hæredis.

12. Si autem de alio, quàm de Domino Rege tenuerit: omnes res ſuæ mobiles, Domini Regis ſunt: Terra verò, per annum, in manus Domini Regis etiam remanebit.

13. Elapſo quoque anno, terra ad Dominum, de cujus feudo eſt, revertetur (cum domorum ſubjectione, & arborum exſtirpatione)

14. Et generaliter quoties aliquis aliquid dixerit vel fecerit, in Curia; propter quod per judicium Curiæ exhæredatus fuerit, hæreditas ejus ad Dominum feudi de quo illa tenetur, tanquam eſcheta, ſolet reverti.

15. Forisfactum autem filii, vel hæredis, non exhæredat patrem, neque fratrem, neque aliam quàm ſeipſum.

[b] *Ratione non introitus.*

[c] *Vbi nemo eſt hæres.*

[d] *vbi eſt quæſtio de ætate hæredis.*

Supr. c. 49. Quon. Attach. c. 18. Stat. 2. Rob. 1. c. 22. *Confeſſi habentur pro judicatis.* l. 1. ff *de confeſſ.* Edward. 2. An. 17. c. 16.

Inclu'a in nonnullis codicibus de ſût ſunt. Sed habentur in legibus Regis Angliæ. Edward. 2. Ann. 17. et 16. et apud Glanv. lib. 7. c. 17. Deut. 24. 16. 2. Reg. 14. 6. 2. Chron. 25. 4. Ier. 31. 29. 30. Ezech. 18. 20.

16. Prætereà, ſi de furto fuerit aliquis condemnatus; res ejus mobiles & Catalla, ſolent Vice-comiti remanere. Terram autem ſi quam habuerit, Dominus feudi recuperabit, & habebit illam ſtatim, non exſpectato anno neque die.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Vltimi Hæredes] *Diximus. cap. 52. Fiſcum ſuccedere baſtardo, jure coronæ: Nunc de jure vltimi hæredis hic dicitur: cùm, ſcilicet, quis ex legitimo matrimonio natus moritur, nullo poſt ſe legitimo hærede relicto. Cujuſmodi jus ſucceſſionis non ſolùm fiſco, ſed cuilibet Capitali Domino competit, vt hic dicitur. Verùm ſecundùm conſuetudinem hujus regni, jus vltimi hæredis ſoli Regi conceditur, quod juri civili eſt congruum: Nam ſi defunctus nullum reliquit legitimum hæredem, tum bona fiunt vacantia, & caduca. Et ſi ſit laïcus, nulli ſolitariæ vitæ generi addictus, omnia ejus bona ad fiſcum deferuntur.* l. 4. C. de bon. vacantib. lib. 10. l. 5. C. de jure fiſc. *Si verò fuerit Eccleſiaſtica perſona, Eccleſia vel monaſterium ipſi ſuccedit.* l. ſi quis 20. C. de Epiſc. & Cleric. *& fiſcus excluditur.* gl. in l. 1. verb. legitimo. C. de bon. vacant. *Bona autem vacantia dicuntur, quæ nullum habent ſucceſſorem infra nonum conſanguinitatis gradum: Nam ſi qui ſunt vlterioris gradus, veluti vltra decimum gradum, fiſcus eos omnes excludit.* Bart. in dict. l. 4.

VERS. 2. Capere & retinere] *Quandiu controverſia eſt de jure hæredis, hoc eſt, ſitne is qui petit hæreditatem hæres, annon; Dominus Capitalis eam retinere poteſt, & in hoc caſu, ipſa hæreditas, quaſi ad tempus ſequeſtratur apud eum, donec de jure hæredis conſtiterit. Quòd ſi declaratum fuerit, eum qui petit, nullum jus habere: tum hæreditas, apud Dominum perpetuò remanebit, tanquam eſcheta.*

VERS. 10. Si quis autem de felonia] *Hic locus eſt inſignis de bonis damnatorum. Felonia autem hic accipitur generaliter pro quolibet majore ſive publico crimine vel delicto, vt in libris feudorum.*

VERS. 13. Elapſo quoque anno] *Si vaſallus fuerit damnatus, vel rebellis: poſt annum & diem, terra ejus ad Dominum ſuum Capitalem pertinet, quandiu vixerit rebellis, etiamſi paci fuerit reſtitutus.* vid. lac. 5. Parl. 4. c. 31. lac. 6. Parl. 3. c. 49.

VERS. 15. Forisfactum] *Forisfactum, ſignificat delictum vel crimen: & eſt perſonale, quia non egreditur perſonam delinquentis. Neq; quiſquam alieni criminis ſucceſſor cõſtituitur.* l. ſi quis ſuo. 33. C. de in off. teſtam. l. non debet. 22. de Reg. jur. in 6. *Et ibi debet eſſe pœna, vbi noxia eſt, & peccata ſuos tenent auctores.* l. Sancimus. 22. C. de pœnis. l. 1. ff. de privat. delict. *Et regulariter, nemo debet alterius odio prægravari, veluti ſi pater tuus deliquit adverſus matrẽ tuam; mater non poteſt te propter delictum patris exhæredare.* l. 33. §. legis. C. de inoff. teſtam. *Sed aliud dicendũ eſt, de crimine læſæ majeſtatis.* l. quiſquis. C. ad leg. Juliam majeſt. l. 11. ff. eod. tit. *Hoc in loco interjicitur caput de reſtitutione felonum prolixum, & nullius penè momenti, quod in omnibus libris fide dignis non reperitur.*

DE

Liber ſecundus.

DE RESTITVTIONE FELONVM.

Cap. 56.

Glanv.lib.7.c.17.in fine

Cùm quis ſecundum leges terræ fuerit vtlagatus, & poſteà ex [a] beneficio principis, paci reſtitutus; non poterit eâ ratione hæreditatem, ſi quam habuit ille vel hæredes ſui, verſus Dominum ſuum (niſi ex ipſius miſericordia, & beneficio, & niſi ei ſatisfecerit) recuperare.

[a] *i. Ex gratia et beneplacito Principis.*

Lib.4.c.35. Iac.6.parl.5.c.136. parl.12.c.154. Quon. Attach.c.18.

2. Forisfactum enim, & [b] vtlagationem ſolet Dominus Rex damnatis remittere, nec tamen aliena jura, poteſt infringere.

[b] *i. Rebellionem, outlawrie.*

Iac.6.parl.13.c.169. c. 174.parl.9.c.2.parl.14 c.201.

Anotatio.

Si quis damnatus, reſtituatur à Principe per viam gratiæ; illa reſtitutio, alteri non præjudicat; qui ex ſententia condemnationis, aliquod jus acquiſivit. c. quanvis.8.extr.de reſcript.lib.6.l.ſi deportationis.12.C.de ſentent.paſſ.& reſtit. *Quia hujuſmodi reſtitutio & indulgentia Principis, ſolam pœnam remittit, non autem bona reſtituit.* l.2.C.eod.tit. *Quia ſi bannitus reſtituatur á Principe, cujus bona fuerunt publicata & alicui tertio per principem alienata; bona ſua regulariter non recuperat.* Iaſ.in l.Gallus.29.§.& quid ſi tantum.nu.70. ff.de liber.& poſth.*quem omninò conſule.*

Vers. 2. Nec tamen] *Reſtitutio facta à Principe non aufert jus alterius.* Bart.in d.§.ſi in tantum.nu.12. *An Rex ſit Dominus rerum privatarum, & an poſsit rem meam alteri dare.* Bart.in prima conſtit.in Pandectas, quæ incipit, omnem.nu.3.4. *De qua re retinenda eſt hæc regula: omnia ſunt Regis, quoad juriſdictionem vel defenſionem, non autem quoad dominium; quia dominium eſt juris gentium, quod à Principe tolli non poteſt. Et licet princeps poſsit privare aliquem re ſuâ, non tamen id poteſt facere gratis.* l.bene à Zenone, & ibi gl.C.de quadrienn.præſcript.

Rex non eſt dominus privatarum poſſeſſionum.

DE MARITAGIO DATO SINE SERVITIO, vel cum reſervatione ſervitij.

Glan.lib.7.c.18.

Cap. 57.

MAritagium aliud eſt liberum, aliud ſervitio obnoxium.

2. Liberum eſt, quando quis liber homo partem terræ ſuæ alicui mulieri dat in [a] maritagium: ita quòd ab omni ſervitio, terra illa quieta ſit; & à ſe, & hæredibus ſuis, verſus Capitales Dominos.

[a] *i. Nomine dotis, intuitu matrimonij.*

3. Et in hac libertate, ſtabit illa terra, vſque ad tertium hæredem.

Digitized by Google

4. Nec interim hæredes tenebuntur homagium facere aliquod.

5. Poſt tertium verò hæredem, illa terra ad debitum ſervitium revertetur, & inde capietur homagium.

6. Et ſi fuerit pars feudi militaris; pro quantitate feudi, ſervitium terræ præſtabit.

7. Solet quandoque aliqua terra dari in maritagium, ſalvo & retento ſervitio debito ipſi Domino.

8. Et tenebuntur tàm maritus, quàm hæredes ejus, ſervitium illud facere; ſed ſine homagio vſque ad tertium hæredem.

9. Tertius verò hæres inde faciet homagium, Wardam & relevium, & hæredes ſui omnes poſt-modum.

10. Alia tàmen fidelitas, ſub fidei vel ſacramenti interpoſitione, debet præſtari à mulieribus & earum hæredibus: ſub eadem forma & ijſdem verbis, quibus homagium fieri ſolet.

ANNOTATIO.

Maritagium dicitur, alio nomine dos, ſupr. c. 16. *Dividitur autem in duas ſpecies: Aut enim eſt liberum, hoc eſt, terra nomine dotis vel maritagij, datur libera ab omni ſervitio, vt nullum inde ſervitium debeatur Domino Capitali; quæ tamen non eſt perpetuò libera, quia tametſi is cui donatur, & tres ejus hæredes, ordine ſucceſsivo, ſint liberi ab omni ſervitio & homagio: tamen quartus hæres ſervitia & homagium præſtare tenebitur. Aliud eſt maritagium ſervitio obnoxium, quod datur cum ſpeciali reſervatione ſervitij debiti Domino Capitali: & qui hujuſmodi terras accipit nomine maritagij; ipſe, & omnes ejus hæredes, tenentur facere ſervitia Domino. Sed neq; ipſe, neq; duo ejus hæredes, facient homagium Domino: Verum tertius hæres omnia ſervitia & homagium facere tenebitur.*

DE CVRIALITATE SCOTIAE.

CAP. 58.

Glanv. lib. 7. c. 15.

[a] *Fetium, vel filiã de judicib* c. 171.

[b] *Brayare, eſt proprium equorum, vel cervorum hic accipitur pro vagire ſeu clamare. Maritus habens jus curialitatis, non poteſt alienare terras.*

CVm itaque terram aliquam cum vxore ſua, quis acceperit in maritagio; ſi ex eadem [a] hæredem habuerit auditum, vel [b] brayantem inter quatuor parietes: ſi idem vir, vxorem ſuam ſupervixerit, ſive viverit hæres ſive non: illi viro pacificè in vita ſua remanebit terra illa.

2. Poſt mortem verò ejus, ad hæredem ſi vixerit, vel ad donatorem vel ejus hæredem, terra revertetur.

3. Si autem ex ipſa vxore, nullum habuerit hæredem: ſtatim poſt mortem vxoris, ad ipſum donatorem vel ejus hæredem, terra

Digitized by Google

terra libere revertetur.

4. Et hæc eſt quædam cauſſa, quare de terra tali, nec ſolet nec debet, homagium recipi.

5. Si enim ſic terra data eſſet in maritagio, aut alio modo, quòd inde reciperetur homagium: nunquam ad donatorem vel ejus hæredem, licitè poſſit reverti; vt ſuperiùs ſufficienter dictum eſt.

Edward. 1. An. 6. c. 7. Statuto apud Gloceſter lib. 2. c. 44.

6. Si autem ſecundum virum mulier illa acceperit: idem judicium erit de ſecundo marito, quod dictum eſt de primo, ſive hæres vixerit, ſive non.

ANNOTATIO.

Tametſi de jure civili, vir vxori & vxor viro, ab inteſtato ſuccedat, per bonorum poſſeſſionem, vnde vir & vxor: §. aliam. Inſtit. de bonor. poſſeſſ. & l. vnic. ff. vnde vir & vxor; *Tamen hæc forma cujuſdam quaſi ſucceſſionis, per quam vxori vir, pro tempore vitæ ſuæ ſuccedit, per curialitatem: aliis gentibus ignota, ſolis* Scotis, Anglis & Nortmannis *nota eſt; quæ in burgo quoq; locum habet.* leg. burg. c. 43. *vide quæ diximus* de verb. ſignificat. verb. Curialitas.

VBI PLACITABITVR DE MARITAGIO.

CAP. 59.

CVm aliquis terram de maritagio vxoris ſuæ petit; aut cùm petit mulier, aut hæres ejus: diſtinguitur, vtrum terra petatur verſus donatorem, vel ejus hæredem vel extraneum.

2. Si verſus donatorem vel ejus hæredem: in electione petentis eſſe poterit, vtrum placitare voluerit in [a] Curia Chriſtianitatis vel ſeculari.

Glanv. lib. 7. c. 18.

[a] *In Curia eccleſiaſtica, vel civili.* Lib. 7. c. 3.

3. Spectat enim ad judicem Eccleſiaſticum de maritagio judicare, ſi pars petens hoc elegerit propter mutuam affidationem, quæ ſolet fieri, cùm quis promittit ſe ducturum aliquam mulierem, & ei maritagium promittitur ex parte mulieris.

4. Nec enim in Curia Domini Regis defendetur placitum illud, ſed in Curia Chriſtianitatis, licet ſit de laïco feudo; & conſtiterit quòd ad maritagium petatur vel exigatur.

5. Si verò petatur adverſus extraneum; illud placitum in Curia laïcali terminetur: eo modo & ordine, quo de laïcalibus feudis placitari ſolet.

6. Illo tamen obſervato, quòd ſine Waranto, ad ſimilitudinem

nem placiti de dotibus, quantum ad warantum pertinet, inde placitari non debet, ſicut ſuprà de dotibus dictum eſt.

lib. 2, c. 16.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Cùm aliquis] *Hunc locum ita intellige: Cùm quis terram aliquam de maritagio vxoris ſuæ petit, vel mulier ipſa vel ejus hæres diſtinguitur. Sunt igitur tres perſonæ, quibus petitio competit; maritus, vxor & ejus hæres. Totidem autem ſunt perſonæ à quibus maritagium petitur. 1. Donator, vel ejus hæres, & extraneus,* vt in l. vnic. C. de rei vxor. act. *Si petatur ab ipſo donatore vel ejus hærede, in arbitrio & voluntate petentis eſt, vtrum velit forum Eccleſiaſticum an ſeculare, eligere. Quòd ſi forum Eccleſiaſticum elegerit; ibidem quæſtio tractabitur. Si verò petatur ab extraneo in Curia laïcali id fiet. Ratio eſt diverſitatis. Quia donator dotis, tenetur litigare in foro Eccleſiæ, propter promiſſionem ab eo factam, ratione & intuitu matrimonij; cujus cauſſa & quæſtio, ſi quæ ſit, ad Eccleſiaſticam juriſdictionem pertinet. At extraneus, qui nihil tale promiſit, & tamen fundum dotalem poſsidet & detinet, aliquo alio reſpectu quàm maritagij (veluti jure emtionis ſibi factæ) in foro ſeculari placitari debet. Quia fundus in hoc caſu, eſt quaſi res profana & laïcalis, & nullæ ſacramenti, aut fidei interpoſitione afficitur.* Vid. Bart. in l. privilegia. 12. de ſacro ſanct. Eccleſ.

DE HOMAGIIS A QVIBVS, ET quando, faciendis.

CAP. 60.

PRædictis juſtè continuandum eſt de homagiis faciendis, & releviis recipiendis.

Dictum eſt de jure ſucceſſionis quod competit dominis Capitalibus in bonis ſuorum hominum mortuorum. Nunc agitur de Homagiis et aliis, quæ per vivos vaſallos debẽtur viventibus dominis.

Hen. 3. Ann. 9. c. 16. In Statuto Hiberniæ. 14. Anno. ſui regni Glanv. lib. 9. c. 1.

2. Mortuo quidem patre, vel alio quocunque prædiceſſore alicujus, tenetur Dominus feudi, ab initio recipere homagium recti hæredis, ſive fuerit intra ætatem hæres ipſe; ſive plenam habuerit ætatem, dummodo maſculus ſit.

3. Fœminæ enim de jure nullum homagium facere poſſunt, licet plærùmque fidelitatem Dominis ſuis facere ſolent.

4. Verumtamen ſi fuerint maritatæ, mariti earum Dominis feudi, homagium facere debent de feudo illarum. Ita dico, ſi feuda illa homagia debeant.

5. Si autem hæres maſculus ſit & minoris ætatis, nullum de jure, vel de ipſo hærede, vel de tenemento ſuo; debet habere cuſtôdiam Dominus feudi; donec receperit ipſius hæredis homagium.

6. Quia generaliter expreſſum eſt, quòd nullum ſervitium vel relevium, poteſt Dominus exigere ab hærede, ſive fuerit major,

Digitized by Google

major, ſive minor. Donec receperit homagium de tenemento, vnde ſervitium, vel homagium clamat habere.

DE HOMAGIO EIVS QVI PLVRES habet Dominos.
CAP. 61.

POteſt quis plura homagia diverſis Dominis ſuis facere, de diverſis feudis diverſorum Dominorum.

2. Sed vnum eorum oportet eſſe præcipuum; & cum omni ligeancia factum. Quod homagium illi Domino eſt faciendum, de quo tenet[a] Capitale ſeu principale tenementum.

3. Et ideò ſi quis plura homagia fecerit de diverſis feudis, diverſis Dominis, qui ſe invicem infeſtant, & ſi[b] Capitalis Dominus ſuus ei præceperit, vt ſecum in propria perſona vadat contra alium Dominum; oportet eum in hoc ſibi obtemperare.

4. Salvo tamen ſervitio alterius Domini de feudo, quod de eo tenet.

Glanv.lib.9.c.1.

[a] *i. Antiquius. Obediendum eſt antiquiori domino præ cæteris.*

[b] *i. Antiquior.*

ANNOTATIO.

Vaſallus plura habens feuda de diverſis Dominis vnicuiq; tenetur homagium facere: ſed antiquiori Domino, cui ipſe vel majores ſui, priorem fidem dederunt, majorem debet reverentiam. Vid. quæ dixi. de verb. ſignific. verb. Homagium. *Semper enim vaſallus debet excipere Dominum, cui primò fuit obligatus. Et ſi homagium ligium fecerit, quod hoc loco dicitur præcipuum, & cum ligeancia factum; in quo neminem excipit, id ſoli Regi, qui nullum recognoſcit ſuperiorem, facere debet. Ideoq; rectè dicitur, quòd nemo poteſt eſſe ligius duorum; ſed benè poteſt eſſe ligius vnius (veluti Regis) & vaſallus alterius, vel plurium.* gl. in Clem. Paſtoralis. verb. homoque ligius. de re judicat.

DE MODO FACIENDI HOMAGIVM non ligium.
CAP. 62.

FIeri autem debet homagium ſub hac forma; videlicet, quòd is qui homagium facere debet; fiat homo Domini ſui, & fidem ei portet de illo tenemento, vnde homagium præſtat: & quòd ejus in omnibus ſervet terrenum honorem, ſalvâ fidelitate debitâ Domino Regi, & hæredibus ſuis.

Edward. 2. Ann. 17. in the Statute of doing of homage -Glanv. lib. 9. c. 1. *Homagium non ligium Infr. c. 65.*

ANNOTATIO.

Traditur hoc in loco formula homagij facti ſine ligeancia, quod homagium non ligium dicitur, quia in eo excipitur nonnunquam antiquior Dominus, & Rex;

Digitized by Google

Rex; nonnunquam Rex ſolus. Quandocunq; enim ſit homagium, Rex, & fides illi debita nominatim excipi debet. gl. in verb. contra. de nova forma fidelit. lib.2. de vſibus feudorum.

IN QVIBVS VASALLVS TENETVR Domino, & in quibus non.

Cap. 63.

Glanv. lib.9.c.1.

[a] *i. Offendere invadere.*

[b] *Exercitum Regis.*

EX hoc patet liquidè, quòd vaſallus non poteſt [a] infeſtare Dominum ſuum, ſalvâ fide homagii ſui.

2. Niſi fottè ſe defendendo, vel ex præcepto Principis, quando cum eo contra Dominum ſuum iverit in [b] exercitum.

3. Et generaliter nihil de jure facere poteſt aliquis, ſalvâ fide homagii; quod ſit ad exhæredationem Domini ſui, vel ad defectus corporis ejus, vel ad ejus dedecus.

Quibus modis feudum amittitur.

4. Patet itaque ex prædictis, quòd ſi quis aliquid ad exhæredationem Domini ſui fecerit: & ſuper hoc convictus fuerit, feudum quod de eo tenet amittet de jure, & hæredes ejus.

5. Idem quoque erit, ſi manus violentas quis in Dominum ſuum injecerit: eum lædendo, vel atroci injuria afficiendo, & hoc fuerit in Curia, verſus eum ſufficienter probatum.

Diſclamatio, eſt modus amittendi feudi de judicib. c.177.

6. Vel ſi in Curia Regis, negaverit eum eſſe Dominum ſuum de feudo, quod de eo tenet: & hoc quoque contra eum fuerit probatum.

7. Sed vtrum in Curia Domini ſui, vaſallus teneatur ſe defendere, verſus ipſum Dominum ſuum, ſuper talibus [c] objectionibus quæſtio eſt, & vtrum Dominus ſuus ad hoc faciendum poſſit eum diſtringere, per conſiderationem Curiæ ſuæ; ſine præcepto Domini Regis, vel ejus Juſtitiarii Capitalis.

[c] *i. Super talibus cauſſis feudi amittendi, quæ per dominum objiciuntur vaſallo.*

8. Et quidem de jure poterit quis, hominem ſuum per judicium Curiæ diſtringere, ad Curiam ſuam venire.

9. Et ſi ſe verſus Dominum ſuum [d] quarta manu, vt quarta Curia conſideraverit, non poſſit purgare de toto feudo, quod de Domino ſuo tenet, in miſericordia Domini remanebit.

[d] *Al. tertia manu, vel quota manu, vt Curia.*

10. Item quæro, vtrum Dominus, poſſit diſtringere hominem ſuum, ad veniendum ad Curiam ſuam, ad reſpondendum de ſervitio, vnde Dominus ſuus quæritur, [e] quod ei deforciat, vel quòd aliquid de ſervitio ſuo ei retro ſit?

[e] *i. Quod ab eo injuſtè detinet, et fatere recuſat.*

11. Et quidem benè poterit id facere; & ſine præcepto Domini Regis, vel ejus juſtitiarii.

12. Et

12. Et ita ad duellum poterit perveniri, inter Dominum & hominem ſuum, vel ad magnam aſſiſam per aliquem [f] parium ſuorum, qui de hoc teſtem ſe faciat, ſicut ille, qui vidit illum tenentem, vel anteceſſores ſuos fecille idem ſervitium, de feudo ipſo, eidem Domino ſuo vel anteceſſoribus ſuis; & hoc paratus eſt diſrationare.

[f] *i. Convaſſallorũ, hi enim ſunt pares ipſius tenentis; et vnius domini convaſſalli.*

13. Si verò ſuper hoc tenens convictus fuerit, de jure, de toto feodo quod ipſe de Domino ſuo tenet, exhæredabitur.

14. Si verò non poſſit quis juſtificare tenentes ſuos pro ſervitio ſuo, tunc demum ad refugium Curiæ Domini Regis, erit neceſſarium recurrere.

15. Præterea, ipſe tenens poteſt habere ſi vult, Breve Domini Regis de pace, de ſervitio, ne vexetur injuſtè: Et ſi Dominus dicat, quòd non petit ab ipſo niſi debita, & conſueta ſervitia, poteſt tenens defendere ſe, ſi velit, per magnam aſſiſam Domini Regis. Quòd ſi voluerit, poterit ad duellum pervenire.

Actio datur tenenti, cõtra dominum ſuum: vulgò, lawborrowis *ne injuſtè vexetur injuſto ſervitio.*

Annotatio.

Ad majorem hujus materiæ declarationem. vid. tit. in quibus cauſſis feudum *amittitur.* lib. 2. de vſibus feudorum. & cap. vnic. quib. mod. feudum amittitur. lib. 1. & Zaſium de feudis. tit. ad quid vaſallus Domino, & Dominus vaſallo teneatur. & Iul. Clarum. lib. 4. quæſt. 21. *Regula à Baldo tradita hic eſt obſervanda; vaſallus poteſt ex omnibus cauſsis feudo privari; propter quas filius exheredari, vel donatio revocari poteſt.* in l. ſolo. C. de liberal. cauſ.

Adimendi feudi eadem ſunt cauſſæ, atq; adimendæ hæreditatis. Cujac. Lib. 1. tit. 2. de feud.

Vers. 9. Quartâ manu] *Hoc eſt, ſuo, & trium conjuratorum ſeu ſacramentalium juramento.*

Vt quarta Curia] *In hac controverſia, vbi de feudi amiſsione agitur: Quarta Curia eſt peremtoria, & vaſallus in ea contumax, feudo privatur.*

Vers. 10. Et retro ſit] *Id eſt, de arriegariis ſervitii ſui ſibi debitis: Idem enim eſt jus, ſi vaſallus à Domino in jus vocetur, de toto ſervitio ſuo, vel de parte ſervitii. Nam vaſallus & hæredes, fideliter Domino ſervire debent; ſive ſervitium illud nominatum, quale eſſe debeat ſit expreſſum, ſive indeterminatè promiſſum.* c. vnic. in fin. tit. in quib. cauſ. feud. amittit. in fin. lib. 2.

Vers. 11. Et quidem] *Dominus propriâ auctoritate, feudum auferre vaſallo non poteſt. Sed contumacia vaſalli, debet probari & convinci in Curia Domini, ſi Dominus juriſdictionem habet. Et ſi nullam juriſdictionem habeat, oportet vt in Curia Domini Regis, querelam Dominus proponat: & in poſſeſsionem ſe mitti petat.* Bald. in tit. de allodiis, in vſib. feud. num. 25.

Vers. 12. Parium ſuorum] *Pares Curiæ dicuntur convaſalli, qui habitant in eodem territorio vbi feudum jacet, de quo eſt controverſia.* c. vnic. de controverſ. feud. apud pares terminand. *Quod enim ibi dicitur* [*domus*] *Alvarot-*

Pares Curiæ.

Alvarottus & alij, territorium dicunt. Nos baroniam dicere poſſumus: Quia convaſalli diverſarum Baroniarum ſeu territoriorum, eidem Domino ſubjecti, non dicuntur propriè pares.

QVI POSSVNT FACERE HOMAGIum, et qui non.
Cap. 64.

Edward. 2. Ann. 17. In the ſtatut anent homage and fealtie Glanv. lib. 9. c. 1. in fin.

POteſt autem homagium facere homo liber, maſculus; tàm is qui eſt infra ætatem, quàm ille qui habet plenam ætatem; tàm Clericus, quàm laïcus.

2. Sed Epiſcopi conſecrati, non tenentur homagium facere Domino Regi, de baroniis ſuis eleemoſynatis, ſed fidelitatem tantum.

3. Electi verò in Epiſcopos, ante conſecrationem ſuam, homagia ſua facere conſueverunt.

Annotatio.

Vers. 2. Epiſcopi] *Ratio eſt, quia non proprio, ſed alieno nomine, ſcilicet, Dei & Eccleſiæ, terras poſsident & tenent: vt dicitur in libro Sconenſi: Deinde ipſorum terræ ſunt eleemoſynatæ, & nomine eleemoſynæ, illis conceduntur. Ideoq; pro illis, nullum debetur homagium, vt ſeq. cap. dicitur.*

DE QVIBVS TERRIS, ET REBVS, DEbent fieri homagia; et de quibus non.
Cap. 65.

FIunt autem homagia de terris, de [a] tenementis liberis tantummodò, de ſervitiis & redditibus aſſignatis, in denariis & aliis rebus.

Glanv. lib. 9. c. 2.

[a] *i Hereditate, vel feudo. Redditus in pecunia numerata, annumerantur rebus immobilibus, quæ in feudum dari poſſũt.* Cujac. lib. 1. *de feud. in prin.* Lib. 3. c. 2. lib. 2. c. 57. c. 2 9o *Dominium i.* meantenãre or Maiſterſchip. Quon. Attach. c. 56. 7

2. Pro ſolo verò Dominio, non ſolet fieri homagium; excepto Domino Principi.

3. Verùm, de omnibus tertis non ſemper debet fieri homagium; vt de dotibus, de maritagiis liberis, nec de feudo minorum ſororum de primogenito tenentium, infra tertium hæredem vtrobique: Nec de feudo in liberam eleemoſynam dato. Nec de aliquo tenemento dato, quocunque modo in maritagium, quantum ad perſonam viri mulieris, cujus ſit illud maritagium.

Annotatio.

Vers. 2. Pro ſolo verò Dominio] *Hunc locum valdè corruptum ex vetuſtis codicibus reſtitui*, in tract. de verb. ſignif. verb. Homagium. *Dominium hoc*

Digitized by Google

hoc in loco, pro manutenentia ſumitur, vt Quon. Attach. c. 56. in fine. *Et per Dominum Principem, intelligo Regem,* vt in lib. Angl. *Etenim dictum eſt,* c. 45. *Regem non habere parem, nec ſuperiorem in ſuo regno. Si igitur vaſallus aliquis, fecerit homagium alicui, tanquam ſoli Domino, vel alicui pro ſolo ipſius dominio, manutenentia, & defenſione: certum eſt, quòd hujuſmodi forma homagij, nemini debet fieri, niſi ſoli Domino Principi & Regi. Illi enim, præ ceteris omnibus Dominis Capitalibus obligamur: & eum nemine excepto, pro ſolo Domino agnoſcere debemus: Et propterea hanc homagij formam, in qua nemo excipitur, vel Rex jure ſuo ſupremus agnoſcitur, facere debemus illi ſoli, & nulli alteri Domino; quod homagium ligeum, vel cum ligeancia factum vocatur.* Concordat. Act. Parl. Mar. Reg. Parl. 6. c. 43. & Iac. 6. Parl. 10. c. 12.

Band of mãreid ſuld be gevin onelie to the king.

DE HIS, QVIBVS POSSIT FIERI homagium.

Cap. 66.

FIeri autem debent homagia, libero homini tàm maſculo, quàm fœminæ, tàm majori, quàm minori, tàm Clerico, quàm laïco. Glanv. lib. 9. c. 3.

2. Sciendum eſt tamen, quòd ſi quis homagium fecerit alicui mulieri, de aliquo tenemento, quæ poſteà nupſerit alicui viro: tenebitur vir ille, de eodem tenemento, ei cui nupſit, homagium facere.

MVTVA DEBET ESSE DOMINI, ET hominis ſui conjunctio.

Cap. 67.

MVtua autem debet eſſe Dominii & homagii, fidelitatis connexio: Ita quòd quantum homo debet Domino, ex homagio: tantùm Dominus debet homini, ex dominio: præter ſolam reverentiam. Glanv. lib. 9. c. 4.

2. Vnde ſi quis doñaverit alicui aliquod tenementum, pro ſervitio & homagio ſuo: quod alius poſteà, verſus eum [a] diſrationaverit; tenebitur idem Dominus, illud tenementum warantizare, vel competens excambium ei reddere.

[a] *In judicio, ab eo recuperaverit.*

3. Secus tamen eſt, de eo qui de aliquo tenet feudum ſuum, ſicut hæreditatem ſuam: & vnde [b] fecit homagium; quia licet ille terram illam amittat, non tenebitur Dominus ei ad excambium.

[b] *Al. et vnde non fecit, et rectè.*

Annotatio.

Vers. 1. Dominus) *Dominus tenetur eâdem fidelitate vaſallo, qua ipſe vaſallus Domino. Quia (vt in quibuſdam libris dicitur) homagium dicitur*

quoddam juris vinculum. Ideoq; ſi Dominus ſecus fecerit; meritò cenſetur malefidus. Spec.tit.de feud.in prin.lib.4.per c.vnic.infin.de forma fidelit. *Ideòque ex quibus cauſsis vaſallus amittit feudum, ſi in Dominum deliquerit, iiſdem cauſsis, Dominus feudi, non ſervans fidem vaſallo privatur proprietate feudi & dominio directo, quod applicatur vaſallo.* Bald. c. 1. quib. mod. feud. amittit. nu. 16.

Inferior ſuperiorem revereri debet non contrà.

VERS. 1. Præter ſolã reverentiã] *Nam vaſallus debet revereri Dominũ ſuũ, & ei ſervire.* c.1.de feud. fine culp. *non amittit, quia ei juriſ-jurandi religione aſtringitur. Sed Dominus, ſuo vaſallo, reverentiam non debet; cùm ſit ſuperior, & nullam juriſ-jurandum ei præſtet; vulgò, enim dicitur, ſicut vaſallus Domino ſuo ſervitium, ita Dominus vaſallo defenſionem præſtat, ita tamen vt neuter alterum offendere debeat.*

VERS. 2. Vnde ſi quis] *Hæc deſiderantur in nonnullis libris. Senſus autem eſt, ſi quis dedit terram alicui, pro ſuo homagio & ſervitio, donans tenetur de evictione quia terra donatur ex titulo oneroſo. Si verò donavit terram alicui, & nullum inde homagium ſuſcepit, donans de evictione non tenetur. Quia hujuſmodi titulus eſt lucrativus.*

VERS. 3. Et vnde non fecit homagium] *Lectionem negativam planè probo, juxta fidem veteris libri, in pergameno ſcripti, monaſterij de* Balmerinoch. fol.59. *Nam affirmativam, neq; ſenſus neq; ratio admittit. Ex hoc igitur loco, ſi rectè intelligatur, notandum eſt, quòd is dicitur titulo oneroſo accipere feudum vel tenementum, qui pro eo homagium facit. Titulus verò oneroſus, accipienti inducit obligationem evictionis, contra donantem, licet aliud ſit dicendum de titulo lucrative.* vt ſuprà dixi.c.24. *Evictio autem idem eſt, quod warantia.*

DE HOMAGIO, ET RELEVIO HAEredis minoris.

CAP. 68.

Supr.c 60. Henr.3.Ann.9.c 3. Magna Charta. Glanv.lib.9.c.4.

DEfuncto autem patre vel anteceſſore, vt prædictum eſt; & hærede relicto qui ſit infra ætatem nullum jus habet Dominus feudi, in cuſtodia hæredis vel hæreditatis, niſi priùs recepto homagio hæredis.

2. Recepto verò homagio; hæres ipſe, in ipſius Domini cuſtodia remanebit; cum hæreditate ſua, ſub forma præſcripta; donec plenam habuerit ætatem, & tunc dicitur habere ætatem legitimam, cùm plenè habuerit xxi. annos.

3. Tandem verò hærede ad ætatem perveniente; & factâ ei hæreditatis reſtitutione, quietus erit à relevio, ratione cuſtodiæ.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Qui ſit infra ætatem] *Minor poteſt homagium vel fidelitatem jurare per procuratorem vel tutorem, vt communiter tradunt feudiſtæ. Tres ergò hic*

Digitized by Google

hic traduntur regulæ. Prima, Dominus debet recipere, primo homagium hæredis minoris; deinde, cuſtodiam ejus corporis, tùm etiam hæreditatis; ut dictum eſt ſuprà.c.60. Secunda, poſt homagium factum Domino, hæredis minoris perſona ſeu corpus, & ejus hæreditas, eſt in cuſtodia Domini: ut dictum eſt ſuprà.c.42. cum ſeqq. *Tertia, ſi hæres minor factus ſit major; & infra tempus legitimum hæreditatem adierit; eamq; à Domino receperit, nullum debet dare relevium Domino. Quia cùm Dominus cuſtodiam habuerit; non poteſt relevium petere: Nam in hoc caſu unius ſolutio, alterum perimit. Quod ut planiùs intelligatur, ſciendum eſt, wardam ſeu cuſtodiam hæredis pertinere ad Dominum, uſq; ad perfectam ætatem hæredis.* ſupr. *c.41.42.48. Cùm igitur hæres maſculus fuerit. 21. annorum ceſſat & deſinit warda; quia tùm in ſuam wardam & tutelam veniſſe intelligitur. Et cùm deſinit warda, incipit & debetur relevium. Cenſus autem terrarum unius anni (videlicet, 22 ætatis hæredis) relevij nomine, debetur Domino, ut dixi, de verb. ſignif. verb. Relevium. Finge igitur hæredem exceſsiſſe 21. ætatis annum, & 22. ingreſſum, ſtatim in ejus anni initio, adire hereditatem: In hoc caſu nemo dubitat quin warda ſit finita, quam Dominus conſequutus eſt. Si igitur de relevij ſolutione quæſtio ſit, ex hac tertia regula manifeſtum eſt, hæredem ad id non teneri, neq; relevium Domino deberi. Quia hæres finitâ wardâ hæreditatem ſibi reſtitutam, ſtatim agnovit, atque ita fructus anni 22. fecit ſuos, qui alioqui nomine relevij ad Dominum pertinuiſſent, ſi hæres hereditatis additionem diſtuliſſet. Eſt igitur in arbitrio hæredis 22. annum ingreſſi, præjudicium afferre Domino. Nam ſi tempeſtivè, & ſtatim in ejus anni initio hæreditatem adierit, quietus eſt à relevio. Sin minùs non adierit; & totum annum præterire permiſerit, relevium ſolvere cogitur. Eodem modo, elapſo anno 22. & præſtito relevio; ſi hæres hæreditatem diutiùs jacere patiatur, propter ejus negligentiam jus ſuum non recuperantis, terræ ad Dominum pertinent, ratione non introitus; quia ſcilicet (ut ita dicam) hæres poteſt eas intrare, & non intrat.* Stat.Rob.3.c.38.

Caſus in quo relevium non datur Domino.

Non introitus.

QVIBVS EX CAVSSIS, HOMAGIVM poteſt differri.

CAP. 69.

POſſunt autem Domini ex rationabili cauſſa receptiones homagium ſuorum quandoque differre.

2. Veluti ſi alius quàm is qui dicit ſe hæredem eſſe, clamat jus in hæreditate; pendente enim lite, Dominus non debet inde recipere homagium.

3. Aut ſi Dominus ipſe credat ſe habere jus in hæreditate tenendi ipſam in Dominico ſuo, poterit ponere ſe in magnam aſſiſam, quis eorum, Dominus, ſcilicet, an vaſallus, majus jus inde habeat.

4. Et ſi placitum fuerit inter ipſos; Dominus habebit Breve dirigendum ad ipſum [a] Dominum, de quo ipſe clamat tenere.

[a] *Si is ſit alius dominus Capitalis. Nam mei domini Capitalis dominus Capitalis, dicitur major dominus, Infr.c.vlt.11.*

5. *Item*, ſi tenens noluerit Domino ſuo facere id quod facere tenetur, & Dominus non poterit in Curia ſua ipſum juſtificare, poterit habere Breve-Vice-comitis, quod ſit ei in auxilium. Et ſi Dominus vicerit & diſrationaverit verſus ipſum : petitionem eam obtinebit, & tenens in miſericordia Vice-comitis remanebit.

ANNOTATIO.

VERS. 1. *Dominus non debet recuſare homagium hæredis, niſi rationabili de cauſſa; vt ſi aliqua fuerit inter ipſum & vaſallum controverſia, ea in Curia Domini ſuperioris, hoc eſt, coram Domino Domini determinari debet per aſsiſam qui major Dominus dicitur.* c. vlt.h. lib. *Quòd ſi Dominus ſacramentum vaſalli receperit: & hæres fuerit legitimæ ætatis, eum in vacuam poſſeſsionem mittere debet.* Bald.in c.ſi facta nu. 1. *Si de feud.fuerit controverſ. Præterea, ſi vaſallus vult præſtare juramentum: Dominus autem recuſat facere inveſtituram, hoc non præjudicat, neq; nocet vaſallo; quia Dominus illi tenetur ad intereſſe, vel poteſt cogi tradere rem & inveſtituram facere, vel Dominus privabitur proprietate feudi: ſicut vaſallus privaretur ſuo jure, ſi recuſaret fidelitatem præſtare, vt notat eleganter.* Bald.in c.nulla.nu.6.per quos fiet inveſtit.

VERS. 2. Veluti ſi alius] *Si inter duos queſtio ſit, de hæreditate; tùm hæreditas ſequeſtratur apud Dominum. Et apud eum quaſi cuſtodiæ cauſſa, deponitur, donec controverſia de hæreditate fuerit finita.* l.vnic. & ibi notabilis gl. C. de prohib.ſequeſt.pecun.l.ſequeſter. 110.ff.de verb.ſignif.

VERS. 5. Item ſi tenens) *Si vaſallus ſervitium ſuum Domino negaverit, vel prævaricari deprehenſus fuerit, aut aliquid ad ejus ignominiam fecerit, pœnas perfidiæ & perjurij incurrit: Ideoq; feudo ſuo privatur.* c. vnic. in fin. de form. fidel.vid.ſup.c.63.

DE RELEVIO MVLIERIS HAEredis alicujus.

Glanv.lib.9.c.4.

CAP. 70.

MVlier verò hæres alicujus relicta, ſive plenam habuerit ætatem, ſive infra ætatem fuerit, in cuſtôdia Domini ſui erit, donec de conſilio Domini ſui maritetur.

Supr.c.43.

2. Verùm, ſi infra ætatem fuerit, quando Dominus illam in cuſtodiam ceperit; tunc ipſa maritata, quieta erit terra illa à relevio, quantum ad ſe, & quantum ad virum ſuum.

3. Si autem ætatem habuerit eo tempore, licet aliquandiu in cuſtôdia Domini ſui remaneat, antequam maritetur, tamen maritus antequam illam in vxorem duxerit, relevium dabit.

4. Semel autem præſtitum relevium à marito alicujus mulieris, vtrumque, ſcilicet, tàm maritum, quàm vxorem, totâ vitâ ſuâ, de relevio hæreditatis ipſius mulieris, acquietabit.

5. Quia

Digitized by Google

5. Quia nec ſecundus maritus priore mortuo, nec ipſa mulier, priore marito mortuo, nec primus maritus præmortuâ vxore ſua, terram illam iterum relevabit.

6. Verùm, ſi quis tenementum aliquod, verſus aliquem per concordiam factam in Curia, diſrationaverit: qui tenementum illud priùs relevavit, verſus Dominum Capitalem: Nihilominùs ipſum tenementum, iterum relevare tenetur.

Annotatio.

Vers. 1. Regula] *Mulier hæres feudi militaris, eſt in cuſtòdia Domini ſui, donec cum ejus conſenſu nupſerit, vt dixi* ſupra c. 48.

Vers. 2. Verùm ſi] *Si mulier hæres, minoris ætatis, in cuſtòdia Domini conſtituta, cum ejus conſilio nuptias contraxerit: nullum relevium dare cogitur, quia relevium non debetur, niſi poſt perfectam ætatem hæredis (vt dixi. c. 68) Ideoq; videtur Dominus, tacitè renunciaſſe relevio, qui conſenſum præbuit nuptijs hæredis, adhuc minoris ætatis, præſertim cùm mulier ſit libera ab omni cuſtòdia, per nuptias; & conſequenter à relevio.*

Vers. 3. Si autem ætatem] *Tertiò, ſi mulier hæres alicujus fuerit perfectæ ætatis, 14. annorum, & poſteà aliquandiu in cuſtòdia Domini ſui fuerit: & cum ejus conſenſu matrimonium contrahere voluerit; maritus ejus priuſquàm eam in vxorem acceperit, dabit relevium Domino. Quia illa jam perfectæ ætatis eſt, & finita cuſtodia, per nuptias ad relevium præſtandum tenetur.*

Vers. 4. Semel autem) *Quartò. Relevium à marito præſtitum nomine vxoris ſuæ, non amplius debet præſtari Domino, neq; à ſecundo marito, ſi priore mortuo, mulier ad ſecundas nuptias tranſierit: Neq; ab ipſa muliere, ſi priore marito mortuo, ipſa vidua remanſerit. Neq; denique à priore marito, ſi illo ſuperſtite, vxor præmoriatur.*

Vers. 6. Verùm ſi quis) *Si quis Relevium dedit pro tenemento aliquo, quod alius poſteà in judicio, ab eo recuperaverit. Is qui victor in judicio evaſit, pro eodem tenemento, aliud relevium ſolvere cogitur.*

DE RELEVIO HAEREDIS MAJORIS.
Cap. 71.

Cùm autem hæres[a] maſculus, & provectam ætatem habens relinquitur, in ſua ſe tenebit hæreditate (vt ſupra dictum eſt) & invito Domino: Dum tamen Domino ſuo ſicut tenetur, offerat ſuum homagium, & rationabile relevium coram probis hominibus.

[a] *Maſculus, & notus de judicib. c. 67. 40.*
Hen. 3. Ann. 9. cap. 2.
Glanv. lib. 9. c. 4.
Edward. 2. An. 17. c. 13

2. Dicitur autem rationabile relevium alicujus, juxta regni conſuetudinem, videlicet, de feudo vnius militis, centum ſolidi.

Digitized by Google

3. De ſoccagio verò, quantum cenſus illius valet, per vnum annum.

Glanv. de hac incertitudine allegat. Magnam Chartã c.2.

4. De Baroniis verò, nihil certum eſt conſtitutum; quia juxta miſericordiam & voluntatem Domini Regis, ſolent Capitales Barones, Domino Regi, de ſuis releviis ſatisfacere.

Vid. Edward. 2, c. 1.

5. Idem eſt de ſerjanteriis.

ANNOTATIO.

VERS. 3. De ſoccagio] *In hoc capite relevium latè accipitur, pro eo quod datur Domino Capitali, per hæredem poſt mortem ſui prædeceſſoris; ſive ſit propriè relevium, quod datur pro terra quæ tenetur per ſervitium militare, ratione wardæ & relevij, ſive pro libero ſoccagio, id eſt, pro terra quæ tenetur per albam firmam vel feudi firmam. Datur autem pro ingreſſu hæredis, & vt Dominus eum admittat, ſeu recipiat in locum, & jus ſui prædeceſſoris: Ideoq; δια διπτυχων, vocatur* [Onie deutie given for the entres of the heire]

VERS. 5. De ſerjanteriis] *Alias (ſuggeſtoribus) ſed mendosè, vt dixi, de* verborum ſignificatione. verb. Serjanteriæ. *Eſt autem ſerjanteria, modus quo tenentur terræ, præſertim de Rege in Capite, apud* Anglos. *Et eſt duplex alia major, alia minor. Quid ſit verum relevium, quo nunc vtimur, dixi,* de verborum ſignific. verb. Relevium.

In nonnullis libris inter leges foreſtarum interjicitur caput de proprietate releviorum. In quo antiquum relevium hæredis Comitis, pro integro Comitatu dicitur eſſe centum librarum, hæredis Baronis, centum marcarum; hæredis militis de feudo militari, centum ſolidorum ad plus. Et qui minus habuerint, minus dent, ſecundum antiquam conſuetudinem feudorum. Quod deſcriptum eſt ex magna Charta Angliæ, ann. 9. Henrici. 3. c. 2.

DE RECVSATIONE RELEVII.
CAP. 72.

SI Dominus ipſe, nolit rationabile relevium de ipſo tenemento recipere, tunc relevium ſalvò cuſtodiatur, & per probos homines, id Domino ſæpiùs offeratur.

Glanv. lib. 9. c. 4. in fin. et. c. 6.

2. Qui ſi nullatenus id recipere voluerit: tunc hæres Domino Regi, vel Juſtitiariis ſuis, de Domino ſuo conqueratur, & habebit Breve Vice-comiti directum.

Vid. 1 c. 6. parin. c. 73.

3. Factis dilationibus, & deſtructionibus, ſuper ipſum Dominum abſentem: Tandem eo exiſtente in Curia, aut negabit ipſum eſſe hæredem, aut cognoſcet, aut negabit ipſum obtuliſſe ſibi relevium.

4. Si totum confiteatur: aut ſtatim recipiet relevium, aut diem rationabilem dabit ei, ad illud faciendum.

Glanv. lib. 9. c. 6.

5. Idem

Digitized by Google

5. Idem erit ſi negaverit illum obtuliſſe ei relevium, acſi præciſè negaverit eum eſſe hæredem.

6. Si hæres ſaſitus ſit, ſuſtineat patienter, donec placeat Domino ſuo, relevium ſuum recipere. Et ſi extra ſaſinam eſt; poteſt habere aſſiſam de morte anteceſſoris, verſus Dominum ſuum. Idem dicendum eſt, ſi Dominus nullatenus homagium velit recipere.

7. Hætes autem non tenetur priùs Domino ſuo reſpondere de relevio; antequam homagium ſuum recipiat.

DE AVXILIIS PETENDIS PER DOminum, ab hominibus ſuis.

CAP. 73.

Edward. 1. Ann 3. c. 3. Ster. 2. Rob. 1. c. 18. Glanv. lib. 9. c. 8.

POſtquam verò conventum fuerit, inter Dominum & hæredem tenentis ſui, de rationabili relevio dando & recipiendo, poterit idem hæres, rationabilia auxilia ab hominibus ſuis exigere. Ita tamen moderatè, quòd ſecundum facultates & quantitatem feudorum ſuorum, non videantur nimis gravari.

2. Sunt quidem alii caſus, in quibus licebit Domino ab hominibus ſuis ſimilia auxilia petere; ſed ſub forma præſcripta: veluti ſi filius ejus & hæres, fiat Miles; vel ſi primogenitam ſuam maritaverit filiam.

3. Vtrum verò ad guerram ſuam manu-tenendam, vel vt maritet filiam ſuam poſtgenitam, poſſunt Domini hujuſmodi auxilia petere quæro?

4. Obtinet autem ſecundum quoſdam, quòd non poſſunt ad hoc tenentes ſuos diſtringere, de jure, niſi quatenus illi tenentes velint facere.

The maiſter or lord may poynd his tenent

5. Poſſunt tamen Domini tenentes ſuos diſtringere; ſecundùm rationabilem conſuetudinem Curiæ ſuæ; ſine præcepto Domini Regis, per Catalla inventa in ſuis feudis ad rationabilia auxilia.

6. Si igitur ad hujuſmodi auxilia reddenda poſſit Dominus ſuos diſtringere tenentes: multo fortiùs pro relevio ſuo, & ſervitio de feudo ſuo ſibi debito, diſtrictionem eo modo licitè poterit facere.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Poſtquam] *Hæres qui relevium ſolvere debet, poteſt à ſuis hominibus, & vaſallis (ſi quos habet) auxilium petere, vt meliùs Domino ſuo relevium*

vium perſolvat, & collectam ſeu impoſitionem (vt ita dicam) ab illis exigere ſecundum facultates patrimonij cujuſq;, ne tantum ſolvat pauper, quantum dives.

VERS. 2. Sunt quidem alii caſus] *Non ſolùm in ſolutione relevij, ſed etiam multis alijs modis, vaſallus Domino debet facere ſubſidium & auxilium. Debet enim Dominum in bellum ſequi ſeu comitari; inopem alere & ei inſervire & multa alia facere; vt patet ex libris feudorum*, tit. de nova form. fidel. faciend.

Veluti ſi filius] *Si ſpeculator in* tit. de feud. §. quon. num. 67. ſcribit. *vaſallos teneri Dominis in multis, veluti pro ſe, & filio ſuo milite faciendo, vel ſi Dominus filium, Doctoris dignitate ornare velit.*

VERS. 3. Ad guerram] *Vaſallus tenetur conferre Domino ad bellum. Et ſi ſit vaſallus Regis, debet conferre pro exercitu Regis; ſecundum quantitatem & qualitatem ſui feudi.*

Poſtgenitam filiam] *Pro filio vxorando (vt ait Speculator) non confert vaſallus; quia tunc Dominus recipit dotem cum nuru ſua, ideoq; ditatur: ſed quando filiam nuptui tradit, dotem cum ea dat, & ſic fit pauperior. Ideoq; à vaſallo juvari debet. Et hac de cauſſa manifeſtum eſt, quòd vaſallus tenetur dare ſubſidium Domino, pro filia poſt-nata nuptui collocanda; quòd* Zaſius de feud. parte. 7. nu. 50. *etiam ad filiam ſpuriam extendit: Quia de jure Canonico pater tenetur alere filiam ſpuriam.* Bart. in authen. ex complexu. C. de incæſt. nupt. per c. cùm haberet. De eo qui dux. in vxor. quam poll. per adult. *Porro de quantitate hujuſmodi ſubſidiorum.* vid. Stat. 2. Rob. 1. c. 18. vid. Cloſſ. in l. placeat. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

Glanv. lib. 9. c. 11. Edward 1. An. 4. c. 4. ſtatut. de Bigamis.

DE PVRPRAESTVRIS.

CAP. 74.

DIcitur autem purpræſtura, quando aliquid ſuper Dominum Regem injuſtè occupatur, vt [a] in Dominicis Regis, in viis publicis [b] aſtopatis, vel in aliqubus paſſagiis, ſicut in [c] aquis diſtonatis, à recto curſu.

2. Vel quando aliquis in civitate Domini Regis, ſuper platêam regiam ædificando, aliquid occupat.

3. Et breviter quotieſcunque aliquid ad nocumentum regii tenementi, vel regiæ viæ aut civitatis occupatur; pertinet placitum illud, ad coronam Domini Regis.

4. Inquiritur hujuſmodi purpræſtura, in Capitali Curia coram juſtitiario.

5. Si quis [d] convictus fuerit: in miſericordia Domini Regis remanebit, de toto feudo quod de eo tenet, & quod occupavit reddet.

6. Et ſi in civitate regia ſuper platêam regiam ædificando occupaſſe

[a] *i. Domanio Regis proprietatem vocant.*

[b] *i. obſtructis.* Edward 2. Ann. 18. in the ſtatute of frankpledge. & Anno 9. c. 14.

[c] *Al. in aquis publicis tranſverſis, à recto curſu. Glanv.*

[d] *Scilicet, de purpræſtura commiſſa in Regio tenemento, vel Regia via vel aqua.*

Digitized by Google

occupaſſe aliquid convictus fuerit, ædificia illa Domino Regi remanebunt. Ita ſcilicet, ſi in territorio regio probata fuerint fuiſſe conſtructa, & nihilominùs in miſericordia Domini Regis remanebit.

7. Eſt autem miſericordia Domini Regis, in hoc caſu, qua quis per juramentum legalium hominum de vicinêto, eatenus amerciandus eſt, ne aliquid de ſuo honorabili [c] tenemento amittat.

[c] *1. de feudo. verſ. 5. 1. de ſuis terris & hæreditate. Ganvil. eo tenemento.*

8. Cùm aliquis contra aliquem, quàm contra Dominum Regem, purpræſturam fecerit: aut contra Dominum ſuum facit, aut contra alium.

9. Si contra Dominum ſuum, & non juxta aſſiſam, tunc diſtringetur occupator, vt veniat ad Curiam Domini ſui, id addreſſaturus. Ita dico ſi aliud habuerit de eo tenementum. *lac. 3. parl. 10. c. 79.*

10. Qui verò ſuper hoc convictus fuerit in Curia Domini ſui, tenementum quod de illo tenet; ſine recuperatione amittet.

11. Sin autem nullum aliud tenementum de Domino tenuerit, tunc Dominus placitabit illum, in Curia majoris Domini, per Breve de recto.

12. Similiter ſi aliquis, ſuper non Dominum ſuum, aliquid in hunc modum occupaverit: & non infra aſſiſam, per Breve de recto placitabit.

13. Sin autem infra aſſiſam hoc factum fuerit, tunc locum habebit recognitio, de nova diſſaſina, ad recuperandam ſaſinam, vt infra dicetur. *lib. 3. c. vlt.*

14. Quando ipſi limites terrarum invaduntur, & per occupationes exceduntur, tùm altervtro vicinorum ſuper hoc conquerente in Curia: præcipietur Vice-comiti, quòd per fideles homines de vicinêto, fiat viſus illorum limitum, & per eorum veredictum, faciat eos eſſe ſicut debent eſſe, & ſolent. *Iac. 6. parl. 3. c. 42.*

Annotatio.

Vers. 1. De purpræſtura] Vid. jus Anglic. anno. 4. Edwardi. 1. in ſtatuto de bigamis. *In hoc autem capite, tres ſunt ſpecies purpræſturæ. Prima, contra Dominum Regem: Secunda, contra Dominum Capitalem: Tertia, contra vicinum, vel non Dominum. Primæ ſpeciei, varia proponuntur exempla. Primum eſt in Dominicis regiis, hoc eſt, in domanio Regis, ſive in terris quæ jure proprietatis ad regem pertinent. Secundum eſt, in vijs regijs, & aquis. Tertium, in*

in burgis, & in civitatibus Regis. Horum omnium cognitio & juriſdictio pertinet ad juſtitiarium Regis. Et ſi quis de his purpræſturis convictus fuerit, variè punitur: Nam ſi quis purpræſturam fecerit in dominicis Regis, in viis Regiis, aut aquis; erit in miſericordia Domini Regis, de toto feudo quod de eo tenet. Et præterea, reddet Domino Regi quod occupavit, eodem modo quo dicitur paulò pòſt, de eo qui purpræſturam facit, contra Dominum Capitalem. Si verò purpræſtura facta fuerit in burgo Regis, ſuper platèam regiam ædificando, ædificium ſit Domini Regis; & ædificans in ejus miſericordia: Ita tamen ut reliquum feudum & tenementum, quod de eo tenet, non amittat; ſed per aſsiſam amerciari debet. Talis enim in hoc caſu debet eſſe miſericordia Domini Regis, ut bona immobilia ejus qui purpræſturam facit, fiſco non inferantur. Hunc autem hujus loci admodùm obſcuri ſenſum genuinum, & verum eſſe conjicio, adjutus auctoritate libri de Balmerinoch. fol. 30. *Sed unicuique liberum eſto judicium, & ſi quis meliora adferat, libenter ſequar.*

Vers. 2. In civitate] *Legendum cenſeo. In civitate vel burgo Domini Regis, ſuper platèam regiam ſive publicam viam, aliquid ædificando, ſive ad proprium capiendo vel aliquid amovendo, occupavit; ut in libro* Balmerinoch & de judicib. c. 188.

Vers. 3. Civitatis] *Vel Burgi, ſcilicet, regii.*

Vers. 7. In hoc caſu] *Cùm ſcilicet, quis ædificat ſuper platèam in civitate, vel burgo Regis. Atque ita miſericordia Regis, non debet referri ad omnia præcedentia: neque ad eum qui purpriſat in Dominico Regis, ſed ſolummodò ad proximè præcedens exemplum purpræſturæ, quæ in burgo Regis committitur.*

Honorabili tenemento] *Id eſt, de feudo vel hæreditate quam ſcilicet, ædificans poſsidet; & tenet ſeorſim ab eo, quod in platèa eſt ædificatum: hoc enim amittit; Illud non amittit, in hoc caſu.*

Vers. 8. Cùm aliquis] *Secunda ſpecies purpreſturæ contra Dominum Capitalem: quæ in Curia ipſius Domini determinatur, vel in Curia Domini, de quo ipſe tenet.*

Vers. 9. Et non juxta aſſiſam] And nocht be ane aſſiſe, *ut in libro Anglico.* That is not be law or reaſon. *Aſsiſa enim, paſsim in his libris, pro lege & conſtitutione ſumitur. Rectè igitur hic locus intelligitur de tenente ſive vaſallo qui purpræſturam facit contra ſuum Dominum; non juxta aſsiſam, ſed contra aſsiſam & legem, & injuſtè aliquid contra illum occupat.*

Si aliud habuerit] *Si, ſcilicet, purpriſans contra Dominum ſuum, aliud habet tenementum, diverſum ab eo in quo purpræſtura facta eſt: Quod quidem in hujuſmodi judicio amittere poſsit: Ita ut Domino accreſcat. Rectè igitur in hoc caſu Dominus eſt judex competens.*

Vers. 11. Sin autem nullum] *Si purpriſans nullum teneat tenementum, de eo, contra quem purpræſturam facit: tùm quia purpriſatus (ut ita dicam) non eſt judex ejus: Dominus ſuperior (qui major Dominus hic dicitur) hac in re judicium exercebit. Quia tenementum in quo committitur purpræſtura jure ſuperioritatis, ſive tenandriæ (ut loquimur) ad eum pertinet. Ideoq; ad eum ejus rei cognitio devolvitur, eodem modo quo ad Dominum feudi, ſi inter duos vaſallos fuerit de feudo controverſia.* c. vnic. & ibi gl. apud quem, vel quos controverſ. feud.

Vers. 13. Infra aſſiſam] *Aſsiſa, in his libris, multis modis accipitur, ſed in*

in hoc loco infra aſsiſam, ſignificare videtur infra tempus, quod conceditur alicui; infra quod, licet in judicio agere & alium in jus vocare, qui vim aliquam aut aliquid injuſtè fecit; quod certum aliquod tempus præſcriptionis eſſe videtur, infra quod agere licet, & extra, vel poſt quod, agere non licet in judicio. lib. 3. c. vlt. *Quantum eſſe debeat hoc tempus, de jure noſtro, non memini me legiſſe. Sed certum eſt, ex* d. c. vlt. *Breve de nova diſſaſina, certo temporis ſpatio præſcribi, quod tempus eſt quadraginta dierum & ei competit, qui per Breve de nova diſſaſina, contra alium in judicio experiri vult: adeò ut ſi infra quadraginta dies litem non moverit, denegetur ei hoc Breve, & cogatur uti beneficio juris communis, ut patet ex libello, qui continet expoſitionem terminorum juris* Angliæ. verb. Aſſiſe. *Senſus igitur eſt hujus loci: Si purpræſtura fiat contra alium, quàm ipſum Regem aut Dominum Capitalem, nempe contra vicinum: Tunc ipſe vicinus, aut litem non movet contra occupatorem infra aſsiſam, hoc eſt, infra legitimum præſcriptionis tempus, veluti quadraginta dies; & tunc cogetur placitare ſuper proprietate rei occupatæ, per Breve de rectò. Aut litem movit infra Aſsiſam, hoc eſt, infra quadraginta dies; & tunc debet placitare per Breve de nova diſsaiſina, ut ſaſina rei occupatæ recuperetur. Hanc meam interprtationem adjuvant verba textus (ut infra dicetur) quæ* ad c. vlt. lib. 3 *neceſſariò debent referri. In legibus* Angliæ. Richardi ſecundi *Anno. primo c. 9. ſpatium anni præſcribitur.* Henr. 8. An. 32. c. 33. quin quennium, Henr. 6. An. 8. c. 9. et Regin. Eliz. An. 31. c. 11. *Triennium admittunt, infra quod diſſaiſitus actionem moveat: jure autem noviſsimo, Novella diſſaiſina in rebus mobilibus (ſpolium vel ſpoliatio) et in rebus immobilibus (ejectio) præſcribitur triennio, infra quod in judicio proponi et moveri debet.* Jac. 6. parl. 6. c. 81. *Sed in expoſitione hujus loci, conjectanda adfero, et eruditorum expecto judicium.*

Vers. 14. Limites terrarum] *Scilicet, inter vicinos vel vicinas villas, cujuſmodi controverſia finium ſeu limitum regundorum, vel coram juſtitiario per Breve perambulationis; vel coram Vice-comite, per aſsiſam terminari, hodie ſolet; vulgò, cognitionem vel molestationem vocant.* Jac. 6. Parliamento: 11. c. 42. *Verùm, Breve perambulationis eſt ſuper petitorio; hoc verò, coram Vice-comite, eſt poſſeſſorium.*

Digitized by Google

LIBER TERTIVS DE DEBITIS LAICORVM.

DE VARIIS CAVSSIS DEBENDI, ET primum de mutuo, & plegiis ſeu fide-juſſoribus. CAP. I.

PLACITVM DE DEBITIS laïcorum, ſpectat ad coronam & dignitatem Domini Regis.

Plegius eſt verbũ Gallicũ & fide-juſſorem ſignificat. Glanv. lib. 10 c. 1, &c.

2. Cùm quis itaque de debito quod ſibi debetur, Curiæ Domini Regis conqueritur, de abſentia vtriuſque partis; qualiter judicandum ſit, vel de defaltis ante litis ingreſſum, in ſuperioribus libris, ſatis dictum eſt.

3. Vtraque verò in Curia præſente, is qui petit pluribus de cauſſis debitum petere poteſt. Aut enim debetur ex cauſſa mutui, aut ex cauſſa venditionis, aut ex commodato, aut ex locato, aut ex depoſito, aut ex alia juſta debendi cauſſa.

4. Ex cauſſa mutui debetur aliquid, cùm quis alii credit aliquid tale quod conſiſtit in numero, pondere, vel menſura. Bart. in L. 2. ff. Si cert. petat.

5. Cùm igitur quis tale credit, ſi plus eo receperit, vſuram facit: Et ſi in tali crimine obierit; damnabitur tanquàm vſurarius per legem terræ, vt ſuperiùs dictum eſt. lib. 2. c. 54.

Digitized by Google

6. Cùm autem creditur alicui, ſolet illud plerúnque credi ſub plegii datione, quandóque ſub vadii poſitione, quandóque ſub fidei obligatione, quandóque ſub Chartæ expoſitione; & quandóque [a] ſub teſtium plurium ſecuritate.

[a] *al. ſub plurium iſtorum ſimul ſecuritate.*

Glanv. lib. 10. c. 12. 12. in fine.

7. Cùm autem ſub plegiorum datione tantùm, aliquid debetur, ſi principalis debitor ita inde defecerit; quòd non habeat vnde reddere poſſit, tunc demum recurrendum eſt ad plegios.

Quon. Attach. c. 17. 4 Stat. 2. Rob. 1. c. 10. 1. Hen. 3. Ann. 9. c. 5. c. 8. Glanv. lib. 10. c. 5.

8. Comparentibus autem plegiis in Curia, aut confitentur ſuam plegiationem, aut diffitentur eam.

9. Si confitentur; tunc tenentur ſatisfacere creditori, ad terminos competentes, ei in Curia ad id aſſignatos, vel ſe ab illa plegiatione, per ſolutionem, vel alio modo acquietaſſe ſe legitimè; tenẽtur legitimè probare. Si vero neutrum illorum fecerint, tunc creditor eos proſequetur, in forma juris.

De plegiis confitẽtibus

10. Tenentur autem plegij, ſi plures fuerint, ſinguli in totum (niſi aliter convenit quando ſe plegios inde fecerunt) & inde ad ſatiſfaciendum, ſimul ſunt [b] diſtringendi.

[b] *ſcilicet ſinguli in ſolidum.*

11. Ita quòd ſi plures dati fuerint plegii, & aliquis vel aliqui eorum, non habent vnde reddere poſſunt, ipſum onus [c] acquietantiæ, ad cæteros vel in totum, vel in quantum ipſi defecerint, inde ſpectabit.

[c] *i. Solutionis.*

De plegiis conjũctim obligatis.

12. Verùm, ſi de debitore aliquo plegiando, plegii pro certis partibus dati fuerint: quicquid de quibuſdam eorum plegiorum cõtigerit, reliqui nõ niſi pro partibus ſuis inde reſpõdere coguntur.

13. Poteſt autem contentio eſſe quandóque inter creditorem & plegios: ſi plegius alicujus, dicat ſe de minore ſumma, plegiaſſe principalem debitorem, & contra eum dicatur de majore.

14. Cùm enim complegii ſinguli certi partis debiti cõſtituũtur, tunc neceſſe habet creditor cum illo agere, qui minùs confitetur ſe debere, ex ſua plegiatione quàm debeat.

15. Si autem quidam eorum in totum, quidam de certis partibus confiteantur ſe eſſe plegios: neceſſe erit illis, qui totum plegiaverint, agere cum illis, qui minùs quàm inde debent, confitentur ſe debere quod, & qualiter patere debet, in ſequentibus liquebit.

Quõn. Att. c. 51. Stat. 2. Rob. 1. c. 10. 3 Hen. 3. c. 8. Glanv. lib. 10. c. 3.

16. Et ſciendum eſt, quòd ſecundum leges hujus Regni, plegius recognoſcens, vel probatus eſſe plegius, pro principali debitore; erit deductus in omnibus, ſicut principalis debitor,

die

ſolutionis elapſo.

17. Soluto verò debito, ab ipſis plegiis, hi id recuperare poterunt, à principali debitore, ſi habuerit vnde iis ſatisfacere poſſit: ſecundum principale placitum de debitis, vt inferiùs dicetur.

18. Sciendum tamen eſt, quòd ſi quis alium plegiaverit, de ſtando ad rectum, in aliqua loquêla: et per defaltam illius quem plegiavit, in miſericordiam Domini Regis inciderit: ita quòd ob illam cauſſam aliquid ſolverit: ſuper hoc de cæterò, id recuperare poterit, verſus illum, quem plegiaverat, de ſtando ad rectum.

19. Quicunque autem alium plegiaverit de ſtando ad rectum, de aliquo placito, quod pertinet ad miſericordiam Domini Regis (vt de pace Domini Regis infricta, vel alio modo) ſi non [a] habuerit eum ad rectum: per plegiationem illam, incidet in miſericordiam Domini Regis; quæ & qualis ſit ſuperiùs dictum eſt; & per hoc liberabitur à ſua plegiatione.

De plegiis in cauſis criminalibus.

[a] *i. Si non habuerit principalem debitorẽ, qui creditori reſpondeat de rect.*

20. Si autem plegius in Curia, ſuam plegiationem negaverit; tunc ſi plures fuerint inde plegii dati, aut omnes negant plegiationem ſuam, & tunc placitum poterit inde eſſe inter creditores, & plegios tantum.

De plegiis negantibus.

21. Aut quidam negant, & quidam confitentur, & tunc inter plegios confitentes & negantes, placitum inde eſſe poterit, ſecundum quod ſuprà dictum eſt.

22. Quæ verò diſrationatio inde exigatur, inter quoſcunque placitum illud vertatur, quæro? vtrum per duellum fiet, an alio modo? vel vtrum plegii per [b] juramenta tot hominum quot Curia exigit, plegiagium ipſum poſſunt negare?

[b] *Per purgationẽ quæ fit per juramẽtum ejus qui negat, et aliorum coniuratorũm.*

23. Dicunt ad hoc quidam; quòd creditor ipſe, ſuo & legitimorum teſtium juramento, probare poterit hoc de jure verſus ipſum plegium.

24. Niſi ipſe plegius, velit illum à ſacramento levare, ſicut quando petens accedit ad juramentum faciendum, olim verò oportebat fieri, ante legem vadiatam: Igitur in tali caſu, poterit veniri ad duellum.

Annotatio.

Vers. 7. Si principalis debitor] *Beneficium excuſsionis ſive ordinis, à Juſtiniano introductum eſt, vt ſcilicet, fide-juſſores non conveniantur, quandiu principalis*

Beneficium ordinis.

cipalis debitor eſt præſes, & ſolvendo, ſed vt creditores primùm cogantur aggredi principalem debitorem; ſi autem is fuerit non ſolvendo, ſecundo loco fide-juſſores conveniri debeant. Authen. præſente. C. de fide-juſſ. Novell. 4. de fide-juſſor. col. 1. Quon. Attach. c. 17. *ſed de praxi obligantur vt principales debitores, & eo nomine conveniuntur.* Stat. 2. Rob. 1. c. 19. 11.

VERS. 9. Si confitentur] *De plegiis, plegiagium ſuum confitentibus, hoc eſt, de fide-juſſoribus, qui debitum agnoſcunt, & ſe pro eo obligatos eſſe fatentur.* vid. d. Authent. præſente.

VERS. 10. Tenentur autem] *Quoties plures pro eodem fide-jubent, etiamſi in obligatione, non ſit facta mentio, quòd ſinguli in ſolidum tenentur; tamen obligantur in ſolidum creditori.* §. ſi plures. Inſtit. de fide-juſſ. *quia ſunt duo rei promittendi ejuſdem pecuniæ.* l. 3. C. eod. tit. *& liberum eſt creditori, à quo voluerit ſolidum debitum petere. Et ſi ab vno petierit; Iſq; ei nondum ſatisfecerit: poterit adhuc creditor adverſus alium fide-juſſorem agere, ab eoq; ſolidum petere. Nam cùm omnes in ſolidum obligentur, jure manent obligati, donec ſolidum ſolvatur.* l. reos. 25. C. eod. tit. *Si autem vnus ipſorum ſolverit, cæteri liberantur.* l. amiſſi. 52. §. vlt. ff. eod.

VERS. 16. Soluto verò debito] *Quemadmodum inter creditorem & fide-juſſorem, eſt verborum obligatio.* l. blanditiis. 12. C. de fide-juſſor. *Ita inter debitorem, & fide-juſſorem eſt contractus mandati.* l. qui fide. 53. ff. mandat. *Ideoq; actio mandati competit fide-juſſori, adverſus principalem debitorem.* l. mandati. 14. C. eod. tit. *Sed non priùs locum habet hæc actio, quàm ipſe fide-juſſor ſolverit, niſi in quatuor caſibus.* 1. *Si hoc ab initio convenit.* 2. *Si fide-juſſor condemnatus ſit.* 3. *Si debitor incipit vergere ad inopiam, ſuaq; bona diſſipat.* 4. *Si in ſolutione debiti ceſſavit.* l. ſi pro ea. 10. C. mandat. gl. in §. Si quid verb. ſolverit. Inſtit. de fide-juſſor.

Quon. Attach. c. 51.

VERS. 18. Sciendum tamen eſt] *Plegius in judicio, aut eſt ſcut* furthcummand borgh, *& tenetur tantùm de judicio ſiſti: Aut eſt plegius adſtandum juri: & tenetur de judicio ſiſti, & judicatum ſolvi.* Quon. Attach. c. 17. *cujuſmodi plegius locum habet, tùm in cauſſa civili, tùm criminali; vt patet ex hoc loco. Nam pro maleficio committendo, fide-juſſor dari non poteſt, ſed pro maleficio jam commiſſo, fide-juſſor intervenire poteſt. Quia cauſsis criminalibus poteſt agi dupliciter, vel ad intereſſe, & pœnam pecuniariam, vel ad pœnam capitalem.* l. vlt. & ibi. gl. ff. de privat. delict. l. vlt. ff. de furt. *Si agatur pecuniariter: fide-juſſor, dari & obligari poteſt.* l. ſi quis. 56. in fin. ff. de fide-juſſ. *Quòd ſi ad corporalem pœnam agatur; tùm fide-juſſor dari non debet.* l. ſi à reo. 70. ff. eod. tit. *ne innocens fide-juſſor, alieni criminis ſucceſſor conſtituatur.* l. crimen. 26. de pœn. *Verumtamen fide-juſſor poteſt obligari ad ſolvendam pœnam pecuniariam, Domino Regi debitam, propter defaltam ſeu contumaciam ejus pro quo fide-juſſit; vt hîc dicitur, de pace Regis infricta.* Stat. Rob. 3. c. 44.

Fide-juſſor in cauſa criminali

Stat. Rob. 3. c. 44

Ita quòd ob illam) *Si fide-juſſor ſolvit, id recuperat à debitore, quia debitor debet ſervare ſuum fide-juſſorem indemnem.* l. ſi mandaſſem. 15. ff. mandat *alioqui debet vtlagari, & declarari rebellis.* ſupr. lib. 1. c. 18.

VERS. 24. Olim verò oportebat] *In plurimis libris (olim non oportebat) ſed malè: Nam ſi plegius negat ſe eſſe plegium: privilegium probationis conceditur creditori affirmanti, eum eſſe plegium: vt is ſuo, & aliquot teſtium juramento, probet eum eſſe plegium; ſed liberum eſt plegio, creditorem à ſacramento*

Digitized by Google

ſacramento levare, hoc eſt, juramentum ei remittere: Verùm hæc remiſsio, debet fieri, ante legem vadiatam per defendentem; ne alter eorum incidat in perjurium: Nam tenens in cauſsis, in quibus aut nulle, aut illegitimæ ſunt probationes, poteſt contra petentem purgare ſe ſuo, & quorundam juramento; quòd vadiare legem dicitur. Cùm igitur aliquis negat ſe eſſe plegium: probatio datur creditori: & tamen eſt in electione ipſius plegij (eodem modo quo in electione tenentis, cùm petens in alijs cauſsis accedit ad faciendum juramentum) vtrum velit recipere, an remittere juramentum creditori; ſi modò hoc faciat ante legem vadiatam, hoc eſt, antequam ipſe creditor juraverit eum eſſe plegium. Quòd ſi plegius fecerit ante legem vadiatam, poteſt ad duellum perveniri; quia ante juramentum præſtitum, ſive legem vadiatam per creditorem; liberum eſt plegio defendenti, eligere duellum. lib. 4. c. 1. 11. Quon. Attach. c. 31. c. 61.

Vadiare legem.

DE REBVS CREDITIS, ET MVTVO dato, ſub vadii, ſeu pignoris poſitione.

CAP. 2.

CReditur, quandoque ex mutuo res aliqua ſub vadii poſitione, quòd cum fit, quandoque res mobiles, vt catalla ponuntur in vadium.

Vadium eſt pignus ſive hipotheca, et conſiſtit non ſolũ in re mobili, ſed etiam immobili.

2. Quandoque res immobiles, vt terræ & tenementa & redditus, ſive in denariis, ſive in aliis rebus exiſtentes.

3. *Item*, cum inter creditorem & debitorem ſuum convenit, de vadio ponendo, cujuſcunque modi res invadiata ſit, debitor ipſe, aut ſtatim ipſi creditori facit habere ſui vadii ſaſinam, poſtquàm mutuo datum accepit, aut non.

Glauv. lib. 10. c. 6. Lib. 2. c. 65.

4. *Item*, invadiatur res quandoque ad terminum, quandoque ſine termino.

5. *Item*, invadiatur, res quandoque in mortuo vadio, quandoque non: dicitur autem mortuum vadium, illud cujus fructus, vel redditus percepti interim, in nullo ſe acquietant.

Mortuũ vadiũ.

ANNOTATIO.

VERS. 2. Redditus, ſive in denariis] *Ex hoc loco manifeſtum eſt, annuos redditus in denariis* (Yearely rentes, or annuellis) *computari inter res immobiles, quòd confirmat* Bart. in l. Iubemus. 14. c. de ſacro ſanct. Eccleſ. & Iacob. Cujacius. lib. 1. de feud. in prin. *ſcribit res quaſdam eſſe, quæ immobilibus annumerantur, vt ſunt annonæ, ſportulæ, penſiones. Vt cùm ex erario, ſive arca Domini, vaſallo aſsignatur ſtipendium certum; vel cùm ex cellario Domini, vaſallo præbentur annonæ. Præterea, homagium ſit Domino ſolùm pro rebus immobilibus, quæ dicuntur res ſoli, inter quas numerantur redditus aſsignati in denariis, ſervitia, dominium, & res aliæ.* lib. 2. c. 65. *Homagium enim propriè datur ratione feudi, ſive prædii, quod*

Annui redditus ſunt immobiles.

nomine feudi tenetur: Annui autem redditus, ſervitia & id genus alia, ſunt neceſſaria conſequentia, quæ debentur Domino ratione feudi, quod de illo tenetur; quia fundo adhærent, & ſine eo eſſe nequeunt: Ideoq; ejus naturam ſequuntur, eodem modo, quo pars totum.

DE RE MOBILI INVADIATA AD certum terminum.

Cap. 3.

Glanv. lib. 10. c. 6.

Cùm autem res mobilis ponitur in vadium, ita quòd creditori fiat inde ſaſina, & ad certum terminum, creditor tenetur illud ſalvò cuſtodire: Ita quòd nec eo vtatur, nec quocunque modo tractet illud, quare deteriùs efficiatur.

2. Sin autem in cuſtôdia deteriùs factum fuerit, infra terminum, per culpam creditoris; computabitur in debitum ei, ad valentiam deteriorationis.

[a] *Al paſſum.*

3. Prætereà, ſi res talis fuerit, quòd expenſas, aut [a] coſtum, vel ſumptus exigat neceſſarios; ſcilicet, vt paſcatur vel reficiatur, ſecundum quod conventum fuerit, inter creditorem, & debitorem, id inter eos ſervabitur.

De diſtractione pignoris, et quibus modis pignus ſolvitur.

Leg. burg. c. 84.

4. Porrò, cùm ad certum terminum res ponitur in vadium, aut conventum eſt inter creditorem & debitorem: Ita quòd ſi ad illum terminum, debitor non acquietaverit vadium ſuum, quod remaneat creditori: Ita quòd ſic de eo, vt de ſuo proprio, diſponat. Aut nihil tale ita inter eos convenit.

5. In priori caſu ſtabitur conventioni.

6. In ſecundo exiſtente termino, ſi debitor fuerit in mora ſolvendi debitum, creditor poterit inde conqueri, & debitor [b] juſtificabitur, vt ad Curiam veniat, & inde reſpondeat.

[b] *Compelletur.*

[c] *Luat, redimat.* Quite out.

7. Si præſens in Curia confiteatur, præcipietur ei, quòd vadium ſuum ad certum terminum [c] acquietet.

8. Et ſi id non fecerit, dabitur creditori licentia, de-cæterò negotium ſuum de ipſo vadio facere, quomodo voluerit, ſicut de re propria.

[d] *Al. decidiſſe.*

9. Si autem illud neget debitor; tunc aut dicit illam rem ſuam eſſe, ſed ex aliqua cauſſa, ab ejus poſſeſſione [d] deceſſiſſe, & in poſſeſſione alterius conſtitutum eſſe, vt ex commodato, aut ex commendatione cuſtodiæ, ſeu alia cauſſa hujuſmodi.

10. Aut in Curia, rem ipſam non eſſe ſuam confitetur, & dabitur ſtatim creditori licentia de re ipſa, vt de propria diſponere.

11. Si

Digitized by Google

11. Si verò illam rem ſuam eſſe dicat, & neget tàm debitum quàm vadium; tum tenebitur creditor probare verſus eum, quòd tantum ei credidit, quantum ei in demanda ſua fecit: & rem illam poſuit ſibi in vadium nominatim. Qualis verò diſrationatio inde eſſe debeat: benè poteſt intelligi ex prædictis, per ea quæ ſupra dicta ſunt de plegiis plegiationem ſuam negantibus.

Generaliter ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat. l. 2. ff. de *probat.*

ANNOTATIO.

lib. 3. c. 1.

VERS. 1. Cùm autem] *Vadium mobile, aut datur ad certum tempus, de quo agitur in hoc capite: Aut datur ſine certo termino, vt in capite proximè ſequente. Porrò, mobile vadium dicitur pignus, quia res, quæ pignori datur, cùm ſit mobilis, pugno ſive manu traditur.* l. plebs. 138. de verb. ſignif. *Nam contrahitur pignus, cùm ejus ſaſina, & poſſeſsio datur creditori; vt hic dicitur, quia rei interventus eſt neceſſarius, ſine quo non contrahitur obligatio pignoris, quæ tùm demum oritur, cùm res eſt tradita.* l. 1. §. 2. ff. de oblig. §. vlt. inſtit. quib. mod. re contr. oblig.

Salvò cuſtodire] *Creditor tenetur pro damno illato pignori, ſuo dolo vel culpâ: Et recuperat à debitore neceſſarios ſumtùs, in pignore factos.* l. 4. l. creditor. 6. C. de pignor act. l. ſi neceſſarios. 8. ff. de pign. act.

VERS. 4. Porrò] *Hic agitur, de luitione pignoris dati, ad certum tempus. Et primò, ſi convenit inter debitorem & creditorem de tempore, quo debitor pignus ſuum luere debet; ea pactio eſt ſervanda, quia licita pacta conventa, legem contrahentibus præſcribunt.* l. 1. ff. de pact. *Et cùm pignus datur ad certum tempus, temporis adventu ſolvitur & liberatur.* l. 6. ff. quib. mod. pig. *Adeò, vt ſi pecunia non ſolvatur, licitum ſit creditori poſt terminum, ipſum pignus diſtrahere & vendere.* §. contra. inſtit. quib. licet alien. vel non.

De pignore dato cum pacto convento.

Aut nihil tale] *Secundò, de luitione, vel diſtractione pignoris, ad certum terminum dati, nihil convenit inter debitorem & creditorem, quo caſu ſi creditor pignus vendiderit, furti tenetur: quia vſum rei alienæ, in ſuum vſum convertit.* l. ſi pignore. 54. l. ſi is. 66. ff. de furt. *Ideoq; ſervare debet ordinem & modum, hic, in textu propoſitum. Primùm enim, ſi debitor non ſolvat debitum, in termino ſolutionis, ad quem pignus datum eſt creditori; vocabitur in jus, vt cogatur debitum ſolvere, & pignus ſuum luere.*

De pignore dato, ſine pacto convento.

VERS. 7. Si præſens in Curia] *Et ſi debitor comparet, in judicio, & fateatur debitum & pignus: judex aſsignabit ei diem, ad quem debitum ſolvat, & pignus luat: Et ſi id non fecerit: licebit creditori pignus diſtrahere, & vendere.* l. 4. C. de deſtract. pignor. §. Sed ne creditores. Inſtit. quib. licet alien. vel non. l. vlt. C. de jur-dom. impetr.

De debitore fatente debitum.

VERS. 9. Si autem illud neget] *Secundò, ſi debitor negat vadium & pignus: aut fatetur rem ſuam eſſe, ſed negat eam à ſe pignori datam, ſed fuiſſe commodatam creditori, aut apud eum depoſitam, aut ſimpliciter negat rem ſuam eſſe; In vtroque hoc caſu, licebit creditori vadium, ſeu pignus vendere.*

De debitore negãte vadium.

VERS. 11. Si verò rem illam] *Tertiò, ſi debitor affirmat rem ſuam eſſe, & tamen negat & debitum & vadium, hoc eſt, rem illam à ſe datam eſſe in vadi-*

De debitore negãte et debitum, et vadium.

um;

am; tunc creditori incumbit onus probandi ipſum debitum & vadium, eodem modo quo dictum eſt de fide-juſſoribus negantibus. ſupr.lib.3.c.1. *de modo & forma luendi pignoris, ſecundum jus civile.* vid.gl.ſingularem.in §.contra. Inſtit. quib.alien.licet.vel non

DE RE INVADIATA, SINE TERMINO.
Cap. 4.

Iac.6.parl.11.c.52. G'anv.lib.10.c.8.

DEbitum ante terminum ſolutioni deſtinatum, minimè petì poteſt.

2. Sed ſi ſine termino, res aliqua invadietur, quocunque tempore voluerit creditor, debitum ſuum petere poteſt.

3. Soluto autem eo, quod debetur ab ipſo debitore, creditor rem invadiatam, ſine aliqua deterioratione reſtituat. Nec ſi res aliquo caſu amiſſa fuerit, vel deteriorata in cuſtodia creditoris: per id, verſus debitorem minimè liberatur. Quoniam præciſè tenetur, rem invadiatam reſtituere, vel de ea ſatisfacere, aut debitum amittere.

4. Quando verò convenit inter creditorem & debitorem de aliqua re invadiata, & acceptâ à debitore re mutuatâ, ſi non ſequatur ipſius vadii datio, quomodo conſuletur ipſi creditori in tali caſu? maximè, cùm eadem res, poſſit pluribus creditoribus, vni priùs tradi, alteri poſterius invadiari.

5. Super hoc notandum eſt, quòd Curia Domini Regis, hujuſmodi privatas conventiones, de rebus dandis vel accipiendis, in vadium; vel alias, extra Curiam; ſive etiam in aliis Curiis, quàm in Curia Domini Regis factas, tueri non ſolet, nec warantizare.

6. Et ideò ſi non fuerint ſervatæ, Curia Domini Regis ſe inde non intromittit. Ac per hoc de jure diverſorum creditorum, priorum, vel poſteriorum, aut de privilegio, eorum non tenetur reſpondere.

Annotatio.

Vers. 1. 2. *Deberi aliquid intelligitur, ratione alicujus obligationis: legitima autem obligatio, neceſsitatem ſolutionis inducit. Solutio autem, certum habet terminum poſt quem fieri debet. Terminus autem ſolutioni deſtinatus, concomitatur naturam obligationis, & eſt purus, temporalis, aut conditionalis. Primò igitur ſi res in obligationem deducta, ſit ſimpliciter promiſſa, ſine diei, vel conditionis adjectione, præſente die debetur & peti poteſt.* l.eum.41.§.1.de verb. oblig. *ſed tamen cum temperamento quodam, & ſpatio temporis; Quia nemo*

venit

Digitized by Google

venit cum ſacco paratus. l. 105. de ſolut. *quod adeò verum eſt, vt ſi dies, neque tacita, neque expreſſa ſit, in obligatione, debitor non conſtituatur in mora; niſi per interpellationem, quæ per creditorem fieri debet ipſi debitori; vel perſonaliter, vel ad ejus domum.* Bart. in l. 18. ff. de conſtit. pecun. *Secundò, ſi quis promittit ſe hodie daturum quod promiſſum eſt; peti poteſt eodem die, quia inſtantis temporis adjectio, non videtur appoſita ad differendam actionem, ſed ad declarandum præſentem eſſe obligationem.* l. 118. §. 1. de verbor. oblig. *Tertiò, ſi aliquid ſit promiſſum cum temporis, aut diei adjectione:* Obligatio temporalis. *Aut dies eſt incertus, veluti cùm moriar: & tùm quia dies incertus habetur pro conditione.* Dies incertus. l. 75. de cond. & demonſtr. *id quod promiſſum eſt, neque peti neque ſolvi poteſt, ante diem.* l. 38. §. inter de verb. oblig. *Aut dies eſt certus, veluti* Dies certus. Calend. Auguſti *dare ſpondeo, quo caſu, & ſi præſens ſit obligatio: (hæc enim tempore ſuſpendi non poteſt.* l. 44. de oblig.) *tamen creditor ante diem, neque poteſt rem petere, neque ſi offertur cogitur eam recipere; quia & ſi præſens ſit obligatio, tamen in diem differtur ſolutio.* l. 46. de verb. oblig. *& dies intelligitur adjectus obligationi, in favorem debitoris; vt ante diem, cogi non poſſit ad ſolutionem.* d. l. 44. & d. l. 118. *Quarto, ſi obligationi adjicitur tempus tacitum, illa obligatio, ratione verborum, eſt pura; ratione verò ſententiæ,* Tempus tacitum *eſt temporalis; vel ratione rei, vt ſi ſtipulor fructus futuros, partim naſciturum, aut domum ædificatum iri. Hæc enim non priùs peti poſſunt, quàm per rerum naturam præſtari poſſunt.* l. 73. de verb. oblig. *Vel ratione loci, vt Carthagine dare ſpondes? quæ ſtipulatio propter loci circumſtantiam, tantum temporis continet, vt promiſſor illo pervenire poſſit, vbi rem datam promiſit.* d. l. 41. §. 1. l. vlt. §. 3. de verb. oblig. *Conditio, aut eſt poſſibilis, aut impoſſibilis. Poſſibilis conditio, alia reſpicit præſens tempus, alia præteritum, alia futurum.* l. 16. de injuſt. teſtam. *Conditiones, quæ præteritum, vel præſens tempus reſpiciunt, ſi ſunt veræ, non differunt obligationem: ſi ſunt falſæ, eam impediunt.* l. 100. de verb. oblig. *quòd ſi in futurum tempus concipiuntur:* Locus ſtipulationi adjectus. *Aut ſunt neceſſariæ & conditionabilem ſtipulationem non faciunt: Nam quæ certò & neceſſariò futura ſunt, pro præſentibus habentur.* l. 9. §. 1. de novat. Conditio duplex. *Aut ſunt fortuitæ, & pendent ex incerto eventu. Et tum, aut conferuntur in poteſtatem, aut arbitrium ejus qui obligatur; veluti, ſi volam ſpondeo cujuſmodi conditione adjecta, obligatio eſt nulla. Etenim pro non dicto habetur, quod dare niſi velis, cogi non poteris.* l. 8. de oblig. Conditio poſſibilis. *Aut non conferuntur in arbitrium contrahentis; & tum ſtipulatio non fit inutilis.* l. 44. de oblig. l. 54. de verb. ſignif. Conditio futura, et neceſſaria. *Verùm, reſpeti non poteſt, donec exſtiterit conditio: Nam cùm obligatio concipitur, ſpes tantum eſt rem debitum iri. Et ſi contrahentes moriuntur, ante purificatam conditionem: hæc ſpes tranſmittitur ad eorum hæredes, & promiſſoris (qui fuit debitor in ſpe) hæres fit debitor in re.* l. 57. de verb. oblig. Futura, et fortuita. *Impoſſibilis conditio, aut concipitur affirmativè, veluti ſi digito cælum tetigero eaque obligationem impedit.* l. 1. §. 4. de oblig. *quia cùm contrahentes apponunt hujuſmodi conditionem, quam ſciunt eſſe impoſſibilem, præſumitur talis eſſe eorum cogitatio, vt nihil agi exiſtiment.* l. 31. de oblig. Conditio impoſſibilis. *Aut concipitur negativè, vt ſi cælum digito non tetigero, cujuſmodi negativa habetur pro neceſſaria, ideoq; obligationem non reddit inutilem.* l. 7. & ibi. gl. de verb. oblig. Affirmativa. Negativa.

VERS. 3. Nec ſi res) *Aliàs: Nã ſi res; quia debito ſoluto creditor tenetur eandem*

dem rem quam accepit, ſive eandem ſpeciem reſtituere: Neq; ſufficit rem ejuſdem generis reddere, vt in mutuo fieri ſolet. l.1.§.2.de oblig.

VERS. 5. Curia Domini Regis] *Curia Regis, non cognoſcit de privilegiis creditorum in pignore, niſi pactio facta ſit in ipſa Curia Regis.* Infr.c.14. *Sed hujuſmodi privatas conventiones, et contractus, Vice-comitibus, et Baronibus diſceptandas relinquit.* Glanvill.lib.1.c.10.lib.10.c.8.c.18.

DE RE IMMOBILI INVADIATA.

CAP. 5.

Glanv.lib.10.c.8.

CÙm autem res immobilis ponitur in vadium; ita quòd inde facta fuerit ſaſina creditori, & ad terminum; aut convenit inter creditorem & debitorem, quòd redditus & exitus interim, ſe acquietent, aut ſic, quòd in nullo ſe acquietent.

Mortuum vadiũ.

2. Prima conventio, juſta eſt, & tenet; ſecunda injuſta & inhoneſta eſt.

3. Quæ dicitur mortuum vadium. Et per Curiam Domini Regis[a] prohibetur fieri. Quia reputat eam ſpeciem vſuræ.

[a] *Al.non prohibetur fieri, et tamen reputat eam pro ſpecie vſuræ.* Lib.2.c.54.

4. Vnde ſi quis in tali vadio deceſſerit: & poſt mortem ejus hoc fuerit probatum: de rebus ejus non aliter diſponatur, quàm de rebus vſurarii.

5. Cætera ſerventur, vt priùs de rebus mobilibus conſiſtentibus in vadiis, dictum eſt.

ANNOTATIO.

In hoc capite, tractatur de re immobili pignori data, cum terra datur in vadium pro certa pecuniæ ſumma: Creditor enim pecuniam ſuam credit; & debitor, acceptâ pecuniâ terram ſuam creditori oppignorat: interpoſito pacto de retrovendendo: Tùm ſcilicet, creditor promittit, ſe terram debitori reſtituturum; cùm pecuniam ſuam ab eo receperit. In hoc contractu, duplex poteſt eſſe conventio: Aut enim convenit inter creditorem, & debitorem, quòd redditus, & exitus terræ oppignoratæ ſe acquietent; hoc eſt, quòd computentur in ſortem, ſive ſummam principalem; hoc eſt, quòd exitus, & fructus percepti, deputentur in ſolutione debiti de judicib.c.193. cujuſmodi pactio eſt licita; aut inter eos convenit, quòd fructus terræ, in nullo ſe acquietent; hoc eſt, quòd non computentur in ſortem, hoc eſt, vt creditor fructus lucrifaciat, ſorte manente integrâ, vt ait Cujacius. lib. 2.tit.3.*de feud. Et hæc pactio vſuræ eſt proxima: tamen de jure civili videtur eſſe permiſſa, minimèque vſuraria.* l.ſi eâ lege.17.C.de vſur. *Eam quoq; jus Canonicum expreſsè probat, & confirmat.* c.regimini.2.de emt.et vendit.extravag. com.lib.3. *confirmatur quoq; per* Stat.Rob.3.c.21. *Dicitur mortuum vadium hoc in loco, vt dixi* de verb. ſignif. verbo Mortegage. *In jure civili dicitur ἀντίχρησις, quia vadium, ſive pignus datur pro vſu pecuniæ.* l.1 §.3.ff. de pignorib.l.pecuniam 33.ff. de pignorat.act. *In hoc regno, vulgò dicitur* [Wedſet landes]

DE

DE MALITIOSA VADII DETENTIONE. Cap. 6.

NOtandũ eſt, quòd ex quo aliquis ſolverit id quod debuerat vel ſi ſe ſoluturum competenter obtulerit; ſi creditor vlteriùs vadium petentis malitiosè detinuerit, debitor conquerens, Breve de recto habebit.

Of redemption of lands wodſet.

leg. burg. c. 84. Iac 2. parl. 8. c. 36. Infr. lib. 3. c. 35. parl. 3. c. 19.

2. Apparens per hoc Breve creditor ſummonitus in Curia; aut recognoſcet terram illam vt vadium ſuum, aut dicit ſe tenere terram in feudo, vt ſuum jus.

3. In primo caſu, aut oportet eum vadium reddere, aut cationabilem cauſſam oſtendere in Curia, quare non debeat.

4. In ſecundo caſu, vtroque comparente ſcilicet, creditore & debitore, ponetur ſuper recognitionem patriæ, vtrum creditor ille, teneat terram illam vt feudum ſuum: vel in vadium, vel vtrũ pater ejus, vel alius anteceſſor fuerat inde ſaſitus vt de feudo, vel vt de vadio, die quo obiit. Et ſic poteſt objici ei qui ſaſinam patris ſui petit. Et ſic poteſt recognitio multipliciter variari pro modo petendi & reſpondendi. Si autem recognitio à neutro petatur, procedet placitum in Curia, ſuper recto.

[a] *quia oblatio pecuniæ facta creditori æquiparatur ſolutioni.*

Iac. 3. parl. 5. c. 27. Mar. Reg. parl. 6. c. 30. Iac. 6. parl. 12. c. 135. c. 138. parl. 15. c. 24. 7 Glanv. lib. 10. c. 9.

DE MVTVO DATO SVB FIDEI INTERpoſitione. Cap. 7.

DIe autem ſtatuto, debitore apparente in Curia: ſi creditor nõ habeat inde, neque plegios, neque vadium, niſi ſolam fidem: non eſt probatio in Curia Domini Regis.

2. Verumtamen ſub fidei tranſgreſſione, & læſione indagari poterit in [a] Curia Chriſtianitatis.

Glanv. lib. 10. c. 12.

[a] *i. In curia eccleſiaſtica.*

3. Et licet judex eccleſiaſticus in Curia Chriſtianitatis, poſſit cognoſcere de fidei, & juramenti læſione; & convicto inde pœnitentiam injungere: placita tamen de debitis laicorum vel de tenementis in Curia Chriſtianitatis, niſi ratione fidei, vel juramenti interpoſitione, de jure regni tractari, vel determinari non poſſunt.

ANNO-

ANNOTATIO.

VERS. 1. Niſi ſolam fidem] *Velper nudam promiſsionem, quæ juramento probetur.* l. pen. ff. de fide-juſſor. *Vel per juramenti interpoſitionem, à debitore factam, qui idoneos fide-juſſores invenire non poteſt,* l. vlt. ff. qui ſatiſd. cogant. *Cautio juratoria.* *vulgò cautio juratoria vocari ſolet.*

VERS. 3. Niſi ratione fidei] *Placita de debitis laïcorum, ſunt (vt verbo forenſi vtar) civilia, & profana: Ideoq; in Curia Eccleſiaſtica, niſi ratione juramenti, tractari non poſſunt, vt alibi dixi.* lib. 2. c. 59.

DE MVTVO DATO SVB CHARTAE expoſitione.

CAP. 8.

FActâ quæſtione & diſrationatione debiti, poteſt fieri probatio variis modis, veluti per Chartam, per teſtes idoneos, & per duellum. Glanv. lib. 10. c. 12.

2. Vt ſi quis offerat, & oſtendat in Curia alicujus, Chartam petentis, ſeu alicujus anteceſſoris petentis, ad probandum debitum: ſi adverſarius non vult [a] concedere, duobus modis poteſt contradicere.

[a] *i. Fateri chartã eſſe ſuam, vel alicujus ſui prædeceſſoris.*

3. Scilicet, concedere & recognoſcere ſigillum; & contradicere quòd per conſenſum ſuum, vel anteceſſorum ſuorum facta fuit Charta illa, vel omninò Chartam & ſigillum negare.

Conventionem in ipſa charta expreſſam.

4. In primo caſu, ſi recognoſcit ſigillum ſuum in Curia, Chartam illam warantizare, & [b] tenorem ejuſdem ſine contradictione ſervare tenetur.

5. Suæ autem malæ cuſtodiæ imputetur, ſi damnum inde incurrat, per ſigillum ſuum ex inſolentia, aut negligentia cuſtôdum.

6. In poſteriori caſu, per aliquem idoneum teſtem, qui in ipſa Charta inſeritur, poterit probare per duellum.

l. *Comparationes. 19. et ibi Dd. C. de fid. inſtr.*

7. Alio etiam modo fides eſt adhibenda Chartis, vt per collationem ſigillorum plurium, & alias chartas, eodem ſigillo ſignatas: de quo ita conſtat, quòd inde nulla ſuſpicio ſit, nec diverſitas in ſigillis; ſed de quibus conſtet, quòd ejus Chartæ ſint, qui Chartam illam ſuam eſſe negat. Itaque quòd eas bene warantizat in Curia.

8. Tunc enim ſi ita per omnia concordent, quòd nulla ſuſpicio diverſitatis ſigillorum appareat; haberi ſolet pro convicto.

9. Et

Digitized by Google

9. Et ſive hoc, ſive alio legitimo modo, aliquis convincatur; ſuper tali re, loquêlam ſemper amittet; ſive placitum fuerit de debito, ſive de terra, ſive de quacunque alia re. Et prætereà in miſericordia Regis remanet. *Pœna ejus qui de falſa Charta cõvincitur.* vid. lib. 4. c. 13.

10. Sed ſi ſigillum aliquod[c] dedicatur, & per collationem probari non poterit; nec etiam fuerit notum in Curia: tunc per duellum poterit terminari; quia hoc ad crimen pertinet falſitatis. [c] *i. contradicatur.*

ANNOTATIO.

VERS. 1. Veluti per Chartàm) *Non minùs valet, quod ſcriptura, quàm quod vocibus linguâ figuratis, concipitur.* l. non figura. 38. ff. de verb. oblig. *Etiam ſi ſit privata ſcriptura, quæ fidem facit contra ipſum ſcribentem, cùm non ſit veriſimile, quenquam ſcribere contra ſe, niſi quod ſit verum, vt* not. Dd. Inſtit. de liter. oblig. & in l. exemplo. C. de probat. *De comparatione literarum.* vid. l. 19. & ibi gl. C. de fid. inſtr. & Novell. quomodo inſtrum. §. certè. §. cæterùm. conſtit. 73. *Privata ſcriptura.*

DE COMMODATO.

Glanv. lib. 10. c. 13.

CAP. 9.

COmmodati autem cauſſa, ſolent res aliquæ deberi.

2. Ecce ſi rem meam, gratis tibi commodavero, ad vſum tuum, inde percipiendum in ſervitio tuo; expleto quidem ſervitio, rem meam mihi reddere teneris, ſi exſtat ſine deterioratione. Exod. c. 22. 14. 15. Levit. . . 4. Num. c. 7. 8. Deut 24. 10. 11. Matth. 5. 42. Luk. 6. 34. 35.

§. 3. Si autem res ipſa interierit vel perdita fuerit; vel deterior effecta, quocunque modo in cuſtodia tua, omninò teneris, ad pretium rationabile reſtituendum.

4. Prætereà, ſi quis rem ſuam, ad certum locum, vel ad certum tempus, alii commodaverit, & ſi is, qui eam ſic recepit, vltra illum locum, vel illud tempus eâdem re, vſus fuerit: in quantum id emendare debet, [a] vel ſub qua inquiſitione, vel ſub cujus probatione, ſit id judicandum quæro? Reſpondetur, commodantis, et per teſtes ipſius. [a] *i. Sub qua probatione vel ſub quo genere probationis.*

5. A furto omnimodo excuſatur per hoc quod initium ſuæ detentionis habuit, per Dominum hujus rei.

6. *Item* quæro, vtrum Dominus rem ſuam, ita alii commodatam, infra limitatum tempus, vel locum revocare poterit, cùm ejus vſu interim ipſe indigeat?

Digitized by Google

7. Reſpondetur, quod non. Quiá commodatum non revocatur, niſi poſt vſum expletum, cujus gratia, res fuerat commodata.

ANNOTATIO.

VERS. 2. Gratis] *Nam ſi merces intervenerit: erit locatio, & conductio.* §.item 15. Inſtit. de commod. *Et ſi pretium fuerit ſolutum, vel de eo ſatisfactum erit emtio, & venditio, vt dicetur capite proximè ſequente.*

Ad vſum tuum] *In commodato non datur res ipſa, vt in mutuo, ſed tantùm ejus vſus.* l. 1. §. 6. ff. commod. *Ideòque in commodato, res eadem numero, ſive eadem ſpecies reſtituitur. In mutuo ſufficit reddere rem ejuſdem generis, vt vinum pro vino, oleum pro oleo.*

VERS. 4. Prætereà] *Qui rem alienam conſentiente Domino contrectat, excuſatur à furto, quoniam abeſt doloſus fraudandi animus, ſecundum diſtinctionem.* Bart. in l. Item quæritur. 13. §. vlt. ff. locat. *& notum eſt, delicta æſtimari animo, & propoſito delinquentis.* l. qui injuriæ. ff. 55. de furt.

VERS. 7. Qui commodatum] c. vnic. extr. de commodat. l. in commodato. 17. §. 3. ff. commodat.

DE EMTIONE ET VENDITIONE.

CAP. 10.

Glanv. lib. 10. c. 14.

EX cauſſa quoque emtionis, & venditionis, debetur aliquid, cùm quis rem ſuam alii vendiderit. Debetur enim pretium ipſi venditori; & res emta, emtori.

2. Perficitur autem emtio, & venditio cum effectu, ex quo, de pretio inter contrahentes convenit. Ita tamen quòd ſecuta fuerit, rei venditæ, vel emtæ traditio.

3. Vel ſi pretium fuerit inde ſolutum, aut totum, aut pars.

4. Vel ſaltem arrhæ inde fuerint datæ & receptæ.

5. Sed in duobus caſibus prioribus, nullo modo poteſt alter-vtra partium contrahentium, ſolâ voluntate à re contracta recedere, niſi ex aliqua juſta & rationabili cauſſa; veluti ſi inter eos convenit, vt liceat alterutri eorum inde ſe impunè retrahere, infra certum terminum. Tunc enim licet vtrique, ſicut convenit, infra dictum terminum à contractu impunè recedere: Quippe, generaliter verum eſt, quòd conventio vincit legem.

6. In tertio caſu, vbi arrhæ ſunt datæ, & receptæ, ſi emtor à contractu recedere voluerit: id ei cum arrharum amiſſione licebit.

7. Si

Digitized by Google

7. Si autem venditor recedere ab ipso contractu voluerit; in tali casu quæro, vtrum id sine pœna facere possit? Quòd non videtur, quia tunc videretur melioris conditionis in hoc venditor, quàm emtor. Siquidem emtor perdit quod dedit, scilicet, arrhas: Igitur venditor, duplum restituere compellitur & duplicabit arrhas; licet nihil super arrhis expressum fuit.

8. Præterea si venditor ipse vendiderit rem suam emtori, tanquàm sanam, & sine mahamio: si poterit postea emtor rationabiliter rem ipsam, eo tempore minùs sanam fuisse & cum mahamio, probare: tunc quidem venditor tenetur rem suam rehabere.

9. Verùm sufficit, eam rem fuisse idoneam tempore contractus, quicquid postea de illa contigerit.

Annotatio.

Vers. 2. Perficitur] *Contractus emtionis, tribus modis perficitur: Primus est, solutio pretij, & ipsius rei traditio: Nam substantia emtionis, ex parte emtoris, est pretium; ex parte autem venditoris, est merx sive res, quæ venditur.* l. emti. 11. ff. de contrah. emt. l. in re mandata. 21. C. mandat. *Secundus modus est, conventio de pretio: Nam tametsi pretium sit de substantia & forma emtionis.* l. emti. C. de contrah. emt. *tamen numeratio pretii, non est necessaria, sed sufficit conventio, de eo numerando.* l. 2. ff. de contrah. emt. d. l. 9. *Tertius modus est, datio sive traditio arrharum: hoc enim est certum argumentum contractæ emptionis,* §. emptio. Instit. de empt. & vend.

Emtio consensu partium contrahitur, ideoque dissensu distrahitur.

Vers. 5. Recedere] *Si in emtione pretium sit solutum, non sufficit contrarius consensus; sed requiritur actus priori similis retrogens contractum.* l. 5. C. de oblig. l. 1. cum seq. quand. licet ab emt. recedi. l. 3. l. 7. C. de rescind. emt. l. 58. de pact. l. 80. de solut.

Vers. 8. Præterea] *Si vitium rei venditæ est manifestum, periculum est emtoris* l. ea quæ. 43. §. 1. ff. de contrahend. emt. *si vitium est latens, venditor tenetur.* l. ex emto. 11. §. 4. de actione emt. *Et in hoc casu si res emta est tradita emtori, actio redhibitoria datur emtori, adversus venditorem, vt dissolutâ emtione, venditor cogatur rem recipere, ejusq; pretium cum vsuris, omniq; interesse, emtori restituere.* d. l. ex emto. §. 1. l. sciendum. 19. l. debet. 27. de ædil. edict. l. 1. l. 4. Cod. de ædil. act. *Sed emtor rei vitiosæ, qui agit actione redhibitoriâ, probare debet vitium præcessisse venditionem, hoc est, fuisse vitiosam, antequam emeretur.* l. 4. ff. de probationib.

De vitio rei emtæ et venditæ.

Actio redhibitoria

De periculo rei emtae, et warantizatione ejusdem.

Cap. II.

Glauv. lib. 10. c. 14. in fin. c. 15.

PEriculum autem rei emtæ & venditæ illum generaliter respicit, qui eam tenet; Nisi aliter inter eos convenerit.

Digitized by Google

2. Warantizare autem emtori & ejus hæredibus venditor,& ejus hæredes tenentur rem venditam, ſi fuerit res immobilis ; & inde ponatur in placitum,eo modo,quo ſupra dictum eſt in tractatu de warantis.

lib.1.c.15.cum ſeqq.

3. Si verò fuerit res mobilis,quam aliquis petit verſus emtorem, eo quòd priùs fuerat ei vendita vel commodata , aut ex aliqua alia juſta cauſſa acquiſita,nõ [a] adjecta felonia: Idem dicendũ eſt quod de re immobili ſuperiùs eſt expreſſum.

[a] *i.Sine dolo malo.*

ANNOTATIO.

VERS. 1. Qui eam tenet. *Id eſt, poſſidet. Poſſeſſor rei emtæ, eſt ejus Dominus: Res autem emta,ſi perit, Domino perit.*l.pignus.8.C.de pigner .act. *Quia cujus eſt commodum, ejus eſt periculum.* Inſtit. de emt.& vend. § cum antem

DERE FVRTIVA VVARANTIZANDA.

CAP. 12.

Glanv,libI.10,c,15.lib 1.c.16.

SI verò res aliqua,ex cauſſa furtiva petatur,verſus emtorem; ipſe emtor tenetur ſe à cauſſa furtiva ſibi impoſita, defendere; aut warantum inde vocare.

2. Si itaque emtor warantum vocaverit, aut certum, aut incertum.

3. Si certũ vocaverit warantũ in curia,quem dicit ſe velle habere warantum: tunc [a] ei dies ponendus eſt in curia.

[a] *Ad quem emtor warantum ſuum ſiſtat in judicio.*

4. Et ſi ad diem illum, præſens fuerit is, qui vocatus eſt in warantum,& venditionem ipſam ac rem venditam & emtam, ipſi emtori warantizaverit in curia; tunc emtor ipſe, omninò inde liberabitur .Ita quòd propter hoc nihil [b] de recto perdere poterit.

[b] *Al.de catero.*

5. Si autem de warantizatione ei [c] defecerit;tunc erit placitũ illud inter emtorem & warantum: Ita quòd ad duellum inde poterit perveniri .

[c] *i. Si rem emtam warantizare recuſaverit.*

LICET VVARANTO VOCARE SVVM VVArantum.

CAP. 13.

Glanv.lib. 10.c.15. in fin.c.17.lib.1,c.23.

SEd warantus warantum poterit vocare in Curia : Et ſi certũ warantum vocaverit, in tali caſu, ad quartum warantum erit ſtandum.

2. Præ-

Digitized by Google

2. Prætereà cùm quis, ita vocaverit warantum ſuum, de re quæ petitur furtiva, ſolet warantus attachiari, & ſi is ſufficientem probationem de mercatu ſuo legitimo habuerit, hoc ipſum à felonia liberabit. Sed tamen à damno non ſervat, quin rem amittat.

3. Sed ſi inde ſectam bonam non habuerit, & ſufficientem probationem: in periculo eſt.

4. Probari autem ſolet res ex debeto, vel ex emto, vel excommodato, generali probandi modo in Curia; ſcilicet, per ſcriptum vel per duellum.

Annotatio.

Vers. 1. Ad quartum] *Quartus warantus reſpondebit præciſè.* lib. 1. c. 23. *Sed tertius warantus reſpondebit præciſè.* Quon. Attach. c. 10. *Sed hoc videtur locum habere in haimhaldatione catallorum; & generalem regulam veram eſſe de reſponſione facienda per quartum warantum.*

Vers. 2. Prætereà] *Hunc locum reſtitui ex* Glanv. lib. 10. c. 15. in fine. et. c. 16.

Prætereà cùm quis ita nominavit warantum de re quæ petitur, furtiva; ſolet warantus ipſe attachiari, per Breve domini Regis vice-comiti directum.

Vers. 3. *Si verò incertum vocaverit warantum: in tali caſu, ſi ſufficientem habuerit probationem de legitimo mercatu ſuo; id eum à felonia liberabit. Sed tamen à damno non ſervat, quin rem amittat.*

De Locato, et Conductо.
Cap. 14.

EX locato quidem & conducto, ſolet res quandoque deberi, vtpote, cùm quis locat rem ſuam alij, vel ad certum terminum, certâ interveniente mercede.

Qui capit, ille locat: qui conducit, pretium dat. Glanv. lib. 10. c. 18 l. quæro. 54. §. 1. ff. de locat. l. 3. invitos. 11. C eod. tit.

2. Tenetur locator rem ſuam locatam ad vſum dare, conductor verò mercedem ſolvere.

3. Sciendum autem eſt, quòd elapſo termino, poteſt locator licitè ſuam rem locatam, etiam ſuâ propriâ authoritate recipere.

4. Sed quid ſi conductor cenſum ſuum ſtatuto tempore non ſolverit: Nunquid in hoc caſu, licet locatori, ipſum ſuâ authoritate expellere vel non?

L. 1. l. 2. C. de Iur. emphyt. Lac. 6. par. l. 5. c. 146.

5. Tu dic: quòd Emphiteota Eccleſiæ, ſi ceſſaverit per biennium in ſolutione penſionis ſuæ, cadit à jure ſuo, & poteſt expelli, per prælatum Eccleſiæ.

6. Prædictus verò contractus, qui ex privatorum conſenſu, factus fuerit: & habere privatas conventiones conſueverit: non ſolet in Curia Domini Regis tueri, & quidē in talibus contractibus, qui quaſi quædam privatæ conventiones cenſeri poſſunt, Curia Domini Regis intromittere ſe non ſolet.

supr. c. 4. h. lib.

DE PROCVRATORIBVS, A QVIBVS, qui, & quomodo conſtitui poſſunt.
CAP. 15.

PLacita in ſuperioribus expoſita, ſuper recto quidem & proprietate rerum, prodita ſunt.

Glanv. lib. 11. c. 1.

2. Quæ proſequi, quis poteſt (ſicut & alia quælibet placita civilia) tâm per ſe ipſum, quàm per ſuum reſponſalem, loco ſui ad lucrandum vel perdendum poſitum.

3. Verùm oportet eum eſſe præſentem in Curia Domini Regis, qui alium loco ſui ibi ponit: ſolet enim hoc fieri coram juſtitiariis Domini Regis, in [a] banco reſidentibus. Aliter enim quàm per Dominum præſentem in Curia nullus recipitur omninò reſponſalis.

a i. In Curia Angliæ. Regis Henr. 8. Ann. 25. c. 16.

4. Nec oportet adverſarium ob id præſentem eſſe; nec etiā illum qui loco alterius ponitur, ſi ſit notus Curiæ.

5. Poteſt itaque vnus ſolus etiā loco alterius poni, duo vel plures ſimul vel ſub diſjunctione: ita quòd ſi vnus intereſſe non poſſit; reliquus, vel reliqui, illud placitum exſequentur.

Vid. Iac. 1. parl. 9. 1 25.

6. Per procuratorem itaque talem, poteſt placitum illud deduci in curia, & terminari ſine debito; ſive per judicium, ſive per finalem concordiam, adeò planè & firmiter, vt per eum, qui alium loco ſuo inde poſuit.

[b] *i. Etiam ſi ille qui conſtituitur, ſit notus Curiæ. i. perſonis Curiæ. veluti judici, et alijs.* lib. 1. c. 25. 12.

7. Sciendum eſt etiam, quòd non ſufficit alium conſtituere ſuum reſponſalem, quàm Seneſcalum, aut ballivum ſuum de terris & rebus ſuis diſponendis, [b] etiamſi conſtet curiæ.

[c] *Al. habeat. Bart in §. datus autem. Inſtit. de ſuſpect. tutor per l. maritus C. de. procurato.*

8. Ad hoc quòd idem recipi debeat in curia, loco Domini ſui in aliquo placito; oportet, quòd [c] intercedat ſpeciale mandatum per literam patentem, ad lucrandum vel perdendum.

9. Poteſt autem pater ponere filium ſuum pro ſe, & vice verſâ, extraneus quoque extraneum, vxor quoque maritum, & ſic de aliis.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIO.

VERS. 2. Placita civilia] *Nam in cauſſis criminalibus procurator non recipitur* l.pen.§.1.ff.de public.Iud.c. veniens.15.de accuſat. *Sed tamen admittitur ad allegandũ cauſſam abſentiæ*.l.9.*& ibi* gl.ff.de procur. *Aliud dicendum eſt de jure noſtro Municipali*.l.ac.6.par.11.c.90.

VERS. 4.Præſentem eſſe]*Quia abſens contra abſentem poteſt conſtitui*.l.1 ff.de procurat.gl.in.l.neque 11.C.eod.tit.l.1.in prin.de verb. oblig.l.22.§. 10.ff.mandat.

VERS. 5. Mandatum]*Quod tria continere debet. Primò, nomen conſtituentis. Secundò, nomen conſtituti. Tertiò, quòd conſtituens ratum habere velit, quicquid à conſtituto factum fuerit* .leg.in.c.1.&.c.manda.de procurator.

DE ESSONIO, ET REVOCATIONE PROcuratorum.

CAP. 16.

CVm quis itaque juxta formam præſcriptam, loco alterius ponitur, in aliquo Placito: Nunquid eſſonium ex ſua perſona, vel ex perſona Domini ſui tantùm, vel vtriuſque perſona locum habebit in Curia. Glanv.lib.11.c.3.

2. Equidem eſſonium ipſius procuratoris, locum habebit[a] ſolummodo[a] in tali caſu: donec ipſa procuratio revocetur. [a] *In eo caſu, vel cauſſa, in qua procurator conſtituitur.*

3. Prætereà cùm quis, ita loco alterius poſitus in Curia, de placito illo reſpondet, & id quod ad eum ſpectat, facit; nunquid poteſt Dominus eum inde pro beneplacito ſuo removere? ita quòd alium faceat inde procuratorem, maximè ſi poſteà capitales inimicitiæ intervenerint.

Procurator poteſt revocari, re integrâ. l. Si mandavero.22. ff. mandat.c.vinc.extr. eod.tit.

4. Quin antè Dominus ipſe poſſit placitum ſuum illo amoto procuratore, proſequi dubium non eſt.

5. Quia ita intelligitur quilibet, alium loco ſuo ponere, ſcilicet, ſi ipſemet intereſſe non poterit.

6. Obtinet igitur, quòd Dominus talem procuratorem, poſſit à qualibet litis parte amovere, & alium loco ejus ponere: ſub forma præſcripta pro ſe in Curia. *Procurator conſtituitur cumulativè et non privativè.*

ANNOTATIO.

VERS. 2.Equidem] *Eſſonium admittitur in perſona procuratoris, eodem modo quo ipſi Reo conceditur: quia abſens Reus per procuratorem cauſſam abſentiæ reddere poteſt.* Vd.Supr.c. 14.l.71.ff.de procurat.

FAC-

Digitized by Google

FACTVM MARITI VXOREM, ET PROCVratoris dominum obligat.

CAP. 17.

Glanv.lib.11.c.3. l.2.l.nihil.20.l. maritus 21.ettibigl.Bart.C. de procurat.reg.burg.c. 33.

CVm itaque maritus aliquis, poſitus loco vxoris ſuæ, in placito de maritagio, vel de dote ipſius vxoris, aliquid amiſerit; vel [a] diſrationaverit de jure ipſius vxoris, per judiciū vel per concordiam: Nunquid poterit mulier iterum placitum inde movere, aut tenebitur omninò factum viri ſui, etiam poſt mortem ipſius, [b] tueri.

[a] *i. In judicio recuparaverit,*
[b] *Al. tenere.*

2. Non videtur, quòd mulier debeat in tali caſu, aliquid de jure ſuo amittere; quia dum fuit in poteſtate viri ſui, nullo modo ejus voluntati poterat contraire, vel ſibi contradicere.

lib.1.c.13.Glanv. lib. 11.c.4.

3. Sed dicitur contra. Quia ea quæ in curia Domini Regis facta ſunt, rata & firma eſſe convenit.

[c] *Compellendus eſt, captis pignoribus.*

4. Et [c] diſtringendus eſt Dominus ad tenendum illud, quod per reſponſalem ſuum, in curia factum eſt, ſive per judicium, ſive per concordiam.

5. Sed quid erit, ſi Dominus non habeat tantum, vnde diſtringi poſſit; reſponſalis autem habeat: Equidem non eſt diſtringendus reſponſalis ipſe.

Supr.c.15.3: Glanv. lib.11.c.5.lib.1.c.7.c. 8.

6. Quòd autem dicitur, quòd non poteſt aliquis alium loco ſui cum effectu ponere; niſi præſens fuerit in Curia: Contrarium videtur, in his quæ primo libro de eſſoniis poſita ſunt. Ibi enim dicitur, quòd ſi quis poſt tertium eſſonium, aliquem quicunque fuerit ille, reſponſalem miſerit, ſaltem cum literis ſuis, recipietur in curia.

Ex vi judcij. i. ex forma judicij, ejuſque modo; abſens enim poteſt conſtituere procuratorē qui pro eo compareat excuſatorio nomine: ſed non ad cauſſam agendam

7. Sed hoc contingit ex vi judicii; aliud obtinet, vbi per conſiderationem curiæ, vel per diſtrictionem judicii, alium quærit loco ſui, ponere in placitum ad lucrandum; vel perdendum pro ipſo.

DE PROCVRATORIBVS RELIGIOSORVM.

CAP. 18.

Glanv.lib.11.c.5

PRætereà notandum eſt, quòd Abbates, & Priores canonicorum Regularium, per ſe recipiuntur in curia, ſine licentia ſui conventus.

2. Alii Priores ſive canonicorum, ſive Monachorum, ſi fuerint

rint Cellarii, ſine literis Abbatis ſui, vel magni Prioris, etiam admittuntur in curia.

3. *Item* Magiſter militiæ templi, & Capitales Priores Hoſpitalis de Hieruſalem, per ſe recipiuntur.

Privilegium et ibi gl. de verb. ſignif. lib. 6

4. Nulli autem inferiores iis, de ſuo ordine poſſunt admitti.

ANNOTATIO.

Volaterranus, *Anthropologiæ.* lib. 21. *ſcribit Hyeroſolimis tres ordines, eoſque militares inſtitutos fuiſſe; Sancti Ioannis Baptiſtæ, Templariorum, et Sanctæ Mariæ Teutonicorum: porrò, Templariorum ordo initium accepit circa annũ Domini* 1122. *Et ducenteſimo poſt anno, deletus eſt à Clemente quarto ſũmo pontifice, precibus & hortatu Philippi pulchri Galliæ Regis.*

DE POTESTATE ALIVM SVBSTITVENDI.
CAP. 19.

PRætereà cùm vnus, vel duo ponuntur in curia loco alterius, in placito aliquo prædicto modo nunquid ille vnus, poterit ponere alium, vel vnus eorum duorum reliquum, vel etiam aliquem tertiũ loco ſui, vel loco Domini ſui in placito, ad lucrãdũ vel perdendum pro eo?

2. Tu dic; quòd non: Quia procuratori omnia videntur eſſe prohibita, quæ non ſunt ſibi expreſſè conceſſa.

DE PLACITIS DEVOLVTIS AD CVRIAM domini Regis.
CAP. 20.

Glanv. lib. 12. c. 1. & 2 lib. 2. c. 16.

PRædicta quidem placita de recto directè, & ab initio, veniunt ad Curiam Domini Regis; & ibi, vt dictum eſt, deducuntur, & terminantur.

2. Quandoque etiam, licet ab initio non veniant in Curiam Domini Regis, veniunt tamen per [a] tranſlationẽ, vbi curiæ Dominorum, de recto defeciſſe probantur.

[a] *Cũ ſcilicet cauſſa tranſfertur, et evocatur ab inferiore Curia ad ſuperiorem, vel per advocationem, vel reductionem, vt nunc fieri ſolet.*

3. Cùm quis itaque clamat ad liberum tenementum, vel ſervitium tenendum de alio, per liberum ſervitium; & Dominus nõ poterit inde trahere tenentem ſuum in placitum, ſine Brevi Domini Regis, vel ejus juſtitiarii; habebit igitur ad Dominum ſuum, de quo id clamat tenere Breve de recto.

4. Solent tamen placita iſta, in curiis Dominorum, vel eorũ qui

qui loco Dominorum habentur, deduci regulariter, ſecundum rationabiles conſuetudines ipſarum curiarum. Quæ quia tot, & tàm multæ ſunt in ſcriptis de facili, reduci non poſſunt.

QVOMODO CVRIAE INFERIORES PRObantur de recto defeciſſe.

CAP. 21.

Clanv. lib. 12. c. 7 Panorm. in c. M. ferrarien. ſiu P è colum, de conſtitut.

PRobãtur autem ipſæ Curiæ defeciſſe de recto, in hunc modũ.

2. Conquerente petente, vice-cometi; ſuper eo quod petit, vice-comes mittet ad Curiam ipſam, die quæ litigatoribus, à Domino ſuo illius curiæ ſtatuta fuerit, aliquem ſervientem ſuum, vt ille coram quatuor legalibus militibus, vel plurib̃us ejuſdem comitatus qui ex præcepto Domini vice-cõitis ibi aderũt; audiat, & videat probationem petentis, ſi curia ipſa ei de recto in placito defecerit.

3. Quod & ipſe petens, ſic eſſe juramento ſuo, vnà cum duobus aliis id audientibus, & cum eo jurantibus, probabit.

[a] i. Ad curiam vicecomitatus.

4. Sub tali ergo ſolẽnitate, ſolent loquelæ à quibuſdam curiis, ad [a] comitatum tranſferri: ibique de novo tractari, & terminari finaliter, ſine contradictione, vel recuperatione ipſarum curiarum Dominorum, vel eorum hæredum, quantùm ad illud placitum: Quia Curiam ſuam eâ ratione non poſſunt repetere.

5. Sin autem priuſquam curia aliqua, prædicto modo probetur de recto defeciſſe; loquela aliqua ab ea, ad ſuperiorem curiam trahatur; poterit Dominus illius Curiæ, die placiti, curiam ſuam eâ ratione repetere, quòd nondum probata fuerit de recto defeciſſe. Et ita eam per judicium retrò habebit, niſi ſibi probetur derecto eam, vt dictum eſt defeciſſe.

6. Sciendum tamen eſt, quòd ſi ad curiam capitalem Domini Regis, loquela tractâ fuerit: fruſtra vendicabit quis die placiti curiam ſuam; niſi tertio die antè, coram legalibus hominibus eam vendicaverit.

7. Nullo autem die poſito ipſi petenti, vnde conqueri poſſit juſtè, de dilatione facta ei; ſufficit falſare curiã ſuã ſub forma præſcripta, quocunque loco voluerit, in feudo ipſo ſi Dominus nullam habuerit reſidentiam ſuper feudum ipſum.

8. Sicut ipſi Domino licet curiam ſuam inde tenere, & ipſi petenti diem ponere, quocunque loco voluerit ſuper feudum

ſuum

ſuum, extra feudum non licet de jure.

9. Debet autem impetrare Breve ſolummodò ad illum, de quo clamat tenere, is qui petit, non alium Capitalem Dominum.

10. Sed quid erit ſi petens ipſe, de vno clamat tenere, & tenens ipſe de alio teneat.

11. Equidem in tali caſu, quia is cui Breve dirigitur, placitum id tenere non poteſt (cùm alium non poſſit de Curia, vnde ipſe ſaſitus intelligitur, injuſtè, & ſine judicio diſſaſire) ex neceſſitate veniat ad Comitatum, & ibi procedat placitum in Capitali Curia.

12. Itaque vterque Dominorum, ibi per ſummonitionem adeſſe debet, vt vtroque præſente, res agatur, pro vt ſupra dictum eſt, in tractatu de warantis. Lib. 1. c. 84.

AD VICE-COMITEM PERTINENT placita Dominorum, qui de recto defecerunt.

Cap. 22.

AD Vice-comites provinciarum pertinent prædicta placita Dominorum, vbi Curiæ ipſorum Dominorum probantur defeciſſe de recto. Glanv. lib. 12. c. 9.

2. Et alia quædam, veluti ſi quis conqueratur Curiæ Vicecomitis, de Domino ſuo, quòd contra conſuetudines, indebita ſervitia, vel plus ſervitii, ab eo exigat, de libero tenemento, quòd de eo tenet, quàm inde facere debet ſibi. lib. 2. c. 63. 15.

DE CVRIARVM RECORDIS.

Cap. 23.

REcordum poteſt habere quælibet Curia, ex beneficio Domini Regis, vel juſtitiarii principalis.

2. Quemadmodum ſi Dominus Rex aliqua rationabili cauſſa motus; fecerit aliquam Curiam ſummoneri, ad recordum faciendum in Curia ſua. Ita quòd velit Dominus Rex, quòd ejus recordo, non liceat contradici.

3. Solet autem multoties aliqua Curia ſummoneri, quòd habeat recordum alicujus loquelæ, coram Domino Rege vel ejus juſtitiario: licet inde habeat recordum, cui contradici non poſſit.

Quia

Digitized by Google

Quia ex conſenſu partium poterit ipſa loquela, per ipſum recordum procedere; ſi recordum tale eſſe conceſſerint.

4. Fieri autem debet ſummonitio, per Breve Domini Regis, de recordo habendo, coram juſtitiario.

5. Præterea, recordum habent in Curia Domini Regis, minores Curiæ de his quæ in eis facta ſunt; quod contingit quando aliquis Baro habet aliquam cauſſam in Curia ſua, vnde dubitatio rationabilis oriatur: Ita quòd Curia ſua eam cauſſam determinare non ſufficit: tunc poteſt Dominus ipſe, Curiam ſuam ponere in Curiam Domini Regis: Ita quòd de dubitatione ipſa, conſilium & aſſenſum Curiæ Domini Regis habeat, quid inde de jure fieri debeat.

6. Et hoc debet Dominus Rex de jure Baronibus ſuis, ſcilicet, quòd ob talem [a] cauſſam, poſſunt ſui Barones Curias ſuas, ſic in Curiam ſuam ponere: Ita quòd Dominus Rex faciat, eis habere in Curia ſua, de peritis hominibus ſuis conſilium judicii.

[a] *Difficilem & obſcuram.*

7. Cùm autem ſuper dubitationibus ipſis, in Curia Domini Regis, fuerint certificati, poterunt inde ad Curiam ſuam, cum loquela ſua redire, & ipſam in Curia ſua deducere & terminare finaliter.

8. *Item*, eodem modo, quo aliæ Curiæ minores, recordum habet [b] comitatus per aſſiſam de conſilio Regni inde factam.

[b] *i. Curia vicecomitis.* Glanv. lib. 8. c. 9 Lib. 2. c. 6.

9. Quemadmodum ſi fuerit in aliqua Curia minore duellum vadiatum, & poſtmodum loquela ipſa in Curiam Domini Regis tranſlata fuerit de clameo petentis, & de defenſo tenentis, & de verbis quibus duellum emerſit judicatum & vadiatum, & de plegiis inde datis, & receptis ipſa Curia ſuum recordum habebit in Curia Domini Regis.

10. Et de aliis, vt de excambio campionis: Si enim poſtquam loquela ipſa tranſlata fuerit in Curiam Domini Regis, producatur alius campio, in Curia Domini Regis, quàm ille qui in minore Curia, vadiavit duellum, & ſuper hoc motâ quæſtione & contentione, de hoc ſtabitur recordo minoris Curiæ, per aſſiſam regni.

Annotatio.

Vers. 3. Solet] *Ex conſenſu partium litigantium, lites in inferiore Curia motæ, poſſunt terminari in Curia Regis, per recordum et relationem inferioris Curiæ in ſuperiore Curia factam. Nunc verò de praxi, per jura hujus Regni, invito*

invito actore, cauſſa vel actio, evocari poteſt ex inferiore Curia, ad ſuperiorem Curiam Dominorum conſilij, vel per advocationem cauſſæ, vel per reductionem.

VERS. 5. Præterea] *Curia Regis debet dare conſilium inferioribus Curiis, de jure dubitantibus, et ipſam de jure conſulentibus: quia major judex, idem debet facere minoribus judicibus.* l.eum qui.70.ff.de judic.l.1.et tot.tit.C.de relationib.et ff.de appellat. et relationib.

VERS. 9. Quemadmodum] *Recordum Curiæ voco relationem ſeu repetitionem litis, vel proceſſus deducti in inferiore Curia, factam in Curia ſuperiore. Verùm quædam Curiæ, veluti Curia Regis habent recordum cui contradicere non licet.* Glanvill. lib. 8.c. 9. *cujus rei ratio redditur.* lib. 1. c. 13. 3. lib. 3.c.17.3. *Curiæ autem inferiores, vt Curia Vice-comitis, habent recordum, cui licet litigantibus contradicere, vt nimirum per ſuperiorem Curiam, vel judicem cognoſci poſsit, vtrum inferior Curia, rectè jus dixerit, necne. Inferiores Curiæ habent recordum, vel ex gratia, et beneficio Principis,* Supra hoc c. Verſ. 1. *vel ex conſenſu partium litigantium.* Verſ. 3. *per quod recordum, proceſſus inferioris Curiæ transfertur et devolvitur ad ſuperiorem Curiam, vt ibi inquiratur, An inferior Curia de recto, et jure defecerit. Et ſi de hoc recordo fuerit controverſia, probari vel improbari poteſt per conjuratores, ſeu ſacramentales. Vt in cap. proximè ſequente,* Verſ.2. *Non autem per duellum.* Verſ.3. *licet inferioris Curiæ judicium, ſine ſententia definitiva, per duellum probari, vel improbari ſeu falſari poſsit.* Verſ. 6. *Porrò vadiatur duellum, cùm actor ſive appellans, querelam ſuam proponit, eamque duello per ſe, vel per ſuum campionem, ſe probaturum offert. Et Reus, ſive appellatus, affirmat contrarium eſſe verum, et ſe, vel ſuum campionem, in ſui ſuæque cauſſæ defenſionem, ad duellandum offert. Hinc inde dantur vadia. Ab actore, vadium diſrationandi: A Reo, vadium defendendi: quod in hoc Regno ſit, cum duellones, hincinde chirothecas offerunt.* Be caſting of gloves, ilk ane, till vther.

Recordum curiæ

QVOMODO LICET CONTRADICERE recordis inferiorum Curiarum.

CAP. 24.

CÙm quis aliquid dixerit, in aliis Curiis, à Curia Domini Regis, vn de ipſum pœnituerit, poterit idem, contra totam Curiam, tertiâ manu cum ſacramento, illud ſe non dixiſſe affirmare: vel cum pluribus vel paucioribus, ſecundum conſuetudinem diverſarum Curiarum.

2. Præterea ſciendum eſt, quòd recordo minoris Curiæ, poteſt quis adjicere ſe dixiſſe ampliùs quàm in recordo ipſo continetur. Et ſe id in Curia dixiſſe, per ſacramentum quatuor lega-

Digitized by Google

lium hominum, vel plurium, per conſuetudinem Curiæ, contra totam Curiam probare.

3. Quia non tenetur Curia aliqua, ſuum recordum per duellum probare, aut defendere.

4. Excipere autem quandam recordi partem, & aliam concedere, nulli licet. Et hoc per aſſiſam regni.

5. Cùm tamen totum recordum poſſit negari ab initio, præſtito juramento, ſub forma præſcripta.

[a] *i. Sententiam definitivam.*

6. Licet autem aliqua Curia non tenetur recordum ſuum per duellum defendere: Tamen judicium [a] ſuum tueri tenetur.

Judiciũ poteſt falſari per duellum.

7. Vt ſi quis proponat verſus aliquam Curiam, ipſam falſum judicium feciſſe: Et idem falſum judicium ei reddidiſſe, & hoc paratus ſit, contra illum probare, qui hoc negare voluerit: maximè per aliquem idoneum teſtem, qui hoc paratus ſit diſrationare; ſic vterque benè poterit ad duellum pervenire.

8. Sed vtrum Curia ipſa teneatur, per aliquem de Curia ipſa ſe defendere, vel per alium extraneum, quæro? Et quidem tenetur ſe defendere, maximè per illum, qui judicium illud reddidit, & non per extraneum; Et ſi illud judicium contradictum fuerit: quia vnus in Curia, ita contradixerit, & alius ita: & ſic diſcrepando, Curia reddidit judicium, ſine vnanimi conſenſu: Tunc ſi Curia convicta fuerit, Dominus Curiæ, in miſericordia Domini Regis remanebit; & Curiam ſuam perpetuò amittet, & tota [b] Curia nihilominùs in miſericordia Domini Regis ſit.

De contrariis ſuffragijs in inferiore Curia.

[b] *i. Membra Curiæ.*

9. Si verò calumniator in probatione defecerit; loquêlam principalem ipſo facto amittet.

FEVDVM ECCLESIASTICVM IN FORO Eccleſiaſtico, & laicum in foro ſeculari, tractari debet.

Cap. 25.

Glanv. lib. 12. c. 25. Quon. Attach. c. 25. mod. ten. cur. c. 57.

PRætereà ſciendum eſt, quòd ſecundum conſuetudinem regni, nemo tenetur in Curia Domini ſui reſpondere, de aliquo libero tenemento ſuo; ſine præcepto Domini Regis, vel ejus Capitalis juſtitiarii: Ita dico, ſi laïcum fuerit feudum petitum in Brevi.

2. Verùm ſi fuerit placitum inter duos Clericos, de aliquo tenemento,

Digitized by Google

nemento, quod ſit de libera eleemoſyna Eccleſiæ: vel ſi tenens ipſe Clericus, teneat in libera eleemoſyna feudum illud Eccleſiaſticum, [a] quicunque ſit petens, placitum inde debet eſſe in foro Eccleſiaſtico, de recto jure.

[a] *Nam actor laïcus ſequitur forũ tenẽtis ſeu poſſeſſoris clerici.*

3. Verùm ſi petatur inde recognitio, vtrum fuerit liberum feudum Eccleſiaſticum, vel laïcum feudum, vt inferiùs dicetur: Tunc iſta recognitio, & quælibet alia, in Curia Domini noſtri Regis, debet tractari & terminari. Lib.3.c.34

DE EO QVI PLVS, VEL MINVS PETIT, & de errore petentis.

Cap. 26.

SCiendum eſt, quòd in Brevi de recto, quandoque minus continetur, quàm in petitione ponitur, tùm circa pertinentiam, tùm circa alia; quandoque verò plus. Glanv.lib.12.c.14.

2. Erratur etiam, quandoque circa nomen aliquod in Brevi ipſo poſitum, quandoque circa quantitatem ſervitii.

Actor poteſt plus petere re, loco, tempore & causſa. §. ſiquis agẽs inſtit. de Actionib.

3. Quando ſiquidem minùs continetur in Brevi, quàm in petitione: non plus peti poteſt per Breve illud, quàm in Brevi illo continetur.

4. Quando verò plus continetur, in Brevi, quàm in petitione, remitti poteſt id ſuperabundans, quod in illo continetur, & reſiduum auctoritate ejuſdem Brevis, peti poteſt.

5. Si verò in nomine error fuerit, de ſtricto jure, aliud Breve petatur.

6. Quando verò circa quantitatem ſervitii erratur; deſtricto quoque jure evaneſcit Breve.

Qui minus petit ſibi præjudicat.

7. Contingit autem quandoque tenementum aliquod peti, per minus ſervitium, quàm inde debeatur; vel quàm fieri ſolet, inde ipſi Domino: nunquid tenetur ipſe Dominus, per Breve illud rectum inde tenere, in ſervitii ſui detrimentum.

8. Equidem tenetur. Sed ille Dominus regreſſum inde habere poterit verſus venditorem.

DE VARIIS RECOGNITIONVM generibus.

Cap. 27.

GEneralia quæ circa placita de recto, frequentiùs in Curia contingunt, hactenus in parte ſunt expedita: Nunc verò ea Glanv.lib.13.c.1.c.2.

quæ ſuper ſaſinis ſolummodò vſitata ſunt : reſtant proſequenda.

2. Quæ quia ex beneficio conſtitutionis regni (quæ aſſiſa nominatur) pro majori parte, tranſigi ſolent per recognitionem ; de diverſis recognitionibus reſtat tractandum.

3. Eſt autem quædam recognitio, quæ vocatur de morte anteceſſoris.

Lib.3.c.32. Sup.c.25.&.infr.c.34. Infr.c.35. Infr.c.32.verſ.19. Infr.c.33.verſ.8.

4. Quædam autem de vltimis præſentationibus perſonarum in Eccleſiis.

5. Quædam vtrum tenementum ſit feudum laicum, vel Eccleſiaſticum.

6. Quædam quoque, vtrum aliquis ſit ſaſitus de aliquo libero tenemento, die quâ obiit vt de feudo, vel vt de vadio.

7. Quædam vtrum aliquis ſit infra ætatem, vel plenam habuerit ætatem.

8. Quædam vtrum aliquis præſentavit vltimam perſonam, ad Eccleſiam aliquam occaſione feudi ſui, quod in Dominico ſuo habuit, vel occaſione alicujus Wardæ.

Infr.c.36. Glanv.lib.13.c.3. Quon.Attach.c.32.

9. Quædam denique recognitio eſt, quæ dicitur de nova diſaſina.

10. Et ſi quæ ſunt ſimilia, quæ in Curia frequenter emergunt, præſentibus partibus cùm ex conſenſu ipſarum ; tùm etiam de conſilio Curiæ conſiderantibus, ad aliquam controverſiam terminandam.

DE RECOGNITIONE DE MORTE anteceſſoris.

CAP. 28.

Inc.1.part.9.c.127.

CÙm quis itaque moritur ſaſitus de aliquo libero tenemento; ita quod inde fuerit ſaſitus in dominio ſuo, ſicut de feudo ſuo, hæres eandem ſaſinam anteceſſoris ſui, rectè petere poteſt. Et ſi major fuerit, habebit Breve de morte anteceſſoris.

2. Recepto *B*revi ab ipſo Vice-comite, & Vice-comiti datâ [a] ſecuritate ab ipſo petente, de clamore ſuo proſequendo, tunc hoc ordine pervenitur ad aſſiſam.

[a] *Datis plegiis, vel fidejuſſoribus. Nam legitimè citatus, habetur pro præſente.* Stat.David.2.c.21.

3. Ab initio eligendi ſunt duodecim liberi, & legales homines de vicinêto, ſecundum formam in Brevi expreſſam, præſentibus partibus, ſcilicet, tàm tenente, quàm petente.

4. Vel abſente etiam ipſo tenente, dummodò ſummonitus fuerit ſaltem ſemel, quòd intereſſet electioni illi.

5. Quia

Digitized by Google

5. Quia ſemel ſummonendus eſt, vt præſens ſit, & audiat qui eligendi ſunt, ad illam recognitionem faciendam; & vt quoſdam etiam ex rationabili cauſſa, ſi voluerit, recuſet: vt ab ipſa recognitione excludantur.

6. Si verò ad primam ſummonitionem in Curia rectè [b] teſtatam, non venerit, vlteriùs non exſpectabitur: Imo etiam abſente ipſo, eligantur ipſi duodecim juratores.

7. Et deinde ex tranſmiſſione Vice-comitis, facient viſum terræ vel alterius tenementi, cujus ſaſina petitur, vnicam [c] tamen ſummonitionem habebit ſuper hoc, ille qui tenet.

8. Nomina etiam illorum duodecim electorum, faciet Vicecomes ipſe imbreviari.

9. Deinde ſummoneri faciat Vice-comes ipſum tenentem, quòd die ſtatuto, per breve Regis vel ejus juſtitiarii, ſit coram Rege vel ejus juſtitiario, auditurus illam recognitionem.

10. Die autem [d] primâ, & ſecundâ, ſe eſſoniare poterit is, qui tenet, ſi major fuerit is qui petit.

11. Tertiâ, verò die non poterit: imo ad terminum capietur recognitio, ſive veniat, ſive non, is qui tenet: Quia in nulla recognitione ſuper aſſiſa tantũ prodita, currunt niſi duo eſſonia. In recognitione verò de nova diſſaſina, nullũ locũ habet eſſonium.

12. Tertiâ itaque die, ſive venerit tenens, ſive non, capietur, vt dictum eſt, aſſiſa.

13. Et ſi juratores ipſi dixerint pro petente, adjudicabitur ei inde ſaſina. Et præcipietur ipſi Vice-comiti, quòd ei, illam ſaſinam habere faciat.

14. Cùm verò ſaſinam illam recupaverit is qui petit, ſaſina omnium catallorum, & omnium rerum, quæ in feudo illo tempore ſaſinæ inventæ fuerint: recuperabit & retinebit. Glanv. lib. 13. c. 9.

15. Poſt ſaſinam verò plenè recuperatam; poterit is, qui ſaſinam amiſit, ſuper recto placitare, per breve de recto; ſecundum quantitatem temporis poſt reſtitutionem plenè factam.

16. Sin autem pro tenente abſente judicatum fuerit, ei deinde ſaſina ſine recuperatione quam adverſarius ejus inde poſſit habere, remanebit. Glanv. lib. 13. c. 10.

17. Placitum tamen de recto, ſaſina illa non adimit. Sicut nec placitum de recto, ſuper aliquo tenemento, recognitionem de petenda ſaſina alicujus anteceſſoris, de eodem tenemento extinguit, [e] antequam duellum ſit inde vadiatum. Quon. Attach. c. 96.

[b] *Per ſummonitores, & teſtes probatam.* lib. 1. c. 6. Quõ. Attach. c. 3.

[c] *Al. Vnicam tamen ſummonitionem ſuper hoc, petens habebit contra illum qui tenet. Et rectè.*

[d] *i. In prima, vel ſecunda curia.*

[e] *Nam Si terra ſit amiſſa per defaltã poſt vadiatum duellum, non recuperatur.*

Reg. Majeſt.

DE HIS QVAE IMPEDIVNT BREVE de morte anteceſſoris.

CAP. 29.

Vid. lac. 4. part. 6. c. 94.

VTroque comparente in Curia, quæri ſolet ab ipſo tenente, vtrum velit aliquid dicere, quare inde aſſiſa remanere debet?

2. Vnde ſciendum eſt, quòd major quandoque contra minorem, petit hujuſmodi recognitionem: quandoque minor contra majorem: quandoque minor contra minorem: quandoque major contra majorem.

3. Tunc generaliter [a] remanebit aſſiſa, ſi is qui petit, confitetur in Curia, illius anteceſſorem, cujus ſaiſina petitur, fuiſſe inde ſaiſitum die qua obijt, in dominio ſuo; ſicut de feudo ſuo, cum cæteris articulis in Brevi illo, expreſſis. Si verò ſaiſina ipſa ſolummodò concedatur, aliis articulis non admiſſis; tunc ſuper articulo, vel [b] articulis non admiſſis, procedat aſſiſa.

[a] *i. Ceſſabit.* the aſſiſe ſall ſtay

4. Deinde hæc aſſiſa ſolet remanere, pluribus aliis de cauſſis: verbi gratia, ſi à tenente ipſo dicatur, ipſum petentem inde fuiſſe ſaiſitum, poſt mortem patris ſui, vel alicujus anteceſſoris ſui; ſive ille anteceſſor ſuus fuerat inde ſaſitus, ſive non die qua obiit; & dum in tali ſaſina fuit, tantum verſus eum feciſſe, quòd aſſiſa de cætero inde eſſe non debet: veluti ſi tenementum ipſum illi vendidit, vel donavit; vel ſi quietum clamavit, aut aliquo alio modo legitimo alienavit. Et tunc inter eos ad duellum poterit perveniri, vel ad vſitatam probationem, [c] quæ in Curia ſolet loco alicujus recipi.

[b] *i. Super articulis non admiſſis aut non confeſſis per petentem. Nam in articulis admiſſis ceſſat aſſiſa: & in non admiſſis, ipſum Breve valet, & Aſſiſa procedit,* de judicib. c. 99.

[c] *Al. quæ in Curia, ſuper recto alicujus rei, recipi ſolet.*

5. *Item*, ſi dicatur ab adverſario ipſum petentem alia vice ei litem inde moviſſe, & tunc inter eos finem [d] factum fuiſſe in Curia: Et per hoc, tenementum ipſum remanſiſſe ipſi tenenti, per finem litis, vel per duellum, vel per [e] judicium.

[d] *Vel per judiciũ, vel per concordiam finalem.* c. 1. *de litiſcon.* lib. 6.

6. *Item* villenagium in Curia objectum, & probatum, verſus ipſum petentem: aſſiſam adimit & caſſat.

[e] *Scilicet, aquæ vel ferri.* lib. 4. c. 3

7. Idem quoque facit exceptio baſtardiæ.

8. Charta quoque regia, qua ſpecialiter expreſſum fuerit, vel confirmatur ipſi tenenti, tenementum cujus ſaſina petitur per aſſiſam.

9. Plurium item hæredum conjunctio, militum, ſcilicet, in feudo militari, vel maſculorum & fœminarum in libero ſocagio.

10. *Item*

Digitized by Google

10. *Item*, ſi concedatur anteceſſorem illius cujus ſaſina petitur, habuiſſe qualemcunque ſaſinam: veluti in vadium, vel ex commodato, vel alia cauſſa hujuſmodi; eo ipſo remanebit ipſi tenenti recognitio, vel aſſiſa, & alio modo placitum inde procedet.

11. *Item*, conſanguinitas aſſiſam adimit, ſcilicet, ſi is qui petit, & is qui tenet, fuerint de eodem ſtipite, vnde hæreditas illa deſcendit, cujus ſaſina petitur. Ita dico, ſi hoc fuerit objectum in Curia, & probatum.

12. *Item*, in tractatu ſuper maritagio, in caſu illo, ſi frater primogenitus, poſt-nato fratri donavit quandam partem terræ ſuæ, qui obiit ſine hærede de corpore ſuo. In hoc caſu, & in ſimilibus caſibus, remanebit aſſiſa hac ratione, quia non poteſt aliquis ſimul eſſe hæres, & Dominus alicujus tenementi.

13. *Item*, ſi is qui petit convictus fuerit, vel confeſſus quòd aliquando fuerat in guerra contra Dominum Regem, eo ipſo remanet aſſiſa, per quam verſus alium jus ſuum petit in Curia.

14. *Item*, ratione burgagii ceſſare ſolet aſſiſa, per aliam aſſiſam in burgo conſtitutam, ex cauſſa majoris vtilitatis.

15. Non objectâ autem exceptione in Curia, quare aſſiſa ipſa remanere debeat, procedet tunc recognitio, vtràque parte præſente in Curia, per juramentum duodecim legalium hominum: Et juxta eorum judicium, judicabitur vni vel alteri ſaſina, ſub forma præſcripta.

Annotatio.

Vers. 3. Tunc generaliter] *In hoc capite, variæ exceptiones proponuntur, quæ impediunt Breve de morte anteceſſoris, & petentem excludũt à petitione hæreditatis ſui anteceſſoris. Prima autem eſt, confeſsio ipſius petentis, ſive Actoris; ſi, ſcilicet, is fatetur in judicio ſaſinam terræ petitæ, pertinuiſſe ad anteceſſorem tenentis ſive Rei.*

Vers. 4. Si à tenente] 2. *Exceptio, eſt proprietatis, & Dominii cùm tenens dicit ſe eſſe Dominum terræ petitæ, eo quòd petens eam ipſi vendidit, vel donavit.*

Vers. 5. *Item* ſi dicatur] 3. *Exceptio, litis finitæ, per finalem concordiam in judicio factam, vel per duellum, vel per judicium aquæ, vel ferri.*

Vers. 6. *Item* villenagium] 4. *Exceptio, villenagii, quia villanus ſive ſervus, non poteſt eſſe hæres, cùm nihil proprium habere poſsit.* lib. 2. c. 12.

Vers. 7. Idem quoque] 5. *Exceptio, baſtardiæ: Nam baſtardus non poteſt eſſe hæres legitimus.* lib. 2. c. 50. *de qua exceptione.* vid. lib. 2. c. 50. c. 51.

Vers. 8. Charta quoque] 6. *Exceptio, Si terra petita ſit data tenenti per Char-*

Chartam regiam, & de eo in capite tenta; quod infeofamentum publicum vocamus: ſive de alio Domino Capitali tenta, & per Regem confirmata.

VERS. 9. Plurium] 7. *Exceptio à pluralitate, & diverſitate hæredum petentium hæreditatem. Nam ſi hæreditas militis defuncti, petatur à pluribus hæredibus, ceſſat Breve, quia in feudo militari, unus tantùm, nempe primogenitus, ſuccedit.* lib. 2. c. 27. *Deinde ſi focco-mannus moritur: & ejus hæreditas petatur à maſculis, & fœminis hæredibus, petitio non valet: quia neq; in ſoccagio, neque in feudo militari, fœminæ ſuccedunt cum maſculo; cùm in omni ſucceſſione, mas fœminam excludat.* lib. 2. c. 30.

VERS. 10. *Item* ſi concedatur] 8 *Exceptio nuda poſſeſſionis, veluti ſi in Judicio, conceſſum fuerit, anteceſſorem petentis, fuiſſe ſolùm poſſeſſorem tertæ petitæ, nomine pignoris, vel commodati: tunc enim ejus hæres, non poteſt petere eam tanquam hæreditatem.*

VERS. 11. *Item* conſanguinitas] 9. *Exceptio à paritate graduum ſanguinis. Veluti ſi petens & tenens fuerint conſanguinei, ex eodem ſtipite parentelæ, unde hæreditas petita deſcendit, & ambo hoc verum eſſe confiteantur. Verumtamen non convenit inter eos, uter eorum ſit propinquior ſtipiti; tunc ceſſat Breve de morte anteceſſoris; donec inquiratur legitimè in Curia, quis eorum ſit propinquior, & per conſequens juſtior hæres.* de jucib. c. 97. *Eſt igitur hæc exceptio dilatoria.*

VERS. 12. *Item* in tractatu] 10. *Exceptio, ſuperioritatis, ſi, ſcilicet, is qui petit terram, ſit ejus Capitalis Dominus: Nemo enim & ſuperioritatem & proprietatem ejuſdem tenementi ſimul habere poteſt.* lib. 2. c. 22.

VERS. 13. *Item* ſi is] 11. *Exceptio, feloniæ vel rebellionis: Nam feloniæ damnatus contra Regem, ſui anteceſſoris hæreditatem petere non poteſt; cùm omnia bona tàm mobilia, quàm immobilia, & actiones ac jura amittat.* lib. 2. c. 55. Stat. 2. Rob. 1. c. 22. lib. 4. c. 1. Leg. Malc. 2. c. 12.

VERS. 14. *Item* ratione burgagii] 12. *Exceptio, prioris aſsiſæ in Burgo, ſive rei aliàs judicatæ, nempe eadem de re, inter eaſdem partes, & eodem modo agendi, ſive in burgo, ſive extra burgum.*

VERS. 15. Vni] *Hoc eſt, petenti vel tenenti. Nam aſsiſa ſolet judicare affirmativè, pro petente contra tenentem. Aut negativè, contra petentem, pro tenente.*

DE MINORE PETENTE, CONTRA majorem.

Glanv. lib. 13. c. 22.

CAP. 30.

CVm autem minor verſus majorem petit hujuſmodi ſaſinam: tunc locum non habet majoris eſſonium contra minorem. Quia præciſè procedet recognitio primâ die, ſive veniat major tenens, ſive non.

2. Et hac generali ratione; Quia, ex quo tenens nihil dicere poſſet in Curia; ſi præſens eſſet, quare aſſiſa illa remanere debeat, de jure procedet recognitio, non exſpectatâ præſentiâ partis

tis adverſæ. Ideò præciſè procedet inde recognitio, ſive præſente majore tenente ſive abſente, juxta formam [a] præſcriptam.

3. Et ſic reſtitutione inde factâ ipſi minori per recognitionem, ætas ipſius [b] minoris exſpectabitur, ſuper placito de recto.

[a] *Dummodò tenēs fuerit legitimè ſummonitus* Sup.c.28.4.

[b] *Nam minor non reſpondebit de recto ſeu proprietate, donec fuerit major.* Glanv.lib.13.c.12.in fin.

DE MINORE PETENTE CONTRA MINOREM.

CAP. 31.

CÙm minor verſus minorem petit, eodem modo ſine aliqua variatione procedet recognitio, vt inter minorem & majorem procedere ſolet.

Cùm ambo & petens & tenens, ſint privilegiati eodem previlegio ætatis, alter contra alterū non vtitur eſſonio. Glanv.lib.13.c.13

DE MAIORE PETENTE CONTRA MINOREM.

CAP. 32.

SI major contra minorem petit, poterit quidem minor verſus majorem ſolito more eſſoniare.

2. Qui cùm venerit, ratione ætatis dilationem petere poterit, vt inde non capiatur recognitio, de morte anteceſſoris, donec ad plenam venerit ætatem.

3. Sciendum eſt tamen, quòd oportet ad hoc, quòd [a] remaneat aſſiſa ratione ætatis: quòd minor ſe dicat eſſe in tenemento, vnde petitur aſſiſa: & ideò non debere recognitionem illam procedere, antequam plenam ætatem habeat. Et etiam quòd pater, vel alius anteceſſor ejus, fuit inde ſaſitus, die illâ quâ obiit.

4. Occaſione autem ſaſinæ alicujus tenementi, quòd aliquis infra ætatem conſtitutus perquirit, & jure ſuo tantùm retinet, nec remanet verſus eum recognitio, vel placitum ſuper proprietate.

5. Si verò replicetur verſus minorem, anteceſſorem ſuum ſaſitum obiiſſe de tenemento vnde ſaſina petitur per recognitionem; non tamen vt de feudo, ſed vt de Warda; tunc quidem licet [b] principalis recognitio, ratione minoris ætatis remanere debeat, tamen ſuper hoc procedet ipſa recognitio, ſcilicet, vtrum anteceſſor ejus, qui eſt infra ætatem, fuerat inde ſaſitus, vt de feudo, vel vt de Warda, die quâ obiit: [c] Et ſummonebitur inde aſſiſa.

6. Notandum tamen eſt, quòd ſi dies datus fuerit, vtrique parti exiſtenti in Curia: tunc non oportebit tenentem inde ſummoneri.

[a] *Aſſiſa dicitur remanere, cùm ceſſat & impeditur per legitimam exceptionem. Minor tenetur reſpondere ſuper conquæſtu.*

[b] *De morte anteceſſoris.*

[c] *Quia minor tenetur reſpondere ſuper poſſeſſione, nempe de warda* Glanv.lib.13.c.15

7. Itaque

Digitized by Google

7. Itaque procedet inde recognitio, per ſacramentum duodecim juratorum; & juxta eorum [d] judicium determinabitur, qualem ſaſinam habuit anteceſſor illius, qui infra ætatem eſt, die quo obiit de illo tenemento, vnde contra eum petitur recognitio.

[d] *i. veredictum.*

8. Et ſi probetur ibi anteceſſorem ejuſdem minoris, nullam habuiſſe ſaſinam, die quo obiit, niſi vt de Warda; tunc is qui petit ſaſinam, verſus minorem, contra ipſum minorem [e]; recuperabit ſaſinam.

[e] *i. Poſſeſſionem hereditatis paternæ, non obſtante poſſeſſione, quam anteceſſores minoris habuerunt, ratione wardæ.*

9. Sed nunquid hoc ſolùm ſufficit, ad ſaſinam [f] ipſam recuperandam, vel non? videtur quòd non: quia per hoc, non conſtat anteceſſorem ipſius qui petit, inde fuiſſe ſaſitum in Dominio, vt de feudo ſuo, die quâ obiit, nec etiam ipſum petentem, eſſe propinquiorem ejus hæredem.

[f] *Scilicet in principali cauſſa, & in Brevide morte ãteceſſoris.*

10. Contra verò dicitur, quòd [g] hoc ipſo probato, nullum jus inde habet minor ipſe ad ſaſinam retinendam. Nunquid igitur ad principalem recognitionem, ſuper hoc erit recurrendum?

[g] *Quod ſcilicet, tenens poſſidebat ratione wardæ.*

Solutio quæſtionis

11. Si autem per ſacramentum duodecim juratorum probatum fuerit; quòd anteceſſor ipſius, qui infra ætatem eſt, fuerit ſaſitus inde, die quâ obiit, vt de feudo: tunc ſaſina ipſa minori remanebit in pace, donec plenam habuerit ætatem.

12. Sed audiendus eſt in tali caſu adverſarius ejus, vel hæredes ſui; ſaltem ſuper proprietate ipſius tenementi, verſus ipſum minorem; poſtquam habuerit ætatem, vel ejus hæredes.

[h] *Dominucapi talis etiam ſi ſit minor, tenetur reſpõdere vaſallo ſuo majoris ætatis, petenti ſuam hereditatem.*

13. Prætereá [h] contra minorem procedet recognitio, in illo vnico caſu, qui ſupra notatus eſt, in tractatu, qui eſt de hæredibus, qui infra ætatem ſunt.

14. Procedente aſſiſâ contra minorem; ſi ei per aſſiſam ipſam, ſaſina [i] remanſerit; ſuper proprietate non reſpondebit, donec plenam habuerit ætatem.

Lib. 2. c. 42

[i] *i. Adjudicata fuerit.*

15. Generaliter enim verum eſt, quòd de nullo placito tenetur reſpondere is qui infra ætatem eſt, per quod poſſit ab hæreditate privari; vel per quod poſſit amittere vitam, vel membrum, donec plenam habuerit ætatem.

Richard. 2. Ann. 8. c. 4 in the ſtatute at Weſtminſter.

16. De aliis autem quibuſdam tenetur vt de debitis [k] patris, vel propriis, & de novis diſſaſinis.

Iac. 4. parl. 6. c. 69. lib. 3 c. vlt. 3

[k] *i. debitis anteceſſorum ipſius minoris.*

17. Si autem petenti contra minorem ſaſina adjudicetur, facienda eſt reſtitutio ſub forma præſcripta. Neque ipſe minor reſponde-

Lib. 2. c. 42. 6.

ſpondebit ſuper recto, donec plenam habuerit ætatem.

18. Et hac generali ratione; quia illa, quæ cum illis fiunt in ejuſmodi placitis, qui ætatem non habent, ſtabilia, & firma eſſe non poſſunt. Stat.wilh.c.29.

19. Si verò minori, ætatis privilegium alleganti in Curia objiciatur, eum plenam habere ætatem; ſolet hoc (ſcilicet, ætas ejuſdem minoris) per recognitionem octo liberorum, & legalium hominum declarari, qui ad hoc ſummonebuntur. Glanv.lib.13.c.17.

20. Si verò probetur per talem recognitionem ætas illius, de cujus ætate quæritur: cum eo agetur de cæterò, ſicut cum habente ætatem, quantum ad principalem actionem.

21. Sed nunquid generaliter, etiam quantum ad petitionem aliorum, cenſebitur ille majoris ætatis, occaſione hujus recognitionis, ita quòd de cæterò, non poſſit contra alios ætatis privilegio ſe tueri?

22. Si per recognitionem illam, judicetur minoris ætatis: gaudebit privilegio, quantum ad principalem recognitionem. Sed non quantum ad alios, & aliorum petitiones ſeu actiones.

Annotatio.

Vers. 10. Ad ſaſinam retinendam] *Scilicet, hæreditatis petitæ: Nam poſſeſsio hæreditatis nomine warde, quæ anteceſſori tenentis competebat: non impedit quo minùs petens poſsit petere hæreditatem ſui prædeceſſoris, à tenente adhuc minore.*

Vers. 15. Generaliter) *Quia juvenili calore, vel imperitia aliquid poteſt dicere, vel tacere, quod illi nocere poteſt.* l.pen.C.de auctor.tut.l.1.5.occiſorum. ff.ad S.C.Syllan.c.1.c.2.de delict.puer.extr.

Vers. 16. De debitis] *Debitum hoc in loco propriè, et ſtrictè ſumitur pro rebus mobilibus, quas pater vel alius anteceſſor minoris, aut ipſe minor debuit, vel debet, vt aurum, argentum, et aliæ res mobiles. Hujuſmodi enim debitum, ſive ſit paternum, ſive proprium, minor tenetur diſſolvere: neque ratione minoris ætatis excuſatur. Vt deciſum fuit per Dominos conſilij inter Dominum de* Petſlego, et Margaretam forbes. 17. Iun. 1568. *Vnde ſatis conſtat, nomine debiti, non contineri contractus, obligationes, quibus directè, vel indirectè, minor poteſt privari hæreditate.*

Vers. 19. Si verò] *Ille debet probare ætatem, qui eam allegat, ſive ſit actor ad fundandam intentionem; ſive Reus ad fundandam exceptionem.* Bart. in l.4. C.de integr.reſtitut.l.9.C.de probationib.l.cum te.ff. de minorib.

Vers. 22. Non quantum] *Quia probatio deducta contra vnum aliis non nocet.* Bart.in l.2.nu.10. ff. *Si contra jus, vel vtil.publ.*

DE

nitum hæredem: ſed poſteà feudum illud, ex quo pendet advocatio; ei vel ſuis anteceſſoribus, aliquo vero titulo contuliſſe; & ita eo ipſo aſſiſam remanere. Et placitum ſuper exceptione inter ipſos litigantes deinde eſſe poterit.

Exceptio dominii; Nam qui eſt dominus feudi, eſt quoq; dominus patronatus ei adherentis.

8. Prætereà concedi poterit ab alterutro litigantium, aliquem ejus anteceſſorem, vltimam præſentationem feciſſe, ſed non vt de feudo ſuo, ſed vt de Warda. Et ſuper hoc petere poteſt recognitionem, & inde obtinere.

vid. Sup. c. 29.

Exceptio poſſeſſionis ratione wardæ.

9. Et ſic per recognitionem hoc declarato (ſcilicet, quòd de Warda, facta fuit vltima præſentatio ipſius vltimi præſentatoris) ceſſat præſentationis advocatio, & ad alterum ſpectabit illa præſentatio.

10. Sin autem, vt de feudo, ipſi remanebit ipſa præſentatio.

Supr. c. 29.

11. Prætereà multa alia quæ faciũt remanere aſſiſas, in Brevi anteceſſoris, poſſunt facere aſſiſam remanere in placito iſto.

12. *Item*, ſi fiat contentio ſuper advocatione Eccleſiæ non vacantis, ſcilicet, ſi [a] perſonâ illius advocet ſe, ad eandem Eccleſiam per alium advocatum, quàm per illum qui credit, & allegat ſe eſſe rectiorem advocatum illius Eccleſiæ.

[a] *i Rector Eccleſiæ qui hic dicitur. Clericus.*

13. Tunc impetrabitur Breve Regis ad ſummonendũ Clericum ipſum, qui illã Eccleſiam tenet ad reſpondendũ, quo advocato tenet ſe in illa Eccleſia. Et ad ſummonendum certũ illum ad vocatum, ad oſtendendum quare deforciat ei illam donationem.

Glanv. lib. 4. c. 11. in fin

14. Et Clericus ſummonitus per Vice-comitis præceptum, ſi non venerit, neque miſerit ad diem præfixum ſibi: Et ſe eſſoniaverit, & poſteà non venerit, ſi feudum laïcum non habeat per quod poterit diſtringi, mandabitur Epiſcopo loci ſi fuerit, vel ejus officiali, ſi Epiſcopus non fuerit præſens; vt eum diſtringat ad Curiam venire; vel eum puniat pro defalta ſua capiendo Eccleſiam in manu ſua, vel alio modo, quo poterit eum diſtringere.

15. Tandem ad Curiam veniens Clericus, [b] ſi illum advocatum tenet, qui petit, remanet inde placitum in Curia Domini Regis.

[b] *i Si affirmat illum qui petit, ſive actorem, eſſe advocatum ſeu patronũ.*

16. Et ſi ille advocatus negat illud quod Clericus dicit, ſcilicet, [c] ſe fuiſſe, & eſſe ad ſuam præſentationem inſtitutum, vel alicujus ejus anteceſſoris, ſi ſuper hoc verſus Clericum illum placitare voluerit; coram ſuo judice Eccleſiaſtico placitum erit.

[c] *ſc. i ipſum clericum.*

17. Si verò alium nominaverit advocatum, qui inde ſummonitus ſit venire ad Curiam: tunc ſummonitus venit, aut non

Digitized by Google

venit; vel ſe eſſoniari facit. Et poſt eſſonium, aut venit aut non.

De contumacia advocati.

18. Si non venerit ad reſpondendum, nec alium miſerit: capietur advocatio, in manu Domini Regis.

19. Sed ſi infra quindecim dies, non venerit ad replegiandum eam, tunc is, qui advocationem petit; ſaſinam habebit.

20. Sed quid erit de Clerico ipſo, nunquid eo ipſo amittet Eccleſiam ſuam? & quidem non amittet eam [c] in iſto caſu.

[c] *Quia contumacia, non nocet clerico.*

21. Si verò ad Curiam venerit is qui ſummonitus eſt, aut dicit ſe eſſe advocatum illius Eccleſiæ, aut non.

De advocato præſente, negante.

22. Et ſi recognoſcat in Curia, ſe nullum jus habere in illa advocatione; [d] remanebit placitum in Curia Domini Regis. Et erit placitū inter advocatum, & Clericū in Curia Chriſtianitatis.

[d] *i. Ceſſabit.*

23. Lite ipſâ pendente, inter dictum petentem advocationem illius Eccleſiæ, agentem ſuper jure advocationis; & alios ſcilicet, Dominum alium & Clericum ſuum, defendentes: ſi Eccleſia ipſa vacare cæperit, cujus interim erit præſentatio?

24. Reſpondendū eſt, quòd ſi nulla fuerit quæſtio mota, ſuper vltima præſētatione quin is verſus quē petitur jus advocationis, habuit vltimā præſētationē, vel aliquis Anteceſſor ejus: Tunc ipſe perſonam interim præſentabit, donec ſaſinam amiſerit.

[e] *Quia hoc tempus 15. dierum conceditur in favorem ipſius advocati.*

25. Ex quo patet, quòd ſi ſaſita fuerit advocatio alicujus eccleſiæ, in manu Domini Regis, per defaltam advocati; & infra illos quindecim dies cæperit vacare, ipſe advocatus non [e] amittet præſentationem ſuam infra illos quindecim dies.

De advocato præſēte, & jus ſuum affirmante contra alterum advocatū verſ. 30.

26. Si verò jus advocationis ſuum eſſe dicat: & illud tanquam ſuum defendere velit: Tunc quidem procedet loquêla, eo ordine quo prædictum eſt.

[f] *i. Clericus.*

27. Quòd ſi obtinuerit: tàm ipſe quàm [f] perſona ſua, à clameo adverſarii ſui liberabitur.

28. Si verò placitū illud perdiderit, tunc ipſe advocationem ſuam perpetuò perdit, & omnes hæredes ſui in perpetuum.

Glanv. lib. 4. c. 10.

29. De Clerico autem perſona illius Eccleſiæ, qui perſonatum illius Eccleſiæ, ſeu præſentationem ipſius, ſe habere dixerat in Curia, quid erit agendum?

30. Et quidē in curia Domini Regis, nihil ampliùs de eo agetur, niſi quòd de advocatione ipſa inter advocatos ipſos judicatur.

31. Sed in Curia Chriſtianitatis, advocatus qui de novo jus advocationis acquiſivit: verſus Clericum ipſum, coram Epiſcopo ſuo, vel ejus officiali placitabit.

32. Ita

32. Ita quòd ſi tempore præſentationis, credebatur is patronus, per quem fuit præſentatus: Tunc remanebit illi Eccleſia illa totâ vitâ ſuâ. *Nominis error facit jus.* l. 3. ff. de offic. prætor.

33. Statutum eſt etiam de omnibus Clericis illis, qui Eccleſias obtinent per tales advocatos, qui ſe in advocationes eccleſiarum tempore guerræ, violenter ingeſſerunt, vt Eccleſias illas quandiu vixerint, amittant; multò fortiùs in hoc caſu, poſt deceſſum eorum, ad rectos advocatos revertentur præſentationes dictarum Eccleſiarum.

34. Ex his ergo patet, quòd ex quo advocatio alicujus Eccleſiæ fuerit ſemel perdita in Curia Regis, & adjudicata alicui: Non debet adverſarius ejus audiri poſteà, ad recupandum aſſiſam ſuper vltima præſentatione ipſius Eccleſiæ, qui ipſam advocationem amiſit in Curia. Glanv. lib. 4. c. 11. hunc locum aliter legit.

35. Niſi aliqua nova cauſſa intervenerit, quare audiri debeat; quia ea, quæ ſemel in Curia Regis ſunt terminata: firma in perpetuum habebuntur. *Quæ de novo emergunt, novo indigẽt auxilio.*

36. *Item* quando aliquis Clericus movet controverſiam aliquam alicui Clerico, in Curia Chriſtianitatis ſuper aliqua Eccleſia: Si per diverſos advocatos advocent ſe in ipſa Eccleſia, ad petitionem alterius advocati, defendetur placitum illud in Curia Chriſtianitatis, donec diſrationetur in Curia Regis, ad quem iſtorum pertinet advocatio. Lib. 1. c. 13 li 3. c. 17. Glanv. lib. 4. c. 11. in fin *Defendetur. i. prohibebitur, ceſſabit. quod repugnat juri Canonico*, c. 3. *de indic. extr. Al ſemel.*

37. Et ſi procedant poſt prohibitionem illam: habebit Breve ad attachiandum illos: vt veniant reſponſuri, quare proceſſerunt ſimul prohibiti, ſicut de laïco feudo.

DE RECOGNITIONE FEVDI LAICI vel Eccleſiaſtici.

Cap. 34.

SEquitur de illa recognitione, qua declaratur de aliquo tenemento, vtrum illud ſit laïcum feudum, vel Eccleſiaſticum. Glauv. lib. 13. c. 23.

2. Deſiderante itaque alterutra partium, inde habere recognitionem, in hac recognitione ſicut nec in aliqua alia (præter recognitionem de [a] magna aſſiſa) locum non habent, niſi duo eſſonia: Quia nunquam admittitur tertium eſſonium, niſi vbi poteſt judicari de infirmitate, vtrum ſit languor vel non. [a] Super. Brevi de recto lib. 1. c. 13.

3. Quod cum in recognitionibus fieri non ſoleat, meritò ipſæ recognitiones, carent tertio eſſonio.

Digitized by Google

4. Procedet itaque iſta recognitio ſub forma præſcripta, de [b] aliis recognitionibus.

[b] *Que procedunt etiam ſi Reus abſens fuerit.* Supra hoc lib. c. 28.

5. Sciendum eſt autem; quòd ſi per recognitionem ipſam probetur feudum ipſum, eſſe de feudo Eccleſiaſtico; de-cætero trahi non poterit, ad laïcum feudum, licet peti poſſit ab adverſa parte, teneri de Eccleſia, per debitum ſervitium.

DE RECOGNITIONE TERRAE VEL TENEMENTI; ſit ne feudum, an vadium.

CAP. 35.

Of wodſet landis, & redemption thereof. lib. 3. c. 6. Glanv. lib. 13. c. 26.

SEquens propoſitum eſt de illa recognitione tractare, quæ fieri ſolet, vtrum ſcilicet, quis obierit ſaſitus de aliquo libero tenemento, vt de feudo vel de [a] vadio.

[a] *Scilicet, immobili.* lib. 3. c. 5, 6.

2. Cùm quis itaque petit aliquod tenementum ſibi reſtitui, tanquam vadium ſuum, quod ipſe vel aliquis prædiceſſorum ſuorum invadiavit: ſi is qui illud tenet, non recognoſcat id tenementum ad vadium, ſed dicat in Curia ſe eſſe de eo ſaſitum, vt de feudo, ſic inde ad recognitionem ſolet & poterit perveniri.

Glanv. lib. 13. c. 28.

3. Verùm quandoque contingit aliquem tenere aliquod tenementum invadiatum; ita quòd inde moriatur ſaſitus vt de vadio; hæres quoque ejus, occaſione talis ſaſinæ, quærit Breve de morte anteceſſoris, verſus verum hæredem, & adeptus eſt hujuſmodi tenementi ſaſinam.

4. Et tunc quidem ſi recognoſcatur ab ipſo tenente, anteceſſorem ipſius petentis obiiſſe ſaſitum, ſed vt de vadio & non vt de feudo: tunc quidem, & hac de cauſſa, pervenitur ad prædictam recognitionem.

Glanv. lib. 13. c. 30. *Quia cecidit cauſſa, et temerè litigavit.*

5. Demonſtrato autem per ipſam recognitionem, quòd illud tenementum ſit vadium; tunc is qui tenet, illud amittet: Ita, etiam, quòd debitum ipſum non recuperabit occaſione illius vadii.

6. Si autem recognitum fuerit, quòd ſit ad feudum ipſius, qui tenet; tunc is qui petit, decætero nullam inde recuperationem habebit, niſi per Breve de recto.

7. Quæri autem ſolet, vtrum in hac recognitione, ſive in alia qualibet, ſit exſpectandus Warantus alicujus.

8. Qualiſcunque ſit Warantus, vel qualicunque de cauſſa, Warantus inde eſſe debet, præſertim ſi poſt duo eſſonia, inde vocetur in Curia.

9. Aliæ autem recognitiones, quæ reſtant partim in prædictis

dictis recognitionibus expositæ sunt: partim verò per judicium in Curia, ex verbis vtriusque partis redditum, possunt explicari.

DE RECOGNITIONE DE NOVA *dissasina.*

Cap. 36.

POstremò de illa recognitione, quæ appellatur de nova dissasina, restat dicendum.

2. Cùm quis itaque infra assisam Domini Regis, id est, infra tempus à Domino Rege de consilio procerum, ad hoc constitutum (quod quandoque majus, quandoque minus censetur) alium injustè, & sine judicio dissasiverit, de libero tenemento suo; dissasito hujus constitutionis beneficio, subvenitur.

3. In hac autem recognitione, nullum admittitur essonium; primo enim die, sive erit præsens, sive non; is qui talem dissasinam fecit: procedet recognitio. Quia hîc nemini parcitur, nec majori, nec minori.

4. Nec etiam exspectatur warantus: Si enim quis dissasinam talem, in Curia recognoverit, & Warantum inde vocat; ea ipso [a] remanet recognitio, & ille qui hoc recognovit, & Warantum vocavit, eo ipso in misericordia Domini Regis remanebit.

5. Et posteà summonebitur Warantus, & erit placitum inter ipsum, & alium qui eum super hoc vocavit Warantum.

6. Illud autem sciendum est, quòd victus [b] si fuerit appellatus, semper in misericordia Domini Regis remanebit, propter suam indebitam, & violentam dissasinam.

7. Præterea si appellans, diem suum non fuerit prosequutus, tùm plegii sui, in misericordiam Domini Regis incident.

8. Simile quoque accidit, circa personam [c] alterius partis, si se absentaverit ad diem statutum.

9. Pœna autem hujusmodi constitutionis, est misericordia Domini Regis.

10. Et præterea in hac recognitione, potest cum effectu desiderare, is qui novam dissasinam probavit, vt præcipiatur Vicecomiti, quòd catalla, & fructus per præceptum Domini Regis arrestatos (vsque ad decem marcas) faciat haberi illi, qui dissasinam probavit.

11. In hac etiam recognitione mentio fieri solet per judicium Curiæ, de catallis & fructibus. Et nisi Vice-comes de fructibus

l.1.&tot.tit.ff. vnde vi
Quon.Attach.c. 53.Stat.Alex.c.8
jus Norman. lib. 8.
Glanv.lib.13.c. 32.cum seqq. lib. 2.c.74.13.
Iac.2.parl.14.c. 79.Henr.3.Ann. 9.c.12.
Edward. 1. Ann. 3.c.36.
Richardi.2.An.1 c.9.
Warantus. Stat. 1.Rob.1.c.13.3.

[a] 1.cessat.

[b] *Al sive fuerit appellans, sive appellatus. Sed male. Nam tenentem qui in jus appellatur, & vincitur, intelligo qui dissasinam facit.*

[c] *Tenētis sive Rei.*
Stat.2.Rob.1.c.12
Iac.2.parl.5 c.10
Edward.1.An.6. c.1.in statuto. apud Gloceſter An.13.c.25.An.3 c.24.An.3.c.36.
Inclusa desunt apud Glanv.lib.13.c.31 & in nonnullis libris.

& catallis illis ſatisfecerit, aut ſatisfacere proviđerit; tum Breve regium impetrabitur ab eo qui inde conqueritur.

ANNOTATIO.

VERS. 9. Pœna] *Si quis jubetur rem ipſam reſtituere, non liberatur etiam ſi rem ipſam & ſpeciem reſtituerit: ſed oportet eum præſtare omnem conditionem, cauſſam, & vtilitatem.* l. reſtituere. 35 l. 75. de verb. ſignif. l. 1. §. 19. de vi & vi armata. §. ſi ad exhibendum. Inſtit. de officio judicib. §. recuperandæ. Inſtit. de interd. *Porrò ſaiſina, verbum Gallicum, poſſeſſionem ſignificat cui contrariatur diſſaiſina, q. d. diſpoſſeſſio, quæ duplex eſſe poteſt. Aut enim fit in rebus immobilibus, et vulgò, vocatur ejectio, vt in terris, et tenementis: Aut fit in rebus mobilibus vt in catallis, veluti, ovibus, bobus, pecunia: Et ſpolium, ſive ſpoliatio vocatur. Poſtremò, quæ ſit pœna ejus qui convictus eſt de nova diſſaiſina,* vid. Stat. 2. Rob. 1. c. 12.

tized by Google

IN MY DEFENCE GOD ME DEFEND.

LIBER QVARTVS
DE PLACITIS
CRIMINALIBVS.

DE CRIMINE LAESAE MAIESTATIS.
CAP. 1.

PLACITA QVAE CIVILIter proponuntur in Curia, hactenus in parte ſunt expedita. Modò de criminalibus reſtat determinandũ. Glanv. lib. 14. c. 1. Iac. 2. parl. 6. c. 25. parl. 12. c. 49. Edward. 3. An. 5. 12 In the ſtatut of purveiours. Richard. 2. Ann. 21. c. 1 cum ſeqq. in the ſtatut of weſtminſter. Henr. 8. An. 26. c. 13. Ann. 27. c. 2.

2. Cùm quis itaque de morte Regis, vel de ſeditione regni vel exercitus, accuſatur, vel defamatur; aut certus apparet accuſator, aut non.

3. Si nullus certus accuſator apparet, ſed fama publica ſolummodò eum accuſat: tunc ab initio famæ, accuſatus ſalvò attachiabitur, vel per plegios idoneos, vel per carceris inclusionem.

4. Deinde per multas & varias inquiſitiones, & interrogationes coram juſtitiario faciendas, inquiretur rei veritas: & ex veriſimilibus rerum indiciis & conjecturis, nunc pro eo, nunc contra eum, qui accuſatur, facientibus; per [a] legem patriæ puniendus eſt, aut omninò ab impoſito crimine purgandus eſt.

[a] *Al. legem apparentem. i. duellum. vt.* Infr. v. 12.

5. Si verò per hujuſmodi legem ſuper tali crimine fuerit quis convictus, ex regiæ Majeſtatis beneficio, tàm vitæ quàm membrorum

brorum ejus, pendet judicium; ſicut in cæteris placitis de felonia, ſeu ſeditione regni. Ita quòd ipſe, & hæredes ſui in perpetuum exhæredari debeant.

Leg. Maj. 2. 12
Quon. Attach. c. 19.
Iac. 1. parl. 1. c. 3
Iac. 2. parl. 6. c. 14
Matta Regni, parl. 4. c. 8
Vid. ſtat. 1. Rob. 1. c. 34

6. Apparente autem certo accuſatore, ab initio famæ; accuſator attachiabitur per plegios, ſi quos habuerit, quòd placitum ſuum proſequetur.

7. Si autem accuſator plegios non habuerit: fidei ſuæ religionis ſolet committi, ſicut in omnibus placitis de felonia. Solet enim in talibus ſola fides ſufficere, ne nimia diſtrictionis [b] ſecuritas, alios terreat à conſimili accuſatione.

[b] *Al. ſæveritas.*

8. Acceptâ autem ab accuſatore ſecuritate de placito proſequendo: tunc is qui accuſatur (vt prædiximus) per plegios ſalvos, & ſecuros attachiari ſolet.

9. Si verò plegios non habuerit, in carcerem ſolet detrudi.

10. (In cæteris placitis de felonia, accuſatus ſolet dimitti per plegios; præterquam in placito de homicidio, vbi ad aliorum terrorem, aliter eſt ſtatutum)

11. Deinde dies debet accuſato præfigi; qua exiſtente, ritè eſſonia currunt legitima.

12. Ad vltimum verò, accuſatore proponente, ſe vidiſſe, vel alio modo in Curia probato, certiſſimè ſe ſciviſſe, ipſum accuſatum machinatum fuiſſe, vel aliquid feciſſe in mortem Domini Regis, vel ſeditionem exercitus, vel conſenſiſſe vel conſilium dediſſe, ſeu auctoritatem præſtitiſſe: & hoc contra ipſum, juxta conſiderationem Curiæ, diſrationare offerat ſe paratum: accuſato verò contra eum, in Curia legitimè negante, tunc per duellum ſolet illud placitum determinari.

13. Sed in electione defendentis erit, vtrum potiùs velit ſubire duellum, quàm bonam [c] patriam in ſe ſuſcipere.

[c] *i. Aſſyſam.*
Quon. Attach. c. 31.

14. Sciendum eſt, quòd ex quo fuerit duellum in Curia, in hujuſmodi placitis vadiatum; non poteſt alterutra partium, verbis in ipſius vadii datione propoſitis, aliquid adjicere vel diminuere: vel aliquatenus à propoſito declinare, ſeu quomodo libet reſilire: quin pro victo habeatur, & lege victi cenſeatur.

Vid quæ dixi lib. 3. c. 23

15. Nec alio modo niſi de licentia Domini Regis, vel ejus juſtitiarii, poſſunt de-cæterò ſibi invicem reconciliari.

16. Si appellatus fuerit victus; in miſericordia Domini Regis remanebit; quæ & qualis ſit, in præcedentibus dictum eſt.

17. Sed ſi accuſatus victus fuerit, quale judicium exſpectet, paulò

paulò antè dictum est. Rebus in super omnibus, & catallis suis confiscatis, & hæredibus exhæredatis in perpetuum.

Annotatio.

Supra hoc. c. vers. 5.

Vers. 3. Sed fama] *Per solam famam potest quis accusari, si modò fama accusationem præcessit.* Bart. in l. 2. C. de offic. præfect. prætor. vid. stat. David. 2. c. 17. in fin.

Vers. 4. Per legem] *Id est, per duellum, vel per assisam parium quæ lex propterea vocatur, lex paribilis. Pares voco convassallos ejusdem Domini, qui de eodem Domino feuda sua tenent.*

Vers. 6. Per plegios] *De jure civili accusator oblato libello accusationis, seu inscriptionis, debet nomen ejus quem accusat inter Reos deferre; & nomen suum libello ascribere.* l. 3. ff. de exhibend. Reis. Pares.

Vers. 16. *Al. in quibusdam libris. Si accusator victus fuerit in tali casu, videatur idem judicium sibi procurasse, quod vellet aliis, ex appello suo infligi, nempe, legem talionis.* vid. Edward. 3. c. 18. c. 19.

De his qui accusare possunt.

Cap. 2.

ADmittitur ad hujusmodi accusationem, quilibet liber homo, major, in ætate legitima constitutus. Glanv. lib. 14. c. 1

2. Et si quem appellaverit: attachiabitur is quem appellat, vt suprà expositum est.

3. Rusticus quoque admittitur.

4. Mulier autem in nullo placito de felonia ad accusationem recipitur. Nisi in quibusdam casibus, de quibus postea dicetur.

In quibus casibus potest accusatus declinare duellum.

Cap. 3.

DEclinare autem duellum, potest accusatus in hujusmodi placitis, per [a] machamium, vel per ætatem.

2. Aetas autem talis esse debet, quòd accusatus sit sexaginta annorum, vel suprà.

3. Mahamium autem dicitur ossis cujuslibet fractio, vel testæ capitis incussio, vel per abrasionem cutis attenuatio.

4. In [b] tali casu, tenetur accusatus se purgare per Dei judicium, scilicet, per calidum ferrum, si fuerit liber homo; vel per aquam, si fuerit rusticus; secundum diversitatem conditionis hominum.

Glanv. lib. 14. c. 1
[a] *Al. mahemium*
[b] *i. In purgatione vulgari.* c. vlt. extr. de purg. vulgar *quæ hic dicitur Dei judicium, quasi, soli deo notum & in quo solus Deus est judex. vid. quæ scripsi de verbor. signif. verb. mahamium.*

Anno-

ANNOTATIO.

VRR S. 4. Diverſitatem] *Pœna nunc gravior, nunc mitior eſſe ſolet ratione perſonarum.* l. aut facta. 16. ff. de pœn. *Ideoq́, ſervi, vel ruſtici duriùs puniuntur, quàm Domini; & nobiles mitiùs, quàm ignobiles.* l. capitalium. 18. ff. de pœn. l. vlt. ff. de injur. *quod verum eſt, ſi delictum ſit æquale.* l. 4. l. 8. C. ad leg. Iul. de vi publ. *& alia eſt æſtimatio liberi hominis, alia ſervi.* Quon. Attach. c. 69.

DE OCCVLTATIONE THESAVRI fraudulosa.

CAP. 4.

Glanv. lib. 14. c. 2 vid. c. vinc. quæ ſint regali. de feud. lib 2 Wilhelm. Stanfurd de placitis coronæ, lib. 1. c. 42. Ius Normaniæ. lib. 4. c. 7. Vinc. C. de theſaur. lib. 10. ctibi gloſſ. quæſt. 14

PLacitum de occultatione inventi theſauri frauduloſa, vbi certus apparet accuſator, modo & ordine prædictis, ſolet tractari.

2. Ob infamiam autem illius criminis non ſolet quis juxta legem terræ, per legem apparentem ſe purgare:

3. Licet aliter per aſſiſam id fieri poſſit.

4. Niſi priùs convictus, vel confeſſus fuerit in Curia, aliquod genus metalli, [a] in loco propoſito invenille, vel ab alio recepiſſe.

5. Si enim ſuper hoc convictus fuerit in Curia, præſumtione contra eum faciente, tenetur ſe purgare per legem terræ, ſe nihil ampliùs invenille, vel ab alio recepiſſe.

6. Cætera vt priùs.

[a] *i In loco in quo accuſator proponit & affirmat theſaurum fuiſſe repertũ, Nam contra confitentem nulla ſunt partes judicis.*

DE HOMICIDIO.

CAP. 5.

Glanv. lib. 14. c. 3 a ſupr. hoc lib. c. 1. verſ. 2 Ius Norman. lib. 12. c. 1. Iac. 3. parl. 6. c. 42 Iac. 5. parl. 3. c. 7. Mar. Regin. parl. 6. c. 31. Gen. 9. 6 Exod 21. 14. Levitic. 24. 17. Deuter. 19. 11 Numer. 35. 16 Math. 5. 52. Apoc. 13. 10. & 21. 8. & 22. 15. Deut. 21. c. 2. 3. 6. 7.

DE homicidio cùm quis accuſatus fuerit, ſub [a] diſtinctione prætiſſa, judicium eſt ordinandum & procedendum.

2. Sciendum tamen eſt, quòd in hoc placito, non ſolet accuſatus per plegios dimitti, niſi ex beneficio regiæ poteſtatis.

3. Duo autem ſunt genera homicidii; vnum quod dicitur murdrum, quòd nullo vidente, vel ſciente, clàm perpetratur; præter ſolum interfectorem, & ejus complices. Ita quòd mox non ſequatur clamor, aut vox popularis.

4. Iuxta aſſiſam ſuper hoc proditam, in hujuſmodi accuſatione, non admittitur aliquis niſi fuerit de conſanguinitate ipſius defuncti murdrati. Et tunc ita quòd propinquior ſtipiti [b] conſanguinitatis,

[a] *i Probatione verſ. 7. vel accuſatione. verſ. 8. 9. quod poſterius magis probo.*

guinitatis, remotiorem à disrationatione excludat.

5. Nisi per [c] indictamentum, inventum fuerit murdrum esse, & tunc Dominus Rex sit petens, & sequens, quousque placitum determinetur per judicium, vt dictum est.

[c] Be way of ditray *vbi nullus certus accusator apparet.*

6. Secundum genus homicidii est illud quod dicitur simplex homicidium.

7. In hoc etiam placito, non admittitur aliquis accusator ad probationem, [d] nisi fuerit conjunctus mortuo, consanguinitate, vel homagio vel dominio.

Henr.3.An.9.c.34. Iac.1.parl.6.c.89. Gen.2.24. 1. Cor.11.8.

8. Præterea sciendum est, quòd in hoc placito de murdro, vel morte viri sui mulier auditur ad accusandum: quia vna caro fuerunt, vir & vxor.

9. Et generaliter admissum est, quòd mulier audiatur, accusans aliquem de injuria corpori suo inflicta.

10. In electione autem accusati erit, vel probationem ipsius mulieris sustinere contra se; vel per judicium & bonam [d] patriam ab imposito crimine purgare se.

[d] *i Per assisam ex bonis hominibus patriæ, aliâs hæc verba (& per bonã patriam) desunt.*

DE INCENDIO.
Cap. 6.

CRimen incendii sub forma præmissa, eodem ordine generali, procedat in omnibus, & tractetur, ac fine debito terminetur.

Glanv.lib.14.c.4 Vid.Iac.1.parl.4.c.75 Iac.5.parl.7.c.118. Iac.6.parl.1.c.33

DE ROBORIA, SIVE RAPINA.
Cap. 7.

De pœna incendiarij.

CRimen roboriæ, cum specialibus incurrentibus debet coram Justitiario terminari, & judicari, cum secta & sequela recenter facta, & prosecuta sicut inferiùs dicetur.

1.§.5.ff.de offic.parl. fect.vigil. Glanv.lib.14.c.5

Annotatio.

Si quis vim armis intulit, tenetur lege Iuliâ de vi publica. Si verò sine armis lege Iuliâ de vi privata punitur; quia raptor crimen suum publicat, & crimen etiam publicum committit: Ideoq; improbior fur vocatur. l. 2.de privat. delict. l.2.§.1.de vi bon. rapt.

DE RAPTV MVLIERIS.
Cap. 8.

RAptus est crimen, quod aliqua mulier viro imponit: quæ proponit se à viro, vi oppressam, contra pacẽ Domini Regis.

Glanv.lib.14.c.6. Iac.5.parl.7.c.118 Edward.1.An.3.c.13 An.13.c.33. Henr.7.An.3.c.2

2. Tene-

2. Tenetur autem mulier quæ tale crimen patitur, mox dum recens fuerit maleficium, vicinam villam adire; & ibi probis hominibus injuriam ſibi illatam oſtendere; & cruorem, ſi quis fuerit effuſus, patefacere, tàm in facie quàm in corpore ſub veſtibus, & veſtium ſciſſiones.

3. Dehinc, per viam regiam, ibit ad Capitalem Marum illius Comitatus, vel ad *Toſcheoderach* ſi poterit inveniri; & eandem demonſtrationem faciet.

4. Et inde procedat cum ſecta, ad Capitale caſtrum illius Vice-comitatus, in quo illud maleficium factum fuit, ſeu perpetratum. Et ibi totum factum exponet.

5. Prætereâ in proximo placito comitatus illius, illud delictum publicè proponet.

6. Poſtremò factâ querimoniâ coram Juſtitiario, judicium, vt prædictum eſt, ordinetur.

7. Si quis autem in hujuſmodi placito convictus fuerit, ſimili modo, vt in prædictis judiciis, & eodem ordine judicandum eſt.

8. Mulier itaque in tali caſu aliquem accuſans: & de aliqua alia injuria corpori ſuo illata, ſolet audiri.

9. Nec etiam ſufficit; nec volumus ipſum malefactorem illam ſic corruptam velle ducere in vxorem: Sic enim contingeret homines ſervilis conditionis, generoſiſſimas mulieres, pollutionis occaſione perpetuò fœdare; vel generoſos homines, per ignobiles mulieres, & ſerviles fœdari. Et ita eorum, vel earum, necnon parentum ſuorum claram famam indecenter dénigrari contingeret.

10. Ante judicium tamen volumus, quòd de licentia regiæ dignitatis, vel ejus Juſtitiarii, cum parentum conſenſu, mulier accuſans, & vir accuſatus, beneficio conjugii, ſibi poſſunt invicem conciliari, ſi volunt.

Annotatio.

Vers. 1. Oppreſſam] *Aliâs ſuppreſſam. al. corruptam, vt paulò poſt* Verſ. 9. *In jure Nortmannico.* lib. 12. c. 1. *Raptus dicitur* deſpucellement des femmes a force. vid. bonam diſtinctionem, & ibi gloſſ. in l. 1. C. de Epiſc. & Cleric.

Vers. 10. Ante judicium] *De jure Canonico Raptor Raptam ducere non poteſt, etiamſi parentes conſentiant.* c. 1. c. vlt. 36. q. 2. *Idem quoq; de jure civili verum eſt.* l. vnic. C. de rapt. virg Novell. 143. *de raptis mulieribus, quæ raptores nubunt.*

DE

DE HAYMSVCKIN.

CAP. 9.

SI quis aliquem calumniari velit de *Haimeſuckin*: oportet quòd propria domus vbi calumnians eſt manens, ſurgens & cubitans, [a] die & noctè aſſaliata ſit. [a] *Al. die vel noctè.*

2. Et rectam faciat ſequêlam; quoniam nemo poteſt alium calumniare de *Haimeſuckin*, niſi in certo & proprio domicilio.

3. Et hoc crimen, ſicut crimen de raptu mulieris proſequatur.

ANNOTATIO.

Haimeſuckin, *nomen eſt Germanicum. Nam apud nos, ſequutos idioma Ger-* *Haime.*
manorum Haime, *ſignificat domum, vel domicilium, &* ſuchen, *eſt quærere, vel* *Suchen.*
perſequi. Haimeſuchen, *eſt cùm quis alium, injuriæ inferendæ cauſſa, domi ſuæ querit vel perſequitur; ſive domum ingreditur, ſive ingredi conatur: punitur enim hac lege, qui facit inſultum juxta domum.* Bart. in Authen. de appellat. §. ad hæc collat. 4. *Quod crimen eò atrocius videri debet: non ſolùm quia conjunctam habet Regiæ pacis violationem; ſed etiam, quia domus ſua (qua nihil eſt ſanctius, nihil omni religione munitius) eſt cuiq; tutiſſimum receptaculum & refugium. Ideoq; domi ſuæ, nemini injuria inferri, neq; quiſquam de domo ſua extrahi debet.* l. ſed & ſi. 12. ff. de in jus vocand. *Appellatione domus comprehenditur habitatio; quòd facit ad ſtatuta, quæ dicunt: Si quis facit inſultum ad domum; vt intelligatur domus ſive ſit propria, ſive conducta.* Bart. in l. 8. ff ad leg. Iul. de adult. vid. l. in lege. 103. ff. de verb. ſignif.

DE ROBORIA, RAPTV MVLIERIS, & Haimeſuckin.

CAP. 10.

NOtandum eſt quòd nullus audietur de roboria, raptu mulieris, nec de *Haimeſuckin*, niſi rationabilem ſequêlam faciat, vt præfertur. Supr. c. 8

2. Et ſi vltra vnam noctem exſpectaverit ad habendum conſilium amicorum ſuorum: ita quòd recenter non faciat ſequêlam, & hoc probetur; defendens quietus erit: & calumniams in miſericordia Domini Regis.

DE CONVICTO LAESAE MAJESTATIS, et de morte Domini Capitalis.

CAP. 11.

Quon. Attach. c. 19. Cap. 1. verſ. 5.

STatuit Dominus Rex cum concilio communitatis ſui regni; quòd ſi aliquis convictus fuerit, quòd juſtè defamatus ſit de morte Domini Regis, vel de ſeditione regni, vel exercitus Regis: ipſe debet ſubire judicium traditoris: & hæredes ſui, perpetuò exhæredari debent, vt dictum eſt; quia hujuſmodi ſeditio tangit perſonam Domini Regis.

In veteri quodã libro ſcribitur, quòd iſte ſeductor non perdit vitam; quia vita eſt domini Regis: & ipſe non foriſſecit Regi.

2. Sed ſi defamatus fuerit de morte Domini ſui de quo tenet: ipſe ſeductor, & hæredes de tenemento, quod de illo Domino tenet, omninò debent exhæredari, ſed hæredes ſui, non debent exhæredari de aliis tenementis, quæ idem ſeductor tenuit de aliis Dominis, erga quos nullam ſeditionem fecit.

HAERES HOMICIDAE, VEL FVRIS, non exhæredatur propter delictum patris.

CAP. 12.

L. Crimen. 26 & ibi gloſſ. ff. de pœnis. ſanctimus. 22; C. de eodem tit. *De hærede furis.* Vid. Iac. 6. parl. 11. c. 50

PRo occiſione hominis, pro latrocinio, vel aliqua alia felonia, hæres alicujus non conſentiens Reo, exhæredari non debet. Sed ipſe qui tàlem feloniam fecit, ſi captus fuerit, judicium accipiat ſecundum aſſiſam regni; ita tamen quòd pro ſuo delicto, hæres ipſius nullum damnum incurrat.

Quon. Attach. c. 18. c. 4 24. 48. 16. mod. ten. cur. c. 39. Stat. Rob. 2. c. 4. c. 24. Stat. Rob. 3. c. 19.

2. Et ſi fortè pro talibus delictis fugam ſuſceperit: ita quòd ad judicium ſuſcipiendum, venire noluerit, Dominus ſuus de quo tenet tenementum ſuum quod de ipſo tenet, in manu ſua capiat, quouſque ad judicium venerit, vel viam vniverſæ carnis ingreſſus fuerit.

3. Ita quòd hæres ejus, dum felo vixerit, & ad judicium non venerit, de tenementis ſuis non eſt exaudiendus.

DE CRIMINE FALSI

CAP. 13.

Glanv. lib. 14. c. 7. *De falſa Charta* vid. Elizabeth. An. 5. c. 14. *Crimen falſæ monêtæ, punitur pœna læſæ Maieſtatis.* Henr. 7. An. 4. c. 18.

GEnerale crimen falſi plura ſub ſe continet crimina ſpecialia, quemadmodum de falſis Chartis, de falſa monêta, de falſis menſuris, & falſis ponderibus, & ſimilia, quæ talem continent falſitatem, ſuper qua debet aliquis accuſari & convictus condemnari.

2. Horum

2. Horum autem omnium accuſationis modus, & ordo in præcedentibus patet. *De falſa monèta* Vid. lac. 4. parl. 4. c. 48. 40.

3. Sed ſi quis convictus fuerit de falſa Charta: diſtingui debet & videri, vtrum Charta Regia ſit, an Charta Domini ſui, qui Chartam falſam facit; an Charta privatæ perſonæ. Iac. 5. parl. 7. c. 124. Iac. 6. parl. 1 c. 19. Mar. Reg. parl. 9. c. 70. *De falſis menſuris & ponderib.* Iac. 4. parl. 4. c. 47.

4. Quia ſi Charta regia ſit, vel Domini; tunc is qui ſuper hoc convictus fuerit coram Juſtitiario; condemnandus eſt per judicium tanquam proditor de crimine læſæ majeſtatis.

5. Si verò fuerit Charta privatæ perſonæ: tunc cum victo mitiùs eſt agendum in judicio, ſicut in cæteris minoribus criminibus falſitatis.

6. In quorum judiciis conſiſtit eorum condemnatio, in membrorum amiſſione, vel vnius membri mutilatione.

7. Niſi regia dignitas diſpenſationis beneficio, tales malefactores ad vitam reſtituat & ad membra. Infr. hoc, lib. c. 17.

DE DEFAMATO DE LATROCINIO non habente plegios.

Cap. 14.

SI quis defamatus fuerit de latrocinio in vna provincia; & inventus fuerit ſine Domino, qui plegios pro eo dare noluerit; fiat de eo, ſicut de latrone probato. vid. Iac. 6. parl. 1 c. 97. S. at. Alex. c. 13. Stat. David. c. 2. c. 17.

2. Præterea ſi vir fidelis, tranſiens per loca deſerta, vel ſylveſtria, viderit hominem quem noverit benè, ducentem equum vel bovem, vel aliquid ſimile quod non noverit cujus ſit; & poſteà requiſitus fuerit ab aliquo qui rem amiſit, an de hujuſmodi aliquid ſciat. *Qui non judicat furem ſi poteſt, facit ſe furti participem.* c. 4. de fur. extr.

3. Si dicat, quòd vidit rem talem in manu talis, jurare debet quòd ita eſt, ſicut dicit, & alius quærat furem ſuum.

4. Si verò ille, qui rem calumniat dicat quòd iſte artem, & partem habuit hujuſmodi furti, & hoc velit probare ſecundum aſſiſam terræ; calumniatus, ſi liber homo fuerit, per duellum ſe defendet.

DE LATRONE SAISITO CVM RE furtiva.

Cap. 15.

ITem ſi quis catallum aliquod furatus fuerit, & ſequêla clamoris viciniæ ſequatur eum, & inveniatur ſaiſitus de catallo furato: Quon. Attach. c. 100. Exod. c. 22. 2. Vid. lac. 6. parl. 1. c. 21

furato: Vel ſi vidente vicinâ, latro rem furatam reliquerit; non minùs de eo fiat juſtitia, vt de latrone probato.

ANNOTATIO.

Si fur deprehenſus vel viſus ſit à Domino rei, vel ab alio, antequam eo pervenerit, vbi cum furto, eo die manere conſtituerat; rectè dicitur fur manifeſtus l. 3. ff. de furt.

DE LEGE [a]*BYRTHINSAK.*

CAP. 16.

Quon. Attach. c. 103.
[a] Al. burdingſak *nam* burding, *i Onus, &* ſak. *i Saccus. q. d. onus cibi in ſacco.*
Prov. 6. 30. 31.

DE yburpananſeca, id eſt, de furto vituli vel arietis, vel quantùm quis ſupra dorſum ſuum poterit portare de cibo: non eſt Curia tenenda.

2. Imò ille, in cujus terra fur captus fuerit; habebit de eo, ovem vel vaccam, & præterea fur debet verberari.

3. Quia ſtatutum eſt, quòd nullus debet ſuſpendi pro minori delicto, quàm pro duabus ovibus. Quarum quælibet valet ſexdecim denarios.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Yburpananſeca] *Hoc verbum nobis ignotum & inuſitatum, in omnibus codicibus reperitur: quæ ſit ejus etymologia non novi. Quidam affirmant in ea* Galliæ *parte, quæ* Aquitania *dicitur*, pana, *idem eſſe, quod fur, &* ſeca, *ſaccum ſignificare. Sed hic eruditorum exſpecto judicium; nunquam autem memini, me hoc verbum alibi legiſſe.*

Non eſt Curia tenenda] *Quia famis ſedandæ cauſſa, & non fraudulenter, hoc factum eſſe intelligitur. Et non attenditur factum, ſed cauſſa faciendi.* l. verum 34. ff. de furt. ex ratione l. quæ injuriæ. 53. ff. eod. tit. l. 1. de ſicar. l. 1. de var. & extr. criminibus. vid. c. 3. de furt. extr.

DE HOMICIDIO IN VINDICTAM legis facto.

CAP. 17.

Lac. 2. parl. 6. c. 15.
Lac. 1. parl. 2. c. vltimo.
Quon. Attach. c. 18.
Stat. Wilh. c. 4. c. 5.
Stat. David. 2. c. 44. c. 50.
Homicida debet ſatisfacere parti læſæ, eoq; nomine datis fide juſſoribus ſatisdare.
Lac. 2. parl. 14. c. 75.
vid. lac. 4. parl. 6. c. 63.

SI quis pro latrocinio, judicio aquæ, vel ferri perierit, vel per aſſiſam regni, juſtitia de eo facta fuerit; aut ſi cum latrocinio inventus fuerit & interfectus, & ejus parentes poſteà in vindictam legis interfecerint illum, per quem ille ad juſtitiam venit.

2. Dominus Rex de interfectoribus plenam rectitudinem habebit de morte illius, ſicut de pace ſua fracta plenariè, ſine aliqua miſericordia, vel relaxatione.

3. Niſi fuerit relaxatio, per conſilium & aſſenſum progenieì illius ſic occiſi.

Digitized by Google

4. Et ſi fortè Rex, ignorante ejus proſapiâ, qui ſic interfectus fuerat pacem dederit parti adverſæ; nihilominus parentes ejuſdem accipiant vindictam de eo, vel de eis qui ſuum interfecerunt parentem.

ANNOTATIO.

Remiſsio criminis conceſſa per Regem homicidæ, non præjudicat parti non conſentienti. l. 1. C. de general. abolit *quia princeps poteſt remittere pœnam corporalem, aut pecuniariam fiſco applicandam: ſed non pœnam pecuniariam applicandam parti.* Damhouder. rer. crim. c. 147. per Angel. in l. Si docueris C. ad leg. Iuli. de falſis. & Panormit. in ſuis conſiliis vel. 2. conſil. 6. vid. infr. cap. 38. h. lib.

DE EO QVI EVASIT SVSPENDIVM.
CAP. 18.

SI latro ſuſpenſus fuerit, & poſteà cadat de furca: quietus erit vlteriùs, de illo furto.

2. Sed ille qui eum ſuſpenderat, finem faciet cum Rege, Salvâ ei vitâ, & membris, & exhæredatione: licet illa ſit magna tranſgreſſio vltra modum.

DE VVERGELT FVRIS.
CAP. 19.

DE vnoquoque fure per totam *Scotiam* eſt *VVergelt*, triginta vaccæ, & vna juvenca, ſive fuerit liber homo, ſive ſervus.

ANNOTATIO.

F Vergelt] *Compoſitum eſt, ex* Ver, *id eſt vir, homo, &* Gelt, *pecunia. Inde* Vergelt. *q. d. hominis pecunia, vel compoſitio, ſeu ſatisfactio, pro injuria, vel delicto per aliquem commiſſo. Verbum eſt Germanicum. Certo vaccarum, vel boum numero, crimina puniuntur in his libris, eodem modo quo apud* Romanos: *apud quos legum antiquarum mulcta, pecore conſtabat etiam* Romæ: *& mulctatio, non niſi ovium, boumque impendio dicebatur.* Gellius lib. 11. c. 1. & lib. 33. c. 1. Plinius lib. 18. c. 3. *Et apud* Germanos *veteres.* vid. Cornelium Tacitum in lib. de moribus Germanorum.

DE EQVO FVRTI CAVSSA calumniato.
CAP. 20.

SI quis calumniatus fuerit de equo, & iſte apud quem ille equus inventus fuerit, dicat quòd ille equus ei commodatus fuerat;

Vir ille calumniatus, habebit [a] reſpectum ſi velit certæ diei, ad producendum Warantum ſuum ad certum locum.

2. Et tunc Warantus reſpondebit pro equo illo, tanquam pro proprio ſuo catallo.

3. Verùm ſi vir boni teſtimonii aliquem equum, cauſſa commodati acceperit ad eundum in exercitum, & ille equus calumniatus fuerit; vir ille habebit [b] reſpectum quouſque redeat ad comitatum illum, in quo dixit equum illum ſibi commodatum fuiſſe.

4. Et infra primum diem, & noctem ſubſequentem, equum illum reddat ei, qui eum ſibi mutuavit.

5. Et ille à quo equus commodatus eſt, poſt primum diem & noctem, præciſè calumnianti de equo illo reſpondebit, quaſi de ſuo proprio.

[a] *i Dilationem ſeu continuationem temporis. Al. non habebit reſpectum, niſi per vnum diem, & vnam noctem, quin waranto ſuo equũ illum, vel catallum reddat.*

[b] *i. Dilationem Reipub. cauſſa quæ alioqui ei non concederetur. Nam qui jumenta aliena ſibi cõmodata, lõgiùs duxerit: furtum facit* l. 41. ff. de furt.

REVS FVRTI NON MANIFESTI, tenetur ſe purgare.

CAP. 21.

SI quis calumnietur de furto, & nihil cum eo inventum fuerit: & calumniator probationem non obtulerit, calumniatus purgabit ſe per ſacramentum 27. hominum, & trium Thanorum.

2. Et ſi hoc modo purgatus fuerit, abſolvetur à petitione Regis in poſterum.

Furtum nec manifeſtum dicitur, quod non deprehẽditur dum fit l. 3. l. 8. ff. de furt. §. furtorũ Inſtit. de oblig. quæ ex delict.

NAMOS ILLICITE CAPIENS EST REVS furti. De namorum manifeſtatione, & eorum quantitate.

CAP. 22.

SI quis namos ceperit pro aliquo debito, in terra alicujus Domini, ſine licentia illius Domini, vel ejus Ballivi; & namos non manifeſtaverit, eundo, & redeundo cum namis, & proſequutus fuerit per illos, quorum bona ſunt, & ſic captus fuerit: ſtatim fiat de eo ipſo, ſicut de homine capto cum furto.

2. Quandocunque enim quis, homines ſuos in terram alicujus tranſmiſerit, ad capiendum aliquam ſummam magnam averiorum, ſeu animalium in namum: ipſi qui namos capiunt, debent ad exitum illius terræ, ſuper quam nami capti ſunt, manifeſtare animalia capta coram teſtibus ibidem exiſtentibus, & ſimiliter

Nami ſignificant res mobiles vel immobiles, quæ tãquam pignora capiuntur pro rei judicatæ ſolutione l. *à Divo pio.* ff. de re Iudic. *verbum eſt vſitatũ priſcis Normãnis.* Stat. 1. Rob. 1. c. 1.

liter omnibus occurrentibus illis per viam.

3. *Item*, ſi quis ſine licentia ſumſerit namos, & de alicujus tenemento ſine licentia illos abduxerit: quanvis ipſos namos manifeſtaverit; ille qui namos ſic cepit, dabit forisfactum Domino ejus, à quo nami capti fuerunt.

4. Et remittentur nami ad plegium, ad locum à quo priùs capti fuerunt: Et ille qui namos cepit: veniat ibidem ad petendum debitum ſuum, ſi velit.

5. Prætereà ſi contingat, quòd ille ſuper cujus terram nami capti ſunt, illos qui namos ceperunt, calumniari velit, de pluribus animalibus, quàm in namum ceperunt: ſi ipſi ſecundum aſſiſam fecerint, & hoc per teſtes probare potuerint, quieti erunt de illa calumnia.

6. Sed ſi ita non fecerunt: ſed prædictam aſſiſam infregerunt: tenentur calumniatori de ſua calumnia reſpondere.

NON LICET LATRONEM SINE clamore interficere.

Cap. 23.

SI quis latronem in damno ſuo invenerit cum furto, & occultè eum interfecerit: Ita quòd nullum clamorem, vel ſectam inde fecerit, neque Ballivis Domini Regis manifeſtaverit, parentes interfecti hominis, vel Ballivi Domini Regis (ſi parentes ejus non inveniantur) ipſum qui hominem interfecit hujuſmodi, calumniari poſſunt quaſi de homine injuſtè occiſo.

Exod. c. 22. 3. Stat. 2. Rob. 1. c. 30. Angl. Reg. Henr. 5. An. 2. 4. c. 5. Lic. 6. parl. 1. c. 21.

2. Nam ſi quis latronem in damno ſuo invenerit cum furto, clamorem ſuper illum ſtatim levare debet cum cornu; vel cum ore, ſi cornu non habeat, cum alio clamore in vicinia: idque manifeſtare Ballivis Regis.

3. Et tentabit ſi poterit, latronem apprehendere & capere. Et ſi captus fuerit, teneatur quouſque Ballivi; & Barones congregentur. Et ibidem ſecundum actum ſuum, & demerita per aſſiſam, & legem terræ judicetur.

4. Si autem latro exſpectare noluerit; ſed fugam acceperit, licitum eſt, & de jure conceſſum, talem latronem fugientem interficere, ſine aliqua jactura, & caput ſuum ſuper propinquiores furcas ſuſpendere.

Anno-

Digitized by Google

ANNOTATIO.

VERS. 1. Si quis latronem] *Fures nocturni impunè occidi poſſunt: ſive fugiant ſive telo ſe defendant.* l. 2. ff. de effractor. *Diurni verò fures, non aliter quàm ſi ſe telo defendant.* l. 4 ff. ad leg. Aquil. *quia tempus nocturnum auget crimen, & majorem pœnam meretur.* l. 4. ad leg. Iul. de Adul.

VERS. 4. Sed fugam] *Fuga fugientem condemnat.* l. 7. ff. de ſuſpect. tutorib. Stat. Rob. 3. c. 19. *Et incarceratus pro delicto, ſi fugiat: habetur pro confeſſo.* l. 13. ff. de cuſtod. reor. *Reus qui fugit, damnato comparatur, & fatetur facinus, is qui judicium fugit.* Cujac. lib. 7. obſerv. c. 22.

DE INTERFECTO PER EQVITANTEM.

CAP. 24.

De interfecto per equitantem. vid. c. dilectus de homicid. volunt. Iac. 1. parl. 6. c. 91.

CVm quis per villam mediam tranſierit equitando, & aliquem hominem antecedentem illum, pedibus equi ſui calcaverit, ita quòd mortem inde ſubierit; ipſe qui hoc delictum equitando commiſit, vel fieri permiſit, reddet pro homine mortuo, & taliter occiſo, *Croo*, & *Galnes*, quaſi eum propriis manibus occidiſſet.

2. *Item* ſi quis equitans retrocedendo, aliquem hominem pedibus equi calcaverit; ita quòd mortem inde ſubierit; pro morte hujus hominis interfecti, nihil reddatur, præter quartum pedem equi, qui illum ad mortem calcavit, vel quartam partem pretii illius equi.

3. Quam ſatisfactionem parentes mortui capere debent ſi voluerint, & ſi noluerint, Vice-comes debet capere.

4. Quia ſtatutum eſt, quòd omnis equitans, anteriores pedes equi ſui, à damno faciendo cuſtodiat.

5. Et illi homines qui retrocedunt, vel ſtant, antecedentem equum evitare debent, ne malum ab eo recipiant retrò.

6. Quia nemo equitans, retrocedentes, vel retro-ſtantes ab equo ſuo cuſtodire poteſt.

ANNOTATIO.

Croo, *ſignificat compoſitionem ſeu ſatisfactionem pro homicidio, vel delicto, vt in Actis Parliamenti.* Iac. 1. Parl. 2. c. 93. et Parl. 6. c. 89. *Quid ſit* galnes *ignoro. Videtur eſſe ſpecies ſatisfactionis pro delictis.* Infr. c. 31. *quid ſi dixeris* Cro *pertinere ad Regem, Galnes vero ad parentes interfecti? quod non auſim affirmare, quia nonnunquam vtrumque debetur parti læſa.* c. 33. 6. Infr. h. lib.

DE

Digitized by Google

DE EO QVI INCIDIT IN MANVS latronum, & evaſit.

CAP. 25.

SI quis in manibus raptorum inciderit, tàm citò quàm de manibus eorum evadere poterit; non tardabit, quin ſectam ſuam faciet de villa in villam, quæ ſunt in regali via extenſæ, verſus caſtrum Domini Regis, infra Vice-comitatum: vbi rapina perficitur, eodem modo & ordine, quibus dictum eſt ſuperiùs de raptu mulieris deforciatæ.

DE ORDINIS COGNITIONE in criminibus.

CAP. 26.

SI duo homines fuerint implacitati, vnus de principali furto & alter de præcepto: primò debet ille, qui defamatur de facto, quàm ille qui factum illud committi præcepit, implacitari.

Primò ipſe malefactor, poſteà ejus complices puniri debent.

Quon. Attach. c. 83. Stat. David. 2. c. 29. Angliæ Reg. Edward. 1. An. 3. c. 14. weſtm. vid. Sandfurd de placitis Coronæ. lib. 2 c. 18.

2. Et ſic de eo, qui defamatur de furto, quàm de receptatione.

3. Et ſi is, qui de facto, vel furto defamatur, quietus fuerit à crimine ſibi impoſito: alius qui defamatur de præcepto, vel recepto, quietus erit omninò ſine aliquo juramento aſſiſæ.

4. Et ita patet, quòd præceptor vel receptor, non reſpondebit, antequam aſſiſa procedat ſuper principali Actore.

ANNOTATIO.

Complices criminis, non poſſunt accuſari, ante principalem malefactorem. Nem ſicut remoto principali, removetur acceſſorium. l. 38. in fin. & ibi gloſſ. ff. de fidejuſſor. *ita abſoluto malefactore, abſolvuntur complices, & conſentientes.* vid. pulchram gloſſ. in c. 1. de offic. Iudic. de leg. *Tenenda igitur eſt regula. Iuſtiùs eſt eum teneri, qui princeps fuerit delicti, quàm eum quæri, ad quem res delatæ ſunt.* l. 10. ff. de ſerv. corrupt.

AD SOLAM CVRIAM REGIS, PERTINET placitum de namo vetito, & placita coronæ.

CAP. 27.

SCiendum eſt, quòd nec Vice-comites, nec aliquis Ballivus Domini Regis, nec aliquis Baro, habet poteſtatem tenendi placitum,

Digitized by Google

An animalia in prato alicujus dãnum facientia, poſſũt detineri, & includi cheſſa. *in cõſuetud. Burgund.* fol. 279. *Bartol. in* l. 9. ff. *de dam. infect.*

placitum, de namo vetito, nec de caſibus pertinentibus ad Coronam, ſine ſpeciali mandato vel conſenſu Domini Regis; hoc placitum dilationem non recipit, propter averia, id eſt, animalia muta, ne diu detineantur incluſa.

MALEFACTOR ABSOLVTVS AD INſtantiam partis, poteſt a Rege accuſari.
Cap. 28.

SI querela de vita & membro, coram Juſtitiario, vel Vicecomite, inter appellantem & defendentem, per calumniam procedat: ita quòd calumnia ipſius appellantis, per exceptionem caſſetur; nihilominus Juſtitiarius vel Vice-comes, ex officio ſuo, poſſunt inquirere per bonam patriam, ſuper facto ipſius defendentis, & ſi inveniatur culpabilis in facto, judicium in ſe præciſè portabit.

Annotatio.

Si quis fuerit abſolutus in cauſſa criminali ad inſtantiam alicujus; ab eodem iterum accuſari non poteſt. c. 6. & ibi gloſſ. de accuſat. *Sed tamen à Iudice puniri debet; quia crimina ſemel audita, non debent remanere indiſcuſſa, aut impunita, etiam ſi accuſatus cum accuſatore in gratiam redierit.* c. 2. de colluſ. detèg. *quia pactis privatorum, Ius publicum ſive fiſcale, convelli non poteſt.* l. ne que pignus. 9. privatorum. de Reg. jur. l. inter. 40. l. jus publicum. 38. l. ſi paciſcar. 6. ff. de pact. vid. quæ dixi ad leg. Malc. 2. c. 14.

POENA PERIVRII.
Cap. 29.

QVi in accuſatione, vel teſtificatione, ſuper textum Eu-angelii, vel ſuper aliquod ſanctum ſignum, cauſſa condemnandi innocentem, pro amicitia vel inimicitia alicujus, fuerit perjuratus, omni confortatione, & communione Chriſtianorum careat.

Lib. 1. c. 14. 6. Bartol. in Authen. Scenicas nõ, ſolùm. in prin. coll. 5.

2. Donec coram Deo, & hominibus ſecundum judicium ſatisfactionem fecerit, & octo vaccas Domino Regi emendet.

3. Et deinde careat omni teſtificatione & juramento, & pro nullo de cæterò habeatur.

4. Jus enim Regis eſt, perjuros de terra perdere.

Plaitor. 8.

DE

Digitized by Google

DE SVMTIBVS EORVM QVI ATTA-chiant malefactores.

CAP. 30.

ATtachiatores occaſione ſuorum attachiamentorum, nihil de bonis ipſius attachiati aſportabunt. Sed Dominus villæ, vel Seneſcallus ejus, ſeu Ballivus, per vnum diem, & vnam noctem, rationabiliter exhibebunt illis, de bonis ipſius attachiati. vid. Iac. 3. parl. 14. c. 1ca. leg. Malc. 2. c. 3.

DE MARCHETIS MVLIERVM.

CAP. 31.

SCiendum eſt, quòd ſecundum aſſiſam terræ *Scotiæ*, quæcunque mulier fuerit, ſive nobilis, ſive ſerva, ſive mercenaria, marcheta ſua erit vna juvenca, vel 3. ſolidi, & rectum ſervientis, 3. denarii.

2. Et ſi filia liberi ſit, & non Domini villæ, marcheta ſua erit vna vacca, vel ſex ſolidi, & rectum ſervientis, ſex denarii.

3. *Item* marcheta filiæ Thani, vel Ogetharii, 2. vaccæ, vel 12. ſolidi, & rectum ſervientis, 12. denarii.

4. *Item* marcheta filiæ comitis, eſt Reginæ, duodecim vaccæ.

ANNOTATIO.

VERS. 1. March, *equum ſignificat priſca Scotorum lingua, vt dixi de verbor. ſignificatione. Hinc deducta metaphora ab equitando, Marcheta mulieris, dicitur virginalis pudicitiæ prima violatio & delibatio, quæ ab Eveno Rege, Dominis Capitalibus* (To the King, and other overlordis, as ſome writis) *fuit impiè permiſſa, de omnibus novis nuptis, primâ nuptiarum nocte. Sed piè à* Malcolmo 3. *ſublata fuit: & in hoc capite, certo vaccarum numero, & quaſi pretio redimitur.*

VERS. 3. Filiæ Thani] *Thanus apud Priſcos* Scotos *ſive Hybernos, dicitur* Toſche: *vt* Maktoſche, *filius Thani, qui hodie eſt Princeps tribus, ſeu familiæ Catanæorum* (Clanchattan). *Et certum eſt, quòd Thanus, eſt nomen dignitatis. Nam Thanus, & filius Comitis, æquiparantur.* c. 36. Infr hoc lib. *Et Thanus tenet terras ſuas de Rege.* Stat. Alex. c. 15. *Domania Regis, & Thanagia Regis, videntur idem ſignificare.* Stat. Alexand. c. 5. Stat. Wilhelm c. 7. 1. Ogetharius, *aliàs* Ochiern. Hybernicum *quoque nomen dignitatis: & hic comparatur filio Thani.* Stat. Alex. c. 15.

DE CANE TRASSANTE, ET LA-trones inveſtigante.

CAP. 32.

NVllus perturbet, aut impediat canem traſſantem, aut homines traſſantes cum ipſo ad ſequendum latrones, aut ad capiendum

Digitized by Google

capiendum malefactores.

2. Nec etiam perturbet homines, ſine cane, proſequentes latrones cum bonis ſuis.

3. Et quicunque contra hoc fecerit, & convictus fuerit coram Juſtitiario: ſit adjudicatus tanquam receptor tranſgreſſoris.

ANNOTATIO.

In nonnullis codicibus, de cane tranſeunte, ſed malè. Nam canis traſſans ſignificat eam canis ſpeciem, qui vulgò dicitur, ane Sleuthound. *Et* Tracer *apud Gallos, idem eſt, quod veſtigia ſequi, alienis veſtigiis inſiſtere*, To follow the tred of anie man or beaſt. *Porrò, qui impedit canem traſſantem, aut homines traſſantes, rem furtivam præſentibus teſtibus, quærere volentes; tenetur actione furti prohibiti.* §.conceptum.Inſtit.de obligat.quæ ex delict.

DE FVRTO PER CANEM INVENTO.

CAP. 33.

[a] *Al. ſequace. Al ſegace.*

SI quis cum cane[a] fugace, vel veſtigabili, veſtigium latronis, aut animalis furati proſequatur; non liceat ei intrare terram alicujus Domini ſine illius Domini licentia. Et ſi de licentia illius Domini, talis latro inveniatur, vel ſine bonis vel cum bonis, ad valentiam quinque denariorum furatis: fiat de eo plenaria juſtitia ſine mora.

POENA CONVICTI DE FELONIA.

CAP. 34.

Lib.2.c.55.Stat.2. Rob.1.c.22. Quon.Attach.c.13.

SI quis fuerit convictus de felonia, vel confeſſus in Curia Domini Regis, per legem Regni exhæredabitur: Et terra ſua remanet Domino ſuo eſcheta.

2. Quòd ſi de Domino Rege tenuerit: tàm terra quàm omnes res ſuæ mobiles, & catalla, penes quemcunque inventa fuerint: ad opus Domini Regis capiantur, ſine omni recuperatione alicujus hæredis.

3. Si de alio quàm de Rege tenuerit, is qui vtlagatus eſt, vel de felonia convictus: tunc quoque omnia catalla, Domini Regis erunt: & terra ſua, in manu Domini Regis erit, per vnum annum & diem.

4. Elapſo autem anno, terra ad rectum Dominum, de cujus feudo eſt, revertetur, tanquam eſcheta ſua.

5. Fo-

Digitized by Google

5. Forisfactum autem filii, vel hæredis alicujus, patrem non exhæredat, neque fratrem, nec alium, quàm semetipsum.

DE RESTITVTIONE FELONVM, SEV vtlagatorum.

CAP. 35.

ITem, si quis per legem terræ fuerit vtlagatus: & postmodum beneficio principis paci restitutus: non potest eâ ratione vlteriùs quàm terram illam quam amiserat, versus Dominum Regem, vel principem suum petere. Quia forisfactum, & vtlagationem solet Dominus Rex damnatis remittere: Nec tamen aliena jura, potest infringere. Lib. 2. c. 56.

CANDIDO LECTORI.

Quæ sequuntur ad finem hujus libri, non videntur esse authentica seu Canonica, aut juri hujus regni consentanea: quia tametsi in vetustis libris inveniuntur: tamen pœnam homicidii, & aliarum injuriarum peregrinarum continent. Videntur congruere (vt pleraque alia) cum veteri jure Angliæ, *vt patet ex eo libro, qui auctore* Wilhelmo Lamberto *inscribitur, de priscis* Anglorum *legibus.* pag 71. *Et cum jure Nortmannico.* lib. 12. c. 26. *In quibusdam libris scribuntur* Gallicè, *& inscribuntur, leges inter* Brettos, *&* Scotos.

DE CRO (ID EST SINGVLORVM CAPITUM æstimatione.

CAP. 36.

STatuit Dominus Rex, quòd ille *Cro* vnius Comitis *Scotiæ*, est septies viginti vaccæ tres oræ pro vacca. Sup. h. lib. c. 24. Inc. 1. parl. Inc. 93.

2. *Item, le Cro* filii vnius Comitis vel vnius Thani, est centum vaccæ.

3. *Item, le Cro* filii Thani, est 66. vaccæ; & viginti vnius denarii, & duæ partes vnius denarii.

4. Omnes Bassiores in parentêla sunt rustici. *Item, le Cro* vnius rustici, est sexdecem vaccæ.

5. *Item, le Cro* cujuslibet fœminæ virum habentis, est minor per tertiam partem, quam *le Cro* viri sui.

6. *Item*, si ipsa non habeat virum, tunc *le Cro* ipsius, est adeò magnum, sicut *le Cro* sui fratris, si quem habet.

7. *Item le Cro*, & *galnes* & *enach* vniuscujusque hominis, sunt pares, scilicet, in respectu fœminarum suarum.

ANNOTATIO.

VERS. 1. *Ora generaliter ſignificat quodvis metallum; veluti cùm dicimus* Leed-vre, *id eſt, plumbi metallum. Et in ea parte* Scotiæ, *quæ* Gareochia, Marriæ *provincia vicina dicitur* Douindure. Down-ind-vre *eſt mõticulus metalli. Et dentes ovium, quæ ibi paſcuntur, aureum quendam colorem referunt. Hoc autem loco,* Ora *eſt ſpecies monetæ, ex auro, vel ære, valoris vt videtur duorum ſolidorum. Nam vt hic verſu.* 1. *tres* oræ, *ita* ſupra c. 27. *ſex ſolidi, ſunt pretium, & æſtimatio vnius vaccæ.* Enach *apud noſtros Hybernos ſignificat ſatisfactionem, quæ datur alicui, pro aliquo delicto, aut injuria.* lib. 2. c. 12. 7.

DE OCCISIS IN PACE DOMINI Regis, & aliorum.

CAP. 37.

SI aliquis homo ſit occiſus in pace Domini Regis, eidem Domino Regi, pertinent novies viginti vaccæ.

[a] *Al. occiſus nõ fuerit in pace domini Regis, ſed in pace vnius comitis.* Iac. 1. part. 6. c. 97.

2. *Item*, ſi aliquis homo [a] occiſus fuerit in pace Domini Regis, vel vnius Comitis, ſibi pertinẽt quater viginti, & decẽ vaccæ.

3. *Item*, ſi homo occiſus ſit in pace filii Thani, ſibi pertinent quadraginta vaccæ.

4. *Item*, ſi homo occiſus ſit in pace Nepotis vnius Thani, ſibi pertinent viginti vaccæ, & duæ partes vnius vaccæ.

DE KELCHYN.

CAP. 38.

ITem, *Kelchyn* vnius Comitis eſt ſexaginta ſex, & duæ partes vnius vaccæ.

2. *Item* le *Kelchyn* filii Comitis, aut Thani, eſt quadraginta quatuor vaccæ: & viginti vnius denarii, & duæ partes vnius obuli.

3. *Item*, le *Kelchyn* filii Thani, eſt minor per quartam partem quàm patris ſui, & ſunt triginta vaccæ, & vndecim denarii, & tertia pars vnius obuli.

4. Ruſticus nihil habet de *Kelchyn*.

5. *Item*, ſi vxor liberi hominis ſit occiſa, vir ſuus habebit le *Kelchyn*, & parentes ejus habebunt *le Cro*, & *le Galnes*.

6. *Item*, ſi vxor ruſtici ſit occiſa: Dominus ipſius terræ in qua manet, habebit *le Kelchyn*, & parentes ejus *le Cro*, & *le Galnes*.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIO.

Kelchyn, kelchen] *Kelten ſic enim variè legitur, quæ ſit ejus ſignificatio aut derivatio, non ſatis ſcio. Nonnulli impiè, et imperitè* Keilking *vocant, quod falſum eſt. Nam ex collatione huius. c. cum c. 36. ſatis liquet*, kelchen *eſſe minùs quàm* Cro. *In quibuſdam libris* kelchen *dicitur*, To grant before the King. *Veluti cùm quis Reus criminis, coram Rege crimen confitetur ideoq; multatur certo vaccarum numero, vt in hoc. c. exprimitur, quam interpretationem non improbo. Nam illuſtris Dominus* Archibaldus *Comes* Arcadiæ *me docuit quòd* Gailchen *priſcâ* Scotorum *linguâ, ſignificat mulctam pecuniariam, quæ pro delicto alicui infligitur.*

DE EFFVSIONE, ET PRETIO SANGVINIS.

CAP. 39.

SAnguis de capite Comitis, ſunt novem vaccæ. Bludweit.

2. *Item*, ſanguis filii Comitis, vel vnius Thani, ſunt ſex vaccæ.

3. *Item*, ſanguis filii Thani, ſunt tres vaccæ.

4. *Item*, de ſanguine Nepotis Thani, ſunt duæ vaccæ, & duæ partes vnius vaccæ. Exod. c. 21. 18. Stat. wilh. c. 9.

5. *Item*, de ſanguine vnius ruſtici extracto ſubtus anhelitum, eſt minor per tertiam partem in omnibus ſupradictis.

6. *Item*, ſi mulier non habet virum; jus ſuum erit, ſicut jus fratris ſui, ſi quem habet.

7. *Item*, percuſſio ſine ſanguine, decem denarii.

8. Cætera omnia, & ſingula quæ currunt in Curiis Dominorum, ſecundum auxilium & favorem terminantur: exceptis legibus de Burlawis quæ per conſenſum vicinorum erunt. *Apud Germanos* Baur, *ruſticum ſignificat &* Lauch *vel* law, *lex dicitur, hinc* Burlaw, *ruſticorũ leges, de re ruſticâ latæ. Nos hodie* Birlaw *courtis, &* Birlawmen, *dicimus.*

DE PRETIO SANGVINIS, ET INJVriarum ſatisfactione.

CAP. 40.

ITem, per legem terræ in *Scotia*, pro vita hominis, novies viginti vaccæ.

2. Pro pede, vna Marca.

3. Pro dente, duodecim denarii.

4. Pro qualibet plaga longitudinis pollicis, duodecim denarii.

5. Pro ictu ſub aure, ſexdecim denarii. Bluidweit.

6. Pro ictu cum baculo, octo denarii, & ſi percuſſus ceciderit, ſedecim denarii. Exod. c. 21. 18. 19.

7. *Item*, pro vulnere in facie, vulnerans dabit vnam peciam auri, videlicet, vnam imaginem auri.

8. Pro fractura oſſium, quinque oræ.

9. Pro vulnere ſub veſtibus, duodecim denarii.

10. Si ante manicam, ſexdecim denarii.

11. Pro qualibet viſibili plaga, exceptâ facie, quindecim denarii.

12. De plaga ſupra anhelitum, quinque ſolidi.

13. Sub anhelitu, quadraginta denarii.

14. Pro ictu cum pede, quadraginta denarii.

15. Pro ictu cum pugno clauſo, duodecim denarii.

16. Pro ictu cum palma, pro quolibet digito, duodecim denarii.

17. Pro extractione ſanguinis, viginti quinque ſolidi, ex parte maris *Scotici*, ſcilicet, vltra mare. Et ex alia parte ejuſdem maris, ſex vaccæ.

Ex parte Auſtrali i. verſus meridiē vid. leges. Malc. c. 2. §.

18. Sed in his vſus, & conſuetudo obſervetur.

Quoniam

IN MY DEFENCE GOD ME DEFEND.

QVONIAM ATTACHIAMENTA, SIVE LEGES BARONVM.

ATTACHIAMENTVM QVID SIT, PER quos, quibus modis, & in quibus cauſſis fieri debeat.

CAP. 1.

QVONIAM ATTACHIAMENTA ſunt principium, & origo placitorum de *wrang* & *vnlauch*, et aliorum quæ proſequuta ſunt per *Sicker borgh*: ideò de Attachiamentis eſt inchoandum. Et primò, videndum eſt, quid ſit Attachiamentum, & per quos fieri debeat, & quibus modis.

2. Eſt autem Attachiamentum, quoddam vinculum legitimum, per quod, pars defendens invita aſtringitur ad ſtandum juri, & reſpondendum parti de ſe querenti juridicè. Cap. 2. 4.

3. Debet autem Attachiamentum fieri, per Ballivos, vel eorum ſervientes, præſentatos in Curia & juratos. Tales itaque erunt Attachiatores eorum, cùm neceſſe fuerit, ad capiendum rebelles & fugientes ſeu fugitivos, qui non ſunt juris [a] patientes.

[a] *Al. juri parentes.*

4. Et ſciendum eſt, quòd diverſis modis fit Attachiamentum: Aliquando enim fit Attachiamentum per bona partis defendentis, vtpote, in placitis de debitis, & conventione, & quando

do implacitatur de rebus mobilibus.

Attachiamentum bonorum. breaking of arreſtment.

5. Quia primò debent res, & bona partis defendentis Attachiari, & teneri, quouſque ſecuritatem fecerit per plegios, ad reſpondendum, & ſtandum juri, parti conquerenti, & tunc relaxabitur ſuum Attachiamentum.

Iac. 6. parl. 7. c. 117. *attachiamentū corporis.*

6. Aliquando fit Attachiamentum per corpus hominis, vtpote in placitis de tranſgreſſione, vt cùm aliquis vulneraverit, vel verberaverit aliquem, per corpus debet Attachiari, & non per bona ſua.

Vid. Iac. parl. 14. c. 99 *De probatione attachamenti.*

Vid. Iac. 3. parl. 7. c. 52.

7. Vel ſi noluerit pati Attachiamentum per corpus: vel ſi ſe retraxerit à Ballivis; bona ſua Attachiabuntur per Ballivum; quouſque Attachiamentum patiatur, & invenerit Ballivo ſecuritatem de ſtando juri, parti de ſe conquerenti.

8. Et ideò in principio litis omnium prædictorum placitorum ſemper ſunt a parte litigantium Attachiamenta petenda, & incipienda, vt ex hoc conquerens rectè ſuam [b] probare poterit querelam.

[b] *Al. intentare. Al. perſequi, & probare.*

ANNOTATIO.

Hunc tractatum (cui inſcriptio eſt à primis ejus verbis) eſſe authenticum, & vim legis obtinere, conſtat ex Actis Parliamenti. Jacob. 1. Parl. 3. c. 54. *et commiſſione Mar. Reginæ typis excuſa Edinburgi Anno 1566. de vetere jure enucleando in quibuſdam libris inſcriptio eſt leges Baronum.*

Attachiamentum eſt verbum Gallicum, pro ſpecie citationis præſertim realis ſeu perſonalis. ſtat. Wilh. c. 4. *Nam* attacher *eſt vincere, ligare, ideoq; attachiamentum dicitur vinculum, qui enim in jus citantur, ſunt obligati & quaſi vincti ad comparendum in judicio.*

Stat. Rob. 1. c. 17.

VERS. 1. Wrang] *id eſt injuria Gallicè* Tort. Unlauch, *id eſt, ſine lege vel contra legem* ἀνομία. Quæ] *aliter & quæ; vt ſit ſenſus: attachiamentū eſt principiū placitorum de* wrang *&* vulauch, *id eſt, actionum civilium, & etiam placitorum criminalium quæ proſequuta ſunt*, are purſewed *per* ſickerborgh, *id eſt, per ſecuros plagios.* lib. 4. c. 1. 3. Infr. c. 3. c. 48. ſtat. 1. Rob. 1. c. 17. *Judicium incipit à citatione.* Bart. in l. 5. num. 15. de juriſd. omni. judic. *Et ſine citatione judicium non procedit, niſi Litigator voluntariè ſe præſentet in judicio.* Bart. ff. de in jus vocand.

DE *SVMMONITIONE.*

CAP. 2.

POſt attachiamentum factum & deliberatum, ſummonitiones ſunt faciendæ partibus. Et ideò videndum eſt, quid ſit ſummonitio, per quos fieri debet, vbi & quando.

2. Eſt autem ſummonitio certi diei & loci exhibitio, partibus facta ad diem legalem.

3. Eſt

3. Eſt autem dies legalis in prædictis placitis, quaterdenus & vnnus dies, ſive quindecim dies.

4. Summonitio autem debet fieri per miniſtros in Curia præſentatos & juratos, vt prædictum eſt, c. 1. 3. & non per alios.

DE MODO SVMMONITIONIS ET teſtibus. CAP. 3.

IN omnibus placitis prædictis, quæ placitantur per *wrang* & *vnlauch*, ſuper rebus mobilibus, ſummonitiones debent fieri ad domicilia eorum, qui implacitantur, vbi faciunt reſidentiam, & non in alio loco. Iac. 1. parl. 9. c. 112. Iac. 5. parl. 6. c. 75.

2. Debet enim ſummonitor venire cum teſtibus ſecum, ad domicilia partium & citare partem defendentem, quòd compareat ad certum diem & locum, coram certo Ballivo, talis Domini ad reſpondendum tali perſonę, ſuper certa querela; ſcilicet, de placito terræ, vel de tali placito debiti, vel tranſgreſſionis: vt ſciat defendens in genere ſuper quo placitabitur. c. 1. de libell. oblatione. extr.

3. Et ſummonitor habebit ſecum duos teſtes, qui teſtificentur ipſum de viſu & de auditu, & de omnibus antedictis. Lib. 1. c. 6. 2, 3.

4. Verùm in placitis terræ vel tenementi; & quando ſervitia debita de terris vel tenementis petuntur; ſeu oſtenſio Chartarum à tenentibus, aliter ſummonitiones ſunt faciendæ, ac in ſimilibus. vid. Iac. 1. parl. 1. c. 9. Quon. Attach. c. 25. Iac. 6. parl. 12 c. 131.

5. Quia tunc fiunt ſummonitiones, ad terras vel tenementa de quibus talia petuntur & non ad loca vbi tenentes reſident.

6. Et fient coram teſtibus, vt præfertur: Si verò tales teneant de Barone; teſtes erunt illius Baroniæ. Si verò Baro citetur vel Ballivus Domini Regis; teſtes erunt diverſarum Baroniarum, & habebunt diem ſex ſeptimanarum. In ſummonitionibus prædictis & in talibus placitis ſive exigentijs non [a] jacèt attachiamenta, ſed ſummonitiones tantùm. [a] *i. Locum non habent.*

ANNOTATIO.

VERS. Debent enim] *Summonitio ad Domum partis.* vid. Damhonder. *in praxi criminali.* c. 13. nu. 4. per l. 1. ff. de liber agnoſ. & l. 4. & ibi Bart. de dam. infect.

Citare partem] *Nuncio Principis non creditur ſine literis*, l. 1. & ibid. Bart. C. de jur. fiſci. lib. 20.

In genere] *id eſt, generaliter, nam citatio poteſt eſſe generalis, petitio verò ſpecialis.*

Vers.

Vers. 5. Et non ad loca] *Quia hujusmodi summonitiones sunt quasi reales; & ipsum fundum afficiunt: non est necesse personam Domini Attachiare, aut ejus bona, & de jure possessores rerum immobilium, non coguntur satisdare.* l.15.qui satisd.cog. *Ideòque in his causis, non fit Attachiamentum corporis, sed summonitio tantùm.*

DE ESSONIIS, ET DEFALTIS defendentis.

Cap. 4.

AD diem autem præfixum partibus in placitis de *wrang* & *vnlauch* prosequendis, debent partes comparere.

2. Vel potest defendens pars, se essoniare ter si voluerit, & invenire plegium pro quolibet essonio.

Mod.tenend.cur.c.4.

3. Et post tria essonia, potest pars defendens facere tres defaltas, quæ tolerantur propter lucrum Curiæ.

[a] *i. Vadium, pignus ane distres.*

4. Et pro qualibet defalta, capietur [a] vna districtio, singulis diebus placiti intranda, vsque ad [b] quartum diem.

[b] *i. Quartam Curiam.*

Nam quarta curia est perentoria. Mar.parl.7.c.64.

5. Et pars conquerens potest taxare damna sua in absentia partis suæ, quando fecerit defaltam.

6. Ad quartum diem judicabuntur suæ tres defaltæ, in tribus amerciamentis.

7. Et si non venerit pars defendens ad quartum diem; pars conquerens recuperabit per judicium Curiæ damna taxata.

Annotatio.

Vers. 3. Quæ tolerantur] *Multa per patientiam tolerantur, quæ si fuerint deducta in judicium, exigente justitiâ, non debent tolerari.* c.18. de prebend.& dignit.c.4.de suppl.negl. prælat.

DE REO COMPARENTE QVARTO die.

Cap. 5.

SI pars defendens venerit ad quartum diem, & possit salvare suas defaltas; non amercietur: sed respondebit parti suæ, in querela, quam sequitur contra illum.

[a] *i. Per* wrang & vnlauch, clep, & call. *quæ verba in his actionibus erat vsitata, & solennia* Infr.c.49.& 21.c.20.

2. Quòd si placitum illud sit placitum debiti; petat pars conquerens debitum suum per verba [a] legis, ab ipso defendente; in clamando ipsum, pro certo debito, & ob certam causam, nominando certum diem, & annum juxta debiti naturam. Sed de certo

Digitized by Google

certo loco non eſt multùm curandum in placitis debitorum.

3. Sed in placitis tranſgreſſionis, oportet conquerentem nominare in ſuo clameo, diem, locum & annum.

4. Et ſi conquerens habeat ſuam probationem: dicat in ſuo clameo, quòd hoc paratus eſt probare, ad diem, & terminum.

5. Et ſi non habeat probationem, pars negans ſuum debitum, faciat legem ſuam, ad proximam Curiam cum ſe ſexto.

6. Ad proximam enim Curiam veniet, cum quinque viris non ſuſpectis, alteri parti, in defectu [b] ſuo.

7. Et jurabit primò, quòd non tenetur illi, in illo debito quod petit, & iterum jurabit, quòd ducit ſecum venientes in fideli juramento, & non in falſo. Et ipſi jurabunt, quòd juramentum ſuum eſt verum, et non falſum.

i. Purgabit ſe ſeu acquietabit ſuo & quinque conjuratorum juramento,

[b] i. Defectu probationis ex parte Actoris, qui nullam ſui debiti habet probationem; ideo onus purgationis incumbit Reo c. vlt. de purg. canonic. extr.

ANNOTATIO.

VERS. 1. *Tres dilationes dantur à Judice ei, qui ampliùs allegare velit, ſucceſsivè per ſpatium* 30. *dierum; quibus elapſis judex debet proferre ſententiam, legi & conſuetudini conformem.* Authen. jubemus. C. de judic. c. pro vt nobis. & ibi gloſſa. de dol. & contum.

VERS. 3. Diem, locum] *De jure civili, dies non eſt neceſſarius* l. 4. de accuſ. *ſcilicet, dies commiſſi criminis, ſed dies libelli eſt neceſſarius, ad quem Reus citatur.*

VERS. 5. Et ſi non habeat] *Actore probationem non habente; onus acquietationis incumbit Reo, & ſuis conjuratoribus. Verùm de jure Canonico Reus non eſt cogendus ad purgationem, ſi nullus ſit accuſator.* c. deficientibus. 2. q. 4.

DE DEFALTA PER PETENTEM FACTA.

CAP. 6.

SI conquerens faciat vnam defaltam: defendens poteſt petere judicium, ſuper defalta ſua, & recedere quietus ab illo Attachiamento: Sed poteſt iterum Attachiari ſuper eâdem re.

2. Similis proceſſus eſt, in aliis placitis ſimilibus, & in placitis de tranſgreſſionibus ſimiliter.

ANNOTATIO.

Aliud dicendum eſt de defalta facta in quarta Curia. mod. ten. cur. c. 24. *De praxi ſecundum hanc legem proteſtatio ſolet concedi Reo, ſi Actor fuerit abſens. Vt ſcilicet, Reus non cogatur reſpondere, donec ſolutis ipſi ſimè expenſis de novo, per Actorem fuerit citatus.*

DE

DE SOLVTIONE DEBITI LVCRATI per finem litis.

CAP. 7.

Stat.vvilh.c.17. [a] *Proprio juramẽto, & cedendo bonis ſuis in favorem ſuorum creditorũ* [b] *i. Reſervando ſibi tantum quantum ſufficit ad ſuſtinendam vitam ſuam: nam durum eſt eum fame necari.*

SI conquerens recuperet debitum ſuum, ſeu pecuniam ſuam, Ballivus capiet plegium, ab eo qui ſuccubuit; ad ſolvendum parti ſuæ debitum ſuum, cum damnis quæ rationabiliter poſuit in clameo ſuo, infra 15. dies.

2. Sin autem, ipſum ad hoc diſtringat.

3. Si autem debitor fateatur debitum ſuum, & non habet in bonis, vnde ſolvere poſſit; purgabit ſe [a] propriâ manu, quòd non habet in bonis, vltra valorem quinque ſolidorum, & quatuor denariorum. Et poſteà jurabit, quòd reſtituet debitum ſicut poterit, ſalvò tantummodò ſibi vivere [b] ſuo.

QVALITER ALIQVIS REPLEGIabitur ab vna Curia in aliam.

CAP. 8.

Mod.ten.cur.c.25. [a] *i. Si petit replegiari ad curiam domini ſui relicto poſt ſe plegio in curia a qua replegiatur.*

SI defendens petere [a] velit Curiam Domini ſui, cum Ballivo ſuo, in manu ſua oſtendat ſuam poteſtatem ad hoc, quam ſi non habuerit, Curiam Domini ſui non habebit.

2. Et ſi Dominus ſuus, plures habeat Curias, oportet ipſum Ballivum, certam Curiam nominare, & cujus loci, & vbi jacet ſua reſidentia.

Cùm Reus negat debitum, fit litis conteſtatio; ea autẽ impedit replegiationem.

3. Et ſi defendens dederit plenum reſponſum parti conquerenti, negando præciſè totum clameum ſuum, tunc ſtabit ibidem, vſque ad finem placiti.

4. Si verò habuerit Curiam Domini ſui, quam petiit, dimittet, & relinquet ibidem vnum *culreach*, ſcilicet, vnum plegium, quòd plena lex tenebitur parti, in Curia Domini ſui.

5. Et illo eodem die, dictus Ballivus præfiget conquerenti certum diem legalem, in Curia Domini ſui, ad proſequendum vt ſuprà: dummodò ſibi inveniat plegium ad proſequendum.

6. Si verò Ballivus prædictus, vel Dominus ſuus deficiat ei in lege ſibi tenenda, & hoc per certas Baronias legaliter probaverit, quæ tunc præſentes fuerunt: amittet Dominus Curiam ſuam, per vnum annum, & diem vnum. Quæ erit in manu Domini Regis.

7. Et

Digitized by Google

7. Et defendens prædictus, ad priorem Curiam revertetur, [b] de qua venit: reſponſurus conquerenti, vel ſuus *culreach* reſpondebit pro eo.

[b] *A qua fuit replegiatus.*

ANNOTATIO.

VERS. 4. Culreach] *Verbum eſt hybernicum: et ſignificat plegium ſeu fide-juſſorem quem quis poſt tergum ſuum, vel poſt ſe relinquit. Nam qui petit aliquem remitti ad Curiam Domini ſui, debet fide-juſſorem dare, et relinquere in Curia à qua petit hominem replegiari (vt hic in textu dicitur) ſi ſcilicet, replegiatio fuerit admiſſa per judicem.*

QVLITER DOMINVS PERDIT *Curiam ſuam.*

CAP. 9.

POteſt etiam aliis modis, aliquis Dominus perdere Curiam ſuam, per vnum annum & vnum diem, ſi teneat placitum in tempore prohibito, ſcilicet, poſt pacem Domini Regis in [a] foro clamatam, ante natale, [b] vel in autumno, vel ante tria placita capitalia Vice-comitis. Mod.ten.cur.c.26. Lib.1.c.6. [a] *i In Nundinis.* Lib.1.c.8.30. [b] i. In die harweſt *cùm fruges colliguntur.* Iac.5.part.6.c.71.

2. Niſi fuerit ſuper Breve Domini Regis de recto; quod per totum annum debet continuari, de quindena in quindenam, de jure.

DE CATALLIS HAYMHALDANDIS, ET *termino producendi warantum.*

CAP. 10.

QVando aliquis calumniat aliquam rem, videlicet, bovem vel equum, dicens rem illam ab eo eſſe elongatam, debet illa res per Ballivum attachiari per plegium; ad reintrandum rem illam, ad ſectam calumniantis, & dare ad plegium rem illam poſſidenti, ad legales dies. Mod.ten.cur.c.27.

2. Et cùm res illa reintratur ad Curiam, per defendentem; & calumniatur per conquerentem, de injuſta detentione illius rei ab illo, per certum tempus elongatæ: quam paratus eſt [a] haymhaldare; ſi alter vocat Warantum illius rei, habebit diem legalem, de Waranto ſuo producendo.

3. Si dicat Warantum ſuum eſſe vltra *Forth*: habebit ſex ſeptimanas ad producendum Warantum.

4. Et cùm produxerit Warantum ſuum, die ſibi præfixo, quietus

quietus erit à calūnia illius rei &, alter ſcilicet, warantus reſpondebit, ſicut ipſe debuit reſpondere.

lib. 1. c. 23. *Generaliter quartus varantus reſpondebit.*

5. Et ſic poteſt fieri vſque ad tertium warantum, & non vlteriùs, & tertius warantus reſpondebit præciſè calumnianti.

9. Et ſi defendens non habeat juſtam cauſſam retinendi rem illam; alter ſcilicet, calumnians, tenetur rem illam haymhaldare. Si ſit animal, poſito libro inter cornua animalis, vel in fronte, jurabit cum teſtibus ſuis, ſcilicet, duobus quòd illud animal, fuit ab eo elongatum, ſicut oſtendebat in clameo ſuo. Et quòd non fuit datum, nec venditum ab eo vllo modo cuicunque.

7. Quòd ſi aliquis eorum defecerit de producendo ſuum warantum ad diem ſibi præfixum, ipſe rem illam, cum damnis calumniatis amittet.

Vocatus in Varantum, non poteſt replegiari ad aliam curiam.

8. Et ſciendum eſt, quòd in tali Curia, in qua ſemel vocatur Warantus: in eadem Curia debet placitum terminari. Nec aliquis poteſt petere Curiam ſuam, de illo qui venit pro Waranto.

ANNOTATIO.

In hoc capite, traditur forma per quam catalla ſolent haymehaldari, ſeu rei vindicatione repeti, per eorum verum Dominum: cujuſmodi forma controverſiæ vulgò appellatur capilmute, cabalmute, *vel* cattelmute: *Nam* mote *vel* mute, *ſignificat placitum, querelam, litem ſeu actionem; vt mons placiti,* The mute hill of Scone. leg. Mal. 2. c. 1. vid. Iac. 6. Parl. 11. c. 100. *Porrò,* Haime *apud nos, et* Germanos, *ſignificat Domum vel domicilium. Eſt igitur haymehaldari rem ſuam, vel animal aberrans rei vindicatione repetere, & ſuum vel quaſi domeſticum probare.*

DE NAMIS CAPTIS PRO DEBITO negato.

CAP. II.

CVm quis invenerit plegium Vice-comiti, quòd aliquis cepit namos injuſtè pro debito negato: Vice-comes deliberabit ipſi namos ſuos, ſub plegio ad intrandum illos in Curia Domini Regis, & ad proſequendum contra ipſum namantem; & alter ſimiliter attachietur ad dandum reſponſum.

2 Et debent nami eſſe in ſaiſina illius conquerentis, donec diſcuſſum fuerit illud dubium, vtrum juſtè an injuſtè namatus fuerit. Mod. ten. cur. c. 30.

3. Sed

Digitized by Google

3. Sed vertitur in dubium, vtrum Dominus alterius [a] partis in iſto caſu poſſit habere hominem ſuum, de Curia Domini Regis ad Curiam ſuam.

[a] *i. Ipſius Rei, qui accuſatur de namis injuſtè captis.*

4. Reſpondetur quòd non; ex quo Dominus Rex fecit deliberationem parti conquerenti de namis ſuis prædictis; & cùm licitum fuerat ei ire ad Ballivum Domini Regis, pro deliberatione ſuorum namorum, tenetur ibidem placitum finaliter terminare.

Annotatio.

Vers. 4. Reſpondetur] *Qui conqueritur Vice-comiti de namis à ſe injuſtè captis, eoſq; à Vice-comite, pendente lite, cuſtodiendos recepit, Vice-comitis juriſdictionem approbavit, ideoq; ab ejus Curia replegiari non debet. Nam initio fuit illi liberum adire Vice-comitem: ſed poſteà eſt illi neceſſarium in ejus Curia manere. Et qui in initio ſponte elegit aliquam juriſdictionem; non poteſt poſteà eam declinare; quia ſpontanea judicis electio, fit neceſſaria, & judicis approbatoria.*

DE LATRONE, EJVS BONIS, & vxore.

Cap. 12.

IN placito de furto, cùm quis inclamaverit aliquem de furto per verba legis, taxando damna ſua in [a] certo; poteſt negare furtum defendens, & quicquid tangit vitam & membra.

[a] *i. In certa quantitate.*

2. Et licet ei conſentire aſſiſæ, ſi voluerit, quòd fidelis videatur, vel ſe defendere per [b] manum ſuam.

[b] *i. Per duellum.*

3. Sed tunc oportet eum habere ſufficientes plegios, ad reſpondendum parti conquerenti, de damnis ſuis prædictis, ſi ipſe in bello ceciderit.

4. Et ſi ipſe tales plegios non habuerit; tranſeat ad aſſiſam, velit, nolit. Et ſi factus fuerit fidelis, quietus recedat cum re calumniata. Et conquerens amerciabitur propter ſectam [c] ſuam.

Lac. 1. parl. 13. c. 142 [c] *Quia querelam ſuam non probavit & temerè litigavit.*

5. Si autem defendens condemnatus fuerit; Dominus ſuus capiet omnia bona ſua, in ſuo dominio inventa. Et ſi alibi bona habuerit, capiantur à Dominis locorum vbi fuerint inventa: dum tamen Domini habeant Curiam in qua poſſunt eſchetæ judicari.

vid. lac. 6. parl. 11. c. 50 *Generaliter leges vetant vxores inquietari propter culpam mariti.* l. 2 C. *ne vxor pro marito.*

6. Vxor verò illius damnati, non damnabitur ex furto viri, cùm ipſa ſit ſub virga mariti ſui.

Stat.vvilh.c.19.3. Mod.ten.cur.c.15.c. 33.

7. Tamen vxor in certis casibus respondere tenebitur, videlicet, si furtum inveniatur sub clavibus suis, quas ipsa habet sub custodia, & Cura sua, vt pote spensæ, arcæ suæ, vel scrinii sui. Et si aliquod furtum sub clavibus suis inveniatur; vxor cum viro suo tanquam ei consentiens, erit culpabilis, & punietur.

QVÆ PERSONÆ POSSVNT REDDERE judicium, & de falsatione judicii.

CAP. 13.

QVælibet libera persona, in quolibet comitatu de regno, de roboria potest reddere judicium pro qua parte voluerit litigantium.

2. Dum tamen non sit persona suspecta, vt pote, si fuerit tenens suus, vel de familia sua, vel portans robas suas, seu de consilio illo, aut si se partem fecerit in querela illa, vel propter aliquid simile.

Iac.1.parl.9.c.116 Iac.4.parl.6.c.95. Stat.vvilh.c.10.

3. Et qui dat judicium, inveniet plegium ad faciendum illud bonum, si fuerit contradictum.

4. Et si fuerit contradictum per aliquem tunc præsentem illo die; contradicens assignabit rationem vnam ad minus ibidem.

5. Nec vertat articulos pedum, vbi talones steterunt, antequam contradixerit. Et si vertat articulos; & hoc probatum fuerit, seu attestatum per Curiam, postea non audietur ad contradicendum, licet judicium tale fuerit falsum de plano.

In caussa falsi plegius debet dari. Mac.Reg.parl.7.c.62.

6. Si verò absens fuerit, poterit contradicere illud judicium infra quadraginta dies; & invenire plegium ad hoc coronatori, si fuerit in Vice-comitatu, vel in Curia Justitiarii, & si fuerit in Burgo inveniet plegium Ballivo.

7. Et si aliquod judicium in Curia Baronis redditum contradicatur, ex quo redditum fuit per totam Curiam; & falsatum fuerit coram Vice-comite, non levabitur nisi vnum amerciamentum, eò quòd tota Curia est vnius Baronis.

Licet ei contra quē judicium est falsatum iterum in judicio agere, & novas exceptiones proponere. Iac.3.parl.6.c.41.

8. Si verò in Curia Vice-comitis judicium redditum per totam Curiam contradicatur & falsatum fuerit coram justitiario; quilibet sectator coram Vice-comite, amerciabitur coram Justiario in decem libris. Eò quòd quilibet sectator, repræsentat personam Baronis, pro quo facit sectam. Et quia tot Barones (per quos leges conduntur in regno) debent esse magis discreti, ad cognoscendum leges conditas per seipsos, quàm populus laïcus, vel vulgaris.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIO.

VERS. 7. Eò quòd] *Omnes sectatores in Curia Baronis, quia repræsentant personam laicorum vulgarium, qui in Parliamento non habent jus suffragii in condendis legibus; & sunt sectatores in Curia vnius Baronis: habentur pro vno Barone. Ideoq; si eorum judicium fuerit falsatum, vnum tantùm solvunt amerciamentum.*

DE JVDICIO RESPECTVATO.

CAP. 14.

CÙm aliquod judicium super re aliqua certa, seu super articulo aliquo certo placiti, inter partes, per aliquam certam rationem, petitur per aliquem partium; & Curia illud posuerit in respectu, primò, secundò & tertiò, sicut de jure potest: nulla ratio pro parte petentis ad illud judicium potest vlteriùs addi prioribus rationibus suis contra judicium, super respectu isto, nisi quæ ab initio sunt ostensæ. Mod.ten.cur.c.34.

2. Nec vlteriùs est procedendum in lite, priusquam judicium petitum declaretur.

3. Et si dicant quarto die sectatores, se nescire reddere judicium; faciat quilibet sectator super hoc juramentum super librum; & transferatur judicium illud, ad Curiam Vice-comitis, vel coram Justitiario in itinere suo, ad declarandum ibidem. Lib.3.c.2;4.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Et Curia illud] *Iudex potest dare partibus necessarias dilationes.* l.2.C.vt intra cert.temp.

VERS. 2. Nec vlteriùs] *Iudex potest sententiam interloquutoriam revocare, sed non definitivam.* l. 14. de re judic. *Nam postquàm definitivam dixit, judex esse desinit; & sive benè sive malè, officio functus est.* l.55.de re judic.

DE OFFICIO ET POTESTATE sectatoris. CAP. 15.

QVilibet sectator Baronis, potest in Curia Vice-comitis (si præsens ibi fuerit) pro suo Domino litigare, & sine calumnia respondere. Mod.ten.cur.c.53.

2. Et in ejus absentia homines suos replegiare ad Curiam suam, tanquam haberet literam Domini Regis de Attornato, ratione sui officii, sed [a] non in alio loco, sine litera prædicta.

3. Neque potest pro aliquo alio, sine Vice-comitis licentia [b] ibidem respondere.

[a] *i. Non in alia Curia, vbi non est sectator.*

[b] *In curia vicecomitis.*

DE JVDICE SVSPECTO. CAP. 16.

VBi ab aliqua parte litigantium judicium exigitur, si Vice-comes, vel Ballivus sit suspectus parti, per aliquam rationem; Mod.ten.cur.c.37. Infr.c.66.huj.

poteſt pars petere amotionem illius Vice-comitis, ſeu Ballivi, donec judicium per [a] Curiam diſcuſſum fuerit, & determinatum.

[a] *i. Sectatores curiæ.*

2. Et per Curiam revocandus eſt, vt ſedeat, vt audiat judicium redditum coram partibus.

3. Quoniam verum eſt, quòd nullum judicium reddi debet, niſi ſedente judice in Curia.

4. Sed poſtquàm judicium ordinatum eſt, ad proferendum quod diſcuſſum eſt in abſentia ſua; judex non poteſt illud aliquatenus immutare, quin proferatur ſecundum ordinationem Curiæ.

Judex non poteſt mutare aut corrigere ſententiam ſectatorum.

5. Nec debet Ballivus, ſeu alius judex, facere ſe partem in aliquo placito pro aliquo: Nec debet dare aliquam rationem pro parte ſua, niſi ad [b] infenſandum Curiam, in [c] Wardis petitis, vbi ſectatores ſunt legis minùs ſcientes.

[b] *i. Informãdam.*
[c] *i. Interloquitoriis*

DE PLEGIO FVRTHCVMMAND BORGH, & de plegio de ſtando juri, & eſſonio plegii ad certum diem.

CAP. 17.

Med. ten. cur. c. 38.

VBi aliquis replegiat aliquem ad ſectam alicujus attachiatum, in placito debiti vel tranſgreſſionis, aut ipſum [a] replegiat ſicut *furtheummand borgh*, cum ſano habere, vel ſicut ſanum hominem.

[a] *i. Aut fidejubet & permittit ſe exhibiturum eum ſanum & ſalvum in judicio.*

2. Et tunc tenetur tantùm perſonam ſuam intrare, ſi ſit homo ſanus, coram Ballivo in Curia ſua, die & loco, partibus aſſignatis.

vid. lac. 1. parl. 9. c. 115

3. Sed ſi ſit ejus plegius ad ſtandum juri, adverſario ſuo; tunc erit plegius ſuus totaliter vſque ad finem placiti, & ſatisfaciet pro ipſo; tàm erga Curiam, quàm erga partem: ſi ille attachiatus taliter fuerit inſufficiens.

Lib. 3. c. 1. 4.

4. Nec vnquam diſtringetur plegius pro debitore, ſi trahatur in judicium per creditorem debiti, ſi plegius velit opponere, & oſtendere debitorem eſſe ſufficientem ad ſolvendum illud debitum, & ſatis diſtringibilem ſuo creditori, infra eandem Balliam, vbi creditor reſidet.

5. Si verò aliquis replegiaverit aliquem ad intrandum ad aliquam Curiam, certo die, pro vt lex voluerit; vterque ipſorum ſe poteſt eſſoniare, ſi voluerit, & ſufficit vnum eſſonium pro vtroque.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIO.

VERS. 1. Furthcommand borgh] *Id eſt, de judicio ſiſti; ſiſtit enim in eadem cauſſa, qui non facit cauſſam Actoris, ad experiundum deteriorem.* l. 1. ſi nox. cauſ.

VERS. 3. Sed ſi ſit] *De judicio ſiſti, & judicatum ſolvi.*

VERS. 4. Nec vnquam] *Fidejuſſor non poteſt conveniri pro debito, ſi principalis debitor ſit ſolvendo.* Bart. in l. 3. §. ſi is. ff. ſi quis jus dic. ſuprà, lib. 3 c. 1. 7.

QVOMODO TERRA HOMICIDAE FVgitivi, poteſt eſſe eſcheta Domino Regi, vel Domino ſuperiori.

CAP. 18.

SI aliquis fecerit homicidium; & ſi ſe retraxerit tanquam legis impatiens: Dominus Rex ſaſiet, & tenebit tenementum ſuum in manu ſua per vnum annum, & vnum diem; infra quod tempus, Rex poteſt remittere homicidium, & reddere ſibi terram ſuam. Mod. ten. cur. c. 14. Henr. 3. An. 9. c. 22. Edward. 2. An. 17. c. 11. Iac. 5. parl. 4. c. 31. Iac. 6. parl. 3. c. 49. parl. 8. c. 136.

2. Poſt annum verò, ſi ſe [a] retraxerit: ſuperior Dominus illius tenementi, qui Curiam habet de homicidio, recuperabit terram illam, de manu Regis, & illam terram tenebit; quandiu dictus homicîda vixerit, licet Dominus Rex dicto feloni, fecerit gratiam, de ſuo homicîdio. [a] *i. Fugerit.* Stat. Rob. 3. c. 19. 3. Lib. 4. c. 34. Lib. 2. c. 56.

3. Sed poſt mortem felonis, hæres ſuus recuperabit tenementum patris ſui, per leges terræ.

4. Si autem Dominus Rex habuerit in Warda ſua, illum qui eſt Dominus ſuperior terræ, ſeu tenementi dicti felonis, & poſt annum, & diem tenuerit illam terram, ſeu tenementum in manu ſua, ratione Wardæ ſuæ, & poſteà dederit terram illam, ſeu tenementum, tanquam eſchetam ſuam alicui, ille cui datur, tenebit eam ſicut ſuam eſchetam, quandiu vixerit homicîda, licet ſuperior Dominus illius tenementi, qui fuit in Warda Domini Regis ad ætatem pervenerit, & totum dominium ſuum recuperaverit. *Secunda pars huius cap. De terris felonis, cujus dominus eſt in cuſtodia & tutela Regis, ratione warde.* Mod. ten. cur. c. 42.

5. Quoniam illa eſcheta, non eſt niſi mobile quod dari poteſt.

6. Et ſi fuiſſet in manu Domini Regis, quando Dominus recuperavit terram ſuam, idem Dominus recuperaſſet etiam illam eſchetam, cum terra ſua.

Digitized by Google

7. Sed ante recuperationem Dominii, potuit licitè alienari per Regem, cuicunque voluerit.

ANNOTATIO.

VERS. 5. Quoniam illa] *Nota quòd eſcheta terrarum felonis poſt annum & diem (videlicet, his liferent) ipſo vivente, computatur inter bona mobilia.*

DE PRODITIONE DOMINI SVI, vel Regis.

CAP. 19.

Mod.ten.cur.c.43. Plenr.7.An.12.c.7.

CÙm aliquis fuerit de ſui Domini proditione convictus, hæres ſuus exhæredabitur in perpetuum, de toto tenemento, quod tenuit de illo Domino.

2. Sed hæres ſuus recuperabit omnia alia tenementa, quæ tenuit de aliis Dominis, poſt mortem patris ſui.

Lib.4.c.15.17. Iac.1.parl.1.c.3. leg.Malc.3.c.12.1. Iac.2.parl.6.c.14.

3. Sed ſi proditio facta ſit Domino Regi; hæres ſuus exhæredabitur in perpetuum de omnibus terris, quas pater ſuus habuit in regno.

HAEREDITAS VXORIS PER MARITVM alienata, poteſt revocari.

CAP. 20.

Mod.ten.cur.c.44. Lib.2.c.29.c.17.3 Iac.3.parl.11.c.83. *Heredes minores enormiter læſi, poſſùt petere reſtitutionẽ in integrum.* Iac.4.parl.4.c.51.

NVllus vxoratus poteſt alienare hæreditatem vxoris ſuæ, neque terram ejus. Quòd ſi fecerit, poſt mortem ſuam, vxor ipſa, vel hæredes ſui, poſſunt jure revocare illam alienationem: Cùm ipſa fuiſſet ſemper ſub virga mariti ſui, quandiu vixerat maritus, & ipſe fuit Dominus omnium, quæ fuerunt vxoris ſuæ, pro vita ſua duntaxat.

ANNOTATIO.

Nullus] *In alienatione hæreditatis vxoris, ejus conſenſus requeritur; quia de jure, omnium conſenſus eſt neceſſarius, in quolibet facto, quorum juri detrahitur in aliquo.* l.8.de aq. pluarc.

DE POTESTATE VXORIS IN bonis mariti.

CAP. 21.

NVlla fœmina virum habens, poteſt nec debet, ſine viri ſui licentia, dare aliquid, vel vendere de bonis ſuis, vltra valorem

Digitized by Google

rem quatuor denariorum.

2. Exceptâ eleemoſynâ, moderatè, & charitativè faciendâ, & exceptis veſtibus ſuis in robas ſciſſis, & formatis; ac omnibus paraphernalibus, & jocalibus ſibi datis.

3. Quæ tamen debent dari cum licentia viri ſui, aliter donatio illa nullius valoris exſtat.

Mulier non poteſt alienare terras nomine dotis ad ſe pertinentes. Edward. 1. An. 6. c. 7. *in ſtatutis apud Gloceſter.*

ANNOTATIO.

VERS. 2. Ac omnibus] *Id eſt, quæ præter dotem inferuntur in domum mariti, nonnunquam ſic vt fiant mariti: nonnunquam cuſtodiæ cauſſa commendantur marito, & poſteà cùm diſſolutum fuerit matrimonium vindicari, vel actione depoſiti aut mandati, repeti poſſunt per vxorem.* l. 9. de jur. dot.

NVLLA VXOR POTEST eſſe plegia.

CAP. 22.

NVlla fœmina virum habens, poteſt eſſe plegia, de aliqua re data, vel vendita, neque proſequi querelam de aliqua re, nec defendere querelam viri ſui; niſi cum licentia, & auctoritate viri ſui. Et ſi quid factum fuerit in contrarium: illud irritum volumus eſſe, & inane. Vidua tamen poteſt eſſe plegia cujuſlibet: ac liberè facere, & diſponere de bonis ſuis, quomodocunque voluerit; ſecundum quod juſtum fuerit; ſine licentia, & impedimento alicujus.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Nulla] L. 1. & tot. tit. ff. ad S.C. Velleian. *De jure divino, Mulier per nuptias eximitur ex familia parentum, & transfertur in poteſtatem mariti.* Levitic. 22. 13. *Et ſi quid promiſerit: non tenetur, ſi maritus contradixerit.* Numer. 30. 9. *Quia toto vitæ ſuæ tempore, eſt obligata juri mariti.* Rom. 7. 2. 1. Cor. 7. 39.

DE HEREZELDIS.

CAP. 23.

SI quis ſederit ſuper terram alicujus liberi hominis; & terram de illo teneat, vt husbandus: & ita contingat, quòd ipſe husbandus moriatur: Dominus ſuus prædictus, [a] meliorem averiam, ſive animal, de ſuis catallis habebit. Ita ſcilicet, quòd ille husbandus octavam partem vnius davatæ terræ tenuerit, vel plus.

[a] The beſt auche, *Gallicè, le meilleur avoir.*

2. Sed

2. Sed ſi minorem partem terræ tenuerit; nihil dabit pro herrezelda.

ANNOTATIO.

Herr.] *Apud Germanos, Latinè Dominus, nomen dignitatis et honoris.* Zelde, *apud nos ſignificat Donum, ſive donationem vnde* Herrezelda, *i. gratuita donatio, quæ ab husbando ſeu agricula, dàtur Domino ſuo, ratione dominij, et reverentiæ. Ideoq; laudativum, ſeu laudemium dicitur: à laudando Domino.* Alciat.lib.1.parerg.c.45. et in l.3. C. de jur. Emphyt. *Apud nos, non niſi poſt mortem husbandi ſolvitur. Angli* hariotum *vocant.*

Davatæ] *Apud priſcos* Scotos, ane Dawach of land, *quod continet quatuor aratra terræ, quorum vnumquodq; trahitur octo bobus: Alij quatuor aratra duplicia intelligunt, quæ ſunt octo ſimplicia: Sed ſervari debet vſus, et conſuetudo locorum. In nonnullis libris hic legitur,* Bovatæ terræ, *contra fidem veterum codicum authenticorum. Bovata autem terræ continet* 13. *acras. Cujus octava pars comprehendit vnam acram, dimidium acræ, et octavam partem acræ.*

QVALITER HOMO ACQVIETABIT ſe, contra Dominum ſuum, vel Regem.

CAP. 24.

Mod. ten. cur. c. 45. [a] *Quia huſuſmodi teſtes ſunt ejuſdem Baroniæ, ideoqu: ſuſpecti in cauſſa domini ſui*

NVllus Dominus poteſt probare contra hominem ſuum, vel tenentem ſuum, per [a] teſtes in Curia ſua, neque ipſum damnare pro aliqua tranſgreſſione, ſuper ipſum impoſita, contra Dominum ſuum, niſi fuerit manifeſta tranſgreſſio, quæ non indiget probatione.

2. Neque poteſt aliquam conventionem ſibi imponere per teſtes: Dummodò homo ſuus voluerit ſe purgare, erga Dominum ſuum de re ſibi impoſita.

3. Et faciat homo, ſuam acquietationem contra Dominum ſuum, cùm ſe duodecimo, hoc eſt, ſe, & vndecim viris fidelibus non ſuſpectis.

4. Si verò Dominus habeat aliquod inſtrumentum de tenente ſuo, ſuper aliqua re ſua, ſigillatum ſigillo ſuo; benè poteſt erga ipſum probare per proprium inſtrumentum ſuum, in ſua Curia. Quia contra hoc, non jacet aliqua acquietancia, per teſtes.

Contra probationẽ per ſcripta, neque purgationi, neque teſtibus eſt locus.

5. Si verò contra Dominum Regem, quis ſe purgare voluerit: cum ſe, & viginti quatuor hominibus de paribus, cujus conditionis ipſe fuerit, faciet ſuam acquietationem.

DE

Digitized by Google

DE OSTENSIONE CHARTAE.
CAP. 25.

NVllus liber homo, tenetur reſpondere Domino ſuo, in Curia ſua ſuper hoc quod tangit liberum [a] tenementum ſuum, ſine [b] Brevi Domini Regis placitabili. Stat. Rob. 3. c. 16. Henr. 3. An. 52. c. 22. Iac. 1. parl. 1. c. 9. Iac. 6. parl. 12. c. 131.

[a] *i. Hereditatem ſuam.*

[b] *quod requirit ordinariam formam proceſſus.*

2. Nec etiam ſibi tenetur, per ſummonitiones ſuas Chartam ſuam oſtendere, niſi ſemel in vita ſua.

3. Quam cum viderit ſuus Dominus; ſtatim debet ei reddere illam, nec poteſt nec debet de ipſa copiam petere, nec habere. Infr. c. 49. in. prin. vid. Iac. 3. part. 6. c. 4.

DE PLEGIIS CONIVNCTIM OBLIGATIS.
CAP. 26.

SI duo homines vel plures, in plegium intraverint de vna querela, & citati ſunt ad diem certum, de illo plegiagio reſponſuri, & aliquis de plegiis, præſens non fuerit, non debent cogi illi qui præſentes ſunt, ſine illo, vel illis, qui præſentes non ſunt (niſi voluerint) de ipſo plegiagio reſpondere; quanvis ſuper hoc citati fuerint, niſi in [a] ſtultam reſponſionem inciderint. Lib. 3. c. 1. 10.

[a] *i. Niſi reſponderint, cùm non debēt, neque cogi poſſunt. Nam ſtultum eſt loqui cū poſſint tacere.*

ANNOTATIO.

Fidejuſſores conjunctim obligati, tenentur pro rata debiti, videlicet, quiſque pro ſua parte. l. 16. C. de fidejuſſ. *Aliud eſt dicendum de his qui obligantur conjunctim & diviſim, horum enim quilibet tenetur in ſolidum.*

NVLLVS DEBET CONQVERI IN *Curia aliena.*
CAP. 27.

SI quis extra Curiam Domini ſui, in Curia alterius, de aliqua querela quæ pertinet ad Curiam Domini ſui conqueratur: Dominus illius conquerentis, poteſt habere de illo, plenarium forisfactum Curiæ ſuæ, ſicut de homine, qui volebat auferre à Domino ſuo, commodum ſuum, & libertates ad Curiam ſuam pertinentes.

QVAE CITATIONES SVNT VALIDAE, *& quæ non.*
CAP. 28.

Lib. 1. c. 6. *Weſenbecius, præceptor meus, in* tit. ff. de in jus vocand.

CItationes factæ per noctem nihil valent, quia debent fieri ſole lucente; neque ante ſolis ortū, neque poſt ſolis occaſum.

2. Et

2. Et fiant per teſtes legales. Sin autem, poterunt contradici legaliter à quocunque.

3. Nec debent fieri die Dominico, nec in die feriato, nec ſolennizato.

4. Si quis ex Aquilonari parte de *Forth*, citatus fuerit de aliqua querela per ſpatium quindecim dierum; & ante citationes ſibi factas, fuerit ex Auſtrali parte de *Forth*, tranſlatus; non cogitur illis citationibus reſpondere: Si hoc pro ſe monſtrare voluerit, niſi in ſtultam reſponſionem inciderit.

5. Et illud idem erit de illis, qui ſunt vltra *Drum-Alben*, & aquam de *Spey*, cùm citati fuerint modo prædicto.

Annotatio.

Vers. 3. Nec debent] *Dies Dominicus à cognitionibus, & contractibus ſit alienus, ſileſcat horrida vox praconis: & litigantes à controverſiis reſpirent.* l. vlt. C. de feriis. *Praterea citatio facta die non feriato, vt actus fiat die feriato, non valet vt dixi.* lib. 1. c. 6.

DE CONTRADICTIONE PROPRII FACTI.
Cap. 29.

TRibus modis ſeu caſibus, quis contradicere poteſt proprium factum. Primò, ſi ſit infra ætatem, factum ſuum non tenet, niſi fecerit ex ſui tutoris auctoritate.

2. Secundò, ſi ſit in carcere, vel in vinculis, vel in manibus raptorum, vel inimicorum ſuorum; tunc factum ſuum non tenet, propter vim & metum, qui poſſunt cadere in virum conſtantem.

3. Tertio caſu, ſi quis ſit lunaticus, vel rabie vexatus per intervalla dilucida: tempore furoris factum ſuum non tenet; ſi poterit furor, vel rabies legitimè probari.

Annotatio.

Generaliter nemo poteſt venire contra factum proprium. l. 25. & ibi gl. ff. de Adopt.

Vers. 1. Primò] *Minor plenum animi judicium non habet.* Vlp. tit. 20. *& facile decipi, & in errorem impelli poteſt.* l. 1 ff. de Minorib.

Vers. 2. Secundò] *Factum incarcerati non valet in favorem incarcerantis: ſed benè valet in favorem tertiæ perſonæ.* l. metum 9. §. ſed licet. l. qui in carcerem. 22. ff. quod met. cauſ.

Vers. 3. Tertio] *Quia furioſus quieſcentis, & abſentis loco habetur.* l. 2. ff. de jur. codicill.

DE

DE AEDIFICIIS AMOVENDIS.

Cap. 30.

SI quis implacitatus fuerit de terra, vel tenemento, in quibus saisinam habuit per aliquod tempus: Et sint ædificia in iisdem, aut domos, ibidem ædificavit: benè licebit ei, illas domos diruere & prosternere, earumque [a] muremium asportare si, voluerit, ante judicium datum in illo placito.

l. vnic. ff. de Migrand.

[a] *i. Ligna ex quibus muri cõstruuntur & aliæ partes domorum exædificantur.*

DE JVRAMENTO POST BELLI *vadiationem.*

Cap. 31.

LEx statuta est, quòd defendens debet invadiare bellum, & pòst jurare. Quia ille in sua defensione potest eligere bellum; vel assisam petere. Propterea quicunque defendens sit, primò debet eligere, vt dictum est; Deinde, vadiare, & postea jurare.

Lib. 4. c. 1. 13.

Annotatio.

Deinde vadiare] *Sed postquam duellum, vadiatum est, defendens non potest, ponere se in magnam assisam; nec è converso. Quid sit vadiare duellum, Dixi ad* c. 23. lib. 3.

QVI CONSENTIVNT NON DEbent essoniari.

Cap. 32.

SI duo homines ponant se ad assisam, pro veritate declaranda, de aliqua re dubia; vel super aliquod factum inter ipsos, nullum essonium potest valere, quin indilatè procedat assisa.

Qui consentiunt in Assisam, videntur renunciasse omnibus exceptionibus contra Assysam. Hetr. 3. An. §. 2. c. 13.

DE ESSONIO, ET SVMMONITIONE *sectatoris, & libere tenentium.*

Cap. 33.

QVilibet sectator Curiæ, potest se ter essoniare à Curia, & ad quartum diem venire, & [a] Warantizare sua essonia.

Mod. ten. cur. c. 53. s. 55.

[a] *i. Defendere & probare ea esse legitima.*

2 Quòd si non fecerit, potest amerciari: nec tenetur Ballivus admittere essonium sine plegio. Et si essoniator plegium non habuerit; poterit amerciari.

Iac. 1. parl. 9. c. 114.

3. *Item*, nullus sectator, tenetur venire, ad Curiam Domini sui, sine summonitione legali.

4. Nec etiam partes litigantium, licet in Curia amerciatæ fuerint, nisi gratis ad hoc consentire voluerint.

5. Quilibet

Digitized by Google

5. Quilibet tamen ſectator, ad tria placita capitalia, ſine ſummonitione venire tenetur.

vid. Iac. 1. parl. 6. c. 7.

6. Nec etiam partes litigantium, niſi hoc acceptaverint in Curia: licitum etiam eſt partibus litigantium, & aliis [b] jactare eſſonia, in capitalibus placitis, ſicut in aliis placitis.

[b] *i. allegare eſſonia vel uti eſſoniis.*

7. Sed nunquid aliquis liberè-tenens, qui non debet Domino ſuo, niſi per annum tres ſectas, ad tria placita principalia, poſſit jactare aliquod eſſonium, ad illa placita, vel non? Dicunt aliqui quòd poteſt, ſicut alii ſectatores faciunt. Sed certè non poteſt; quia ſervitium ſuum eſt limitatum in [c] certo. Et ſi poſſit jactare vnum eſſonium, poſſet jactare tria eſſonia. Et ſit per annum nullam ſectam faceret; quòd eſſet contra ſuum feofamentum.

[c] *Quia expreſſè obligatur ad præſtandas tres ſectas.* Mod. ten. cur. c. 56.

EXCEPTIONES SVNT ADMITTENDAE *in Curia, ſine plegio, niſi ſint frivolæ.*

Cap. 34.

IN omni Curia Baronis, Vice-comitis, Juſtitiarii, & cæterorum vbi partes litigant, poteſt quælibet pars litigantium, ſuper omnibus exceptionibus legalibus, & rationabilibus in placito ſuo, [a] Wardas, & judicium [b] petere ſine plegio inveniendo.

[a] *i. Interloquutoriam ſententiam*

[b] *i. Sententiam definitivam, vel generaliter petere judicium idem eſt, quod petere juſtitiam.*

2. Niſi pars litigans per exceptiones frivolas, & cavillatorias vexaret Curiam.

3. Quia tunc Ballivi, per ſtatuta, tales exceptiones admittere non tenentur, niſi illa pars litigans, invenerit plegium Ballivo, vt habeat judicium.

de frivolis exceptionibus propoſitis infra burgum Iac. 6. parl. 6. c. 91. Iac. 1. parl. 3. c. 55.

4. Curia autem tenetur deſervire partibus litigantium, in Wardis, & judiciis petitis, rationabiliter ſine plegii inventione.

5. Quia aliâs, homo pauper non ſemper auderet jus ſuum allegare; neque judicium ſuper eo petere, pro timore amerciamenti.

Annotatio.

Vers. 3. Niſi illa] *Quod permitti non debet; quia proceſſus frivolis exceptionibus non eſt retardandus.* C. cum ceſſante. 60. de appellat.

QVIBVS LICET LOQVI IN CVRIA, *& quibus non.*

Cap. 35.

lib. 1. cap. 4.

NVllus loquatur in Curia affirmata, niſi partes, & ſui proloquutores & conſilium ſuum.

2. Niſi

2. Niſi in Wardis, & judiciis petitis, in quibus licet omnibus ſectatoribus, ſuas rationes proponere pro illis declarandis.

3. In placitis verò Juſtitiarii, ſi aliquis extraneus, vel ſingularis perſona, pro aliqua parte litigantium, reddit judicium, & id per plegium affirmaverit ibidem, eodem die debet per ſectatores Curiæ declarari, ſi fuerit contradictum.

4. Quòd in alia Curia fieri non poteſt: Quoniam amerciamentum falſi judicii contradicti, eſt [a] decem librarum. Quòd in nulla alia Curia capi poteſt: quàm in Curia Juſtitiarii.

[a] *Ideòque cùm amerciamentum ſit magnum, lis citiùs determinari debet in favorem Regis, ad quem amerciamentum pertinet.* M. d. ten. cur. c. 67.

SECTATOR NON DEBET AMERCIARI *pro malo recordo.*

CAP. 36.

NVllus ſectator, licet non fecerit bonum recordum alicujus placiti, vel alicujus clamei facti per partes in Curia, debet amerciari.

2. Quia licet ipſe [a] defecerit, poteſt per aliquos ſuos ſocios emendari. Et quòd talia recorda jacent in ore, & conſenſu omnium, & non in ore vnius niſi illi omnes conſentiant illi.

[a] *i. Licet erraverit.*

3. Quia quilibet ſectator, antequam admittatur, ſeu recipiatur per ballivum; poteſt, & debet examinari in tribus Curiis; ſi ſciat facere recordationes Curiæ, & dare ſufficienter vnam Wardam, ſeu judicium Curiæ, de Wardis, & rationibus petitis, in Curia, vel non.

4. Et tunc, cùm fuerit per judicem, & ſuos ſocios approbatus, non poteſt poſteà pro ſua imperitia amerciari.

QVILIBET LIBER HOMO, PRO SEIPSO *poteſt eſſe plegius.*

CAP. 37.

QVilibet liber homo, poteſt eſſe pro ſe ipſo ſimpliciter plegius in Curiis, de amerciamentis, & de aliis minutis exigentiis, tàm extra Curiam, quàm infra: Dummodò ad hoc ſit ſufficiens, & Ballivo diſtringibilis. Mod. ten. cur. c. 61.

VTRVM VXOR LEGITIMAE AETATIS, *habens virum minoris ætatis, debeat reſpondere pro VVarantia.*

CAP. 38.

SI aliquis homo vocaverit aliquam ſponſam in Warantum de placito terræ, quæ mulier eſt legitimæ ætatis, & vir ſuus minor,

nor, & infra ætatem viginti vnius anni, quæritur vtrum illa teneatur reſpondere ibidem, ſine viro ſuo, aut eſſe in Warantizatione?

2. Ad hoc reſpondetur, quòd illa debet comparere ad Warantizandum tanquam Waranta, videlicet, in illo caſu, vbi terra movetur ex parte ſua, & non ex parte viri ſui.

3. Sed de principali placito, quando aſſumſerit placitum in ſe, tanquam Waranta, non tenetur reſpondere vlteriùs; donec vir ſuus venerit ad ætatem.

LIBER HOMO NON DEBET.

incarcerari.

CAP. 39.

Mod.ten.cur.c.69.c. 70. Vid.infr.c.96.h.t. *Non multum à ſpecie ſervientiũ differunt, quibus non datur facultas recedendi.* l.1.l. 2. de liber.hom.exhib.c. 2. de pignorib.extr.

NVllus liber homo debet incarcerari pro querela alicujus, dummodo habeat ſufficientes plegios ad ſtandum juri, parti de ſe conquerenti.

2. Niſi ſit in talibus caſibus, in quibus non ſit replegiandus, videlicet, cùm quis capiatur cum rubra vel recenti manu, homicîdii, vel quòd manualiter deprehendatur, cum furto, vel latrocinio. In quibus, vel ſimilibus caſibus, hujuſmodi malefactores ſtatim ſunt damnandi per leges.

3. Sed ſi teneantur vltra vnam noctem: poſſunt per ſuos Dominos replegiari, ad ſtandum legi.

4. Exceptis majoribus tranſgreſſionibus, factis Domino Regi vel majoribus Dominis de regno; pro quibus debent incarcerari, pro enormitate ſui commiſſi, & irreverentia ſuorum ſuperiorum.

DE DISPERSONATIONE BALLIVI.

CAP. 40.

leg.burg.c.104. [a] *i. Injuria præſertim verbali affecerit.* Exod.22.28. Actor. 23.5

SI quis[a] diſperſonaverit Ballivum, in Curia Domini ſui, ſeu maledixerit ei, ibidem debet inclamari, de ſuo malefacto commiſſo: & facere rationabilem emendam de eodem, ſecundum calumniam Ballivi.

DE MALEFACTORIBVS EXPELLENDIS *per Barones.*

CAP. 41.

a Al.bis. Pſal. 101.8

QVilibet Baro poteſt purgare terram ſuam, ter[a] in anno, de malefactoribus, & hominibus malæ famæ; per fidelem inquiſitionem

quiſitionem virorum fidelium.

2. Nullos tamen debet damnare inquiſitio, niſi eos qui conſenſerint in eandem.

Annotatio.

Vers. 1. Quilibet] *Præſes, ſive Rector Provinciæ, debet purgare provinciam malis hominibus, nec diſtinguitur unde ſint.* l. 3. ff. de offic. Præſid.

COMMVNIS LATRO NON DEBET *redimi, & poteſt judicari a Vice-comite.*

Cap. 42.

Mod. ten. cur. c. 46. Stat. wilh. c. 15. *De pœna ejus qui tranſigit de furto commiſſo, vel committendo.* Vid. lac. 1. parl. 15. c. 137.

VBi aliquis de communi latrocinio defamatur coram Juſtitiario; & convincitur: non debet redimi, nec aliquâ pecuniâ liberari.

2. Et ſi talis communis latro, in Curia Vice-comitis deprehendatur, Vice-comes [a] inculpabit eum, de communi latrocinio, ſine aliquo proſequente contra ipſum.

[a] *l. Accuſabit.* Lib. 4. c. 25. lac. 6. par. 11. c. 76. *Vicecomes poteſt cognoſcere de latrocinio.* vt. infra. c. 59. h. *præſertim ſi certus apparet accuſator.* Lib. 3. c. 6.

3. Si hoc negaverit, & ponit ſe ad aſſiſam, & aſſiſa contra ipſum fecerit, fiet de eo, ſicut fuiſſet judicatus coram Juſtitiario.

DE CVRIIS PLACITORVM CAPITALIUM.

Cap. 43.

Mod. ten. cur. c. 47.

IN minori Curia, quàm in Curia Baronis, non poſſunt vita, & membra adjudicari, vt eſcheta: niſi aliqui eandem libertatem habeant in prædictis; ſicut Baro habet; vt quidam viri Religioſi, & alii Eccleſiaſtici.

FIRMARIVS FACIENS INDEBITVM *ſervitium alteri, non præjudicat ſuo Domino.*

Cap. 44.

Mod. ten. cur. c. 48. [a] *Al. inſervire.*

NVllus firmarius poteſt [a] præjudicare Dominum ſuum, de libero tenemento Domini ſui: licet fecerit infra terminum ſuum, alicui ſervitium aliquod indebitum, pro illo tenemento: ad quod faciendum, Dominus ſuus non tenetur pro eodem tenemento. Neque præjudicabit Domino firmarii, factum ejus, poſt finem termini ſui.

Digitized by Google

DOMINVS NON POTEST SERVITIVM

a ſuo tenente petere qui indebitum ſervitium alteri fecit.

Mod. ten. cur. c. 49.

CAP. 45.

SI aliquis liber tenens, cujus tenementum liberum eſt ab omni ſervitio, per ſuum infeofamentum; cadat in tertiam alicujus Dominæ; & ipſe volens, vel invitus, faciat aliquod ſervitium illi Dominæ, veniendo ad Curiam ſuam, vel aliquid ſimile, in vita ipſius Dominæ: poſt mortem ejuſdem Dominæ, cum tertia revertetur ad ipſum Dominum, non poteſt ipſe Dominus, tale ſervitium de illo tenemento exigere; quanquam ſuus tenens hoc fecerat Dominæ prælibatæ. Eò quòd hoc non tenetur per ſuum feofamentum, nec aliquo tempore, Dominus fuit veſtitus inde, vel ſaſitus.

VACVVM TENEMENTVM TENENTIS

abſentis, non poteſt ſaiſiri, pro arrieragiis firmæ annualis.

CAP. 46.

Mod. ten. cur. c. 50.

SI tenementum alicujus liberi tenentis, teneatur Domino ſuperiori, in aliqua firma annualis pecuniæ, & iſte tenens fuerit longinquus, per multos annos, & illud tenementum ſit vacuum, & non diſtringibile: Dominus illius, non poteſt ſe recognoſcere per legem ad illud tenementum, nec illud in manu ſua ſaiſire, pro arrieragiis firmarum ſuarum.

2. Sed exſpectabit quouſque invenerit aliquid in illo tenemento, per quod poſſit illud tenementum, ſeu tenentem ejuſdem, diſtringere, pro omnibus firmis ſuis, ſive arrieragiis antè lapſis.

ANNOTATIO.

VERS. 2. Arrieragiis] *Gallicum verbum eſt pro debitis, quæ in jure civili, dicuntur reliqua, à verbo gallico,* arrier, *i. retro. vt cùm in rationibus diſtrahendis; pecunia adhuc debetur, et (vt ita dicam) reſtat ſuper computantem, quia plùs invenitur in tabulis accepti, quàm in tabulis exſpenſi. Et qui hujuſmodi computa reddunt, dicuntur reliquatores.* l. creditor. 102. §. valerius. ff. de ſolutionib. *quia in proximè ſequentibus computis, hæc reliqua tenentur inferre, et ſolvere.*

TENEMENTVM POTEST SAISIRI

a Domino pro ſervitio ipſi debito.

CAP. 47.

SEcus eſt, ſi illud tenementum debeat aliquod ſervitium ſuperiori Domino. Quoniam tunc Dominus ille, poteſt tenentem

Digitized by Google

tem illius tenementi, ad Curiam ſuam legaliter ſummonere, per diem ſex ſeptimanarum, ad faciendum illud ſervitium: & facere proceſſum legalem contra eum; per ſummonitiones, & amerciamenta levanda, pro ſuis defectibus, per vnum annum, & vnum diem, provt talis proceſſus exigit. Et ſi infra tempus non venerit: poterit Dominus ſuus, per judicium ſe recognoſcere, ad illud tenementum, et [a] exitus inde levare per annum.

[a] *i. Percipere redditus, qui inde annuatim proveniunt.*

DE ESCHETIS.

Cap. 48.

Mod. ten. cur. c. 60. cum ſeqq.

Eschetæ accidunt diverſis modis, quandoque in mobilibus, quandoque in terris & tenementis.

2. Eſchetæ de mobilibus, quædam debentur ipſo jure poſitivo, quædam debentur ex diverſis caſibus.

Eſcheta, Gallicum verbum. q. d. cadētia caſualitas, vulgò, dicitur.

3. Eſchetæ de terris, & tenementis, quædam ſunt ad tempus, & quædam perpetuæ.

4. De jure poſitivo, ſunt Eſchetæ, vtpote ſi terræ aliquæ, vel loca, aut aliquæ aliæ res ſunt in regno, quæ ſub nullius Dominio occupantur; quæ omnia ſunt Regis ipſo jure.

partinet enim ad dominium ex alterius veluti vaſalli ſui caſu, & delicto.

5. Et ſic ſunt omnes theſauri ſub terra abſconditi, & in aliis locis, de quibus Domini neſciuntur, nec aliquis ponit calumniam de eis; Domini Regis ſunt, & dicuntur fore Eſchetæ ipſo jure. Sed ſi conſtiterit quorum fuerunt, theſauri tales inventi, non debent Eſchetæ cenſeri.

l. 4. §. 3. ff. de præſcript verb. ac. 5. parl. 4. c. 11

6. Eſchetæ de mobilibus ſunt, vt pote per impaſturationem animalium in Dominiis, & herbagiis Dominorum, per plures vices, cum paſtore tenente, juxta conſuetudinem locorum, poteſt eſſe, in animalibus eſcheta.

Exod. c. 22. §. Iac. 6. parl. 12. c. 128.

7. *Item*, ſi in boſcis Domini Regis, vel aliquorum Dominorum, per foreſtarium attachietur aliquis, cum plauſtro, vel cum equo aſportando boſcum: foreſtarius poteſt eum, cum plauſtro, vel equo, ſicut invenit eum attachiare, per ſecuros plegios, ad intrandum ad Curiam Regis, vel alterius Domini. Et cùm hæc omnia intrata fuerint ad Curiam: Dominus poteſt inclamare ea eſſe eſchetam ſuam: & ea per judicium recuperabit.

Eſcheta & amerciamentum non poſſunt ſimul capi ab eodem homine pro eodem delicto.

8. Sed nullum ſuper hoc vlteriùs jacet amerciamentum, vbi capitur eſcheta.

9. Nec poteſt taliter attachiatus habere [a] Curiam Domini ſui.

[a] *i. Non poteſt replegiari.*

10. *Item*, ſunt alio modo eſchetæ in mobilibus, velut ſi equus indomitus, vel capitoſus, portaverit aliquem invitum, vltra rupem, vel ad aquam; & ſubmerſus fuerit homo; ille equus erit eſcheta Domini Regis.

Vid. Exod. c. 21. 28.
[b] *Al. cogit ire in aquam cum calcaribus.*

11. Secus eſt de equo domito, quem homo [b] ducit in aquam, vrgendo calcaribus, & fatuè equitat equum, ſi ſubmergatur homo, equus non erit eſcheta. Quia illud accidit ex defectu hominis, & non equi; & homo recepit punitionem ſuam, ex hoc quod periit: Et ſic equus qui non forisfecit, liberatur ab eſcheta.

12. Idem judicium eſt de aliis animalibus, quæ oc îdunt homines: Nam omnia hujuſmodi animalia erunt eſchetæ.

13. Si aliquis cadit in ſtagnum molendini, & deportetur ad rotam molendini, & ibi mortuus fuerit, molendinum non erit eſcheta: Quia nihil judicatur eſcheta, niſi propter culpam, aut tranſgreſſionem alicujus partis, quam ipſa res tangit. Sed Dominus molendini, in hoc caſu non eſt in culpa, nec deliquit; cùm ſit licitum ſibi habere molendinum: Neque molendinum eſt in culpa, quia eſt res mortua, quæ non poteſt delinquere. Et ſic eſcheta, in ſimilibus caſibus non judicabitur.

[c] *i. Errans pecus* ane wayf beaſt Exod. c. 23. 4.
[d] *In comitatu i. vice-comitatu, vel in curia vicecomitis, quod poſterius probo.*
[e] *i. Repetere tanquam ſuum proprium animal.* Lib. 2. c. 53.

14. Eſt autem & alia eſcheta, de animali invento [c] *wayff*, in territorio alicujus Domini, quod debet diebus fori, vel in Eccleſia proclamari, vel in [d] comitatu diverſis vicibus: Aliâs poſſet detentor ipſius calumniari de furto, per Dominum illius animalis. Nec poteſt de jure adjudicari eſcheta, ante vnum annum, & vnum diem. Infra quod tempus, poteſt Dominus illius animalis venire, & [e] haymhaldare illud.

15. Eſt et alia eſcheta, cùm quis inteſtatus damnatus fuerit ad mortem; & ſic diſceſſerit, omnia bona ſua remanebunt Domino ſuo. Et ſi plures habuerit Dominos, quilibet eorum, bona, & catalla recuperabit, quæ in feudo ſuo invenerit.

Supr. c. 18.
Supr. c. 19

16. Sunt autem eſchetæ ad tempus; vt de terris, & tenementis felonum; quæ ſunt eſchetæ pro tempore vitæ illorum; & non vlteriùs. Quoniam hæredes illorum, poſſunt poſteà illas terras de jure recuperare.

17. Tenementa verò proditorum, ſunt perpetuæ eſchetæ, & nunquam ab illis, vel eorum hæredibus, recuperari poſſunt.

Digitized by Google

ANNOTATIO.

VERS. 4. De jure positivo] *Quæ sunt in nullius bonis, nullumque habent Dominum: pertinent ad Regem ratione escheæ.*

VERS. 11. Et sic equus] *Rem quæ culpa caret, in damnum vocari non convenit.* c.2.de constitut.

VERS. 12. Idem judicium] *Animal occidens hominem est escheta.* vid.l. 42.ff.de ædilit. edict.

VERS. 14. Est autem] *Fur est qui bovem errantem vel equos in solitudine relictos abducit.* l.1.ff.de abig.Deuter.c.22.in prin.

VERS. 17. Tenementa] *Escheæ perpetuæ, sunt bona eorum, qui sunt Rei lesæ majestatis. Hi enim post crimen admissum, neque alienare, neque alienanti consentire, neque ei debitores solvere possunt.* gl.in l.39.de Reg.jur.per l.vlt.C. ad leg.Iul.majestat.

DE BREVIBVS, ET PRIMVM DE BREVI *districtionis, pro debito.*

CAP. 49.

De modo & forma districtionis pro debito, & namorum captorum liberatione.

DE brevibus communiter currentibus, quæ sunt placitabilia dicendum est. Est Breve pro districtione de debito; Breve de conventione; Breve de liberando hominem de [a] plegiagio, quod pro aliquo subiit; Breve de morte antecessoris; Breve de dissasina; Breve de protectione, & pace Regis infricta; Breve de nativis; Breve de waranto; Breve de recto.

Lac.3 parl.5.c.36.

[a] *Obligatione fidejussoria quâ quis obligatur pro alio, tanquam ejus fidejussor, & plegius.*

2. Quorum primum est Breve de districtione pro debito in hunc modum. REX &c. Justitiario, Vice-comiti, Præpositis, &c. & eorum Ballivis, ad quos præsentes literæ pervenerint, Salutem. Mandamus vobis, & præcipimus, quatenus omnes illos &c. in vestris balliis, seu burgis, qui debent N: ad eadem debita, ei, vel suo certo Actornato, latori præsentium justè, & sine dilatione reddenda; secundum quod idem N. vel dictus ejus Actornatus, dicta debita sibi deberi ab iisdem, rationabiliter probare poterit; coram vobis, pro vt justum fuerit, compellatis. Ita quòd pro vestro defectu, ampliùs inde justam querimoniam non audiamus; præsentibus post annum minimè valituris. In cujus rei testimonium, has literas nostras sibi fieri fecimus patentes. Apud *Perth*, vigesimo die mensis *Februarii.* anno regni nostri vndecimo.

Forma brevis.

3. Cùm præsentatur hoc Breve Vice-comiti; ipse faciat ministros

ANNOTATIO.

Similis] *Si pro me fide-juſiſti, tu obligaris meo creditori ex verborum obligatione.* l. 12. C. de fidejuſſor. *Et cùm officium tuum non debeat tibi eſſe damnoſum:* l. 63. ff. furt. *Ego rurſum tibi obligor actione mandati.* l. 52. ff. de mand. *quæquidem actio competit tibi, adverſus me; Primò, ſi expreſſe conſenſerim vt pro me fide-jubeas.* l. 1. l. 27. in prin. ff. mand. *Secundò, datur tibi actio, ſi non jubeo, ſed patior te pro me fide-jubere, quia in hoc caſu cùm non contradico, mandare videor.* l. 6. §. 2. l. 18 ff. mandat. *Tertiò, datur tibi actio, ſi pro me, neq; præſente, neq; jubente neq; deniq; patiente, fide-juſſeris, ſi ſcilicet, fide-juſſionem ratam habuero. Hæc enim ratihabitio retrotrahitur: & mandatum fingitur præceſſiſſe. Ideòque ratihabitio, hic rectè comparatur mandato, & per conſequens locum habet actio mandati.* l. 12. in fin. de ſolut.

BREVE DE MORTE ANTECESSORIS.

CAP. 52.

Lib. 3 c. 28. cum ſeqq. Lac. 4. part. 6. c. 54.

[a] *i. Legem terræ*

[b] *Nam hujuſmodi terræ redditus, & dotes impediunt hoc Breve, ideò vt de his nullus poſſit eſſe proceſſus, ad inſtantiam hæredis ejus, qui defunctus eſt.*

REX Juſtitiario ſuo ſalutem. Mandamus vobis & præcipimus, quatenus per probos & fideles homines antiquiores patriæ, juſtè & ſecundum [a] aſsiſam terræ recognoſci faciatis, ſi quondam A. pater B. latoris præſentium, obiit veſtitus & ſaſitus vt de feudo, de terra de F. cum pertinentiis in tali tenemento, infra vice-comitatum de P. Et ſi dictus B. filius dicti quondam A. patris ſui, ſit legitimus & propinquior hæres ejuſdem quondam A. patris ſui, de eadem terra cum pertinentiis, exceptis [b] terris Eleemoſynatis, terris libere-tenentium, annuis redditibus, & dotibus mulierum, quæ vel qui ſunt in eâdem terra. Et ſi nihil ſit, propter quod, ſaſinam dictæ terræ, cum pertinentiis (exceptis priùs exceptis) de jure recuperare non debeat. Quòd ſi per dictam recognitionem juſtè, & ſecundum aſsiſam terræ factam, ita eſſe inveneritis, & talis, qui dictam terram cum pertinentiis (exceptis priùs exceptis) injuſtè detinet, vt dicit; rationabiliter citatus, vt dictæ recognitioni interſit faciendæ; nihil dixerit rationabile; propter quod dicta recognitio, de jure procedere non deberet, talem ſaſinā dictæ terræ cum pertinentiis (exceptis priùs exceptis) dicto B. juſtè haberi faciatis, & ſine dilatione; qualem dictus A. quondam pater ipſius, habuit de eadem terra cum pertinentiis, (exceptis priùs exceptis) die quo fuit vivus, & mortuus.
Teſte meipſo.

2. Placi-

Digitized by Google

2. Placitatur hoc Breve coram Juſtitiario; & vtraque pars litigantium, debet per Vice-comitem, vel miniſtros ſuos ſummoneri, coram Juſtitiario: pro tempore ſex ſeptimanarum; per teſtes legales producendos, ad placita juſtitiarii, de diverſis Baroniis; ad teſtificandum ſummonitiones legaliter eſſe factas; ad certum diem, & locum, coram certo Juſtitiario in [c] genere ſuo (veluti Juſtitiario *Laudoniæ*) ad reſpondendum tali homini, per nomen, & ſuper Brevi regio, ſuper tali tenemento, juxta ipſius Brevis naturam, ſed nullum nomen juſtitiarii detur.

Forma proceſſus
[c] *Nullius juſtitiarii nomine expreſſo in Brevi.*

3. Et comparebit vtraque pars, die placiti, ſine aliquo eſſonio, eo quòd nullum eſſonium jacet, vel locū habet in illo Brevi.

4. Et pars defendens poteſt petere ſuas ſummonitiones; & ſuos ſummonitores, vt poſſit aliquid dicere contra eos.

5. Et conquerens petit auditum Brevis; quo lecto, petat quod idem Breve, tranſeat ad recognitionem aſſiſæ.

6. Et tunc defendens, poteſt petere viſum dicti Brevis: & dabitur ei Breve ad videndum. In quo ſi defendens viderit defectum, vel vitium, à communi forma Brevis illius; nominando tenementum illud indirectè; vel aliquam exceptionem legitimam habuerit; per quam illud Breve poterit caſſare, pro illa vice, pars petens, aliud meliùs impetret, ſi voluerit. Lib.1,c.11.2.

7. Sed ſi nequeat illud per rationem caſſare, tranſeat Breve per aſſiſam, niſi oſtendatur aliud rationabile propter quod aſſiſa tranſire non debeat.

8. Et licet defendens non venerit, nihilominùs aſſiſa tranſibit, & Breve in ſuo robore ſtabit. Lib.3.c.c.28.4.

Annotatio.

Vers. 2. Sed nullum] *Quia relinquitur arbitrio Regis, vt nominet juſtitiarium quemcunque voluerit: Erant enim juſtitiarii delegati per commiſsionem Regis; non autem hæreditarii, vt nunc ſunt, magno Reipub. detrimento.*

BREVE DE DISSASINA.

Cap. 53.

REX Juſtitiario tali Monſtravit nobis talis, graviter conquerendo, quod talis ipſum injuſtè, & ſine judicio [a] diſſaiſivit, de tali terra cum pertinentiis, in tali tenemento, de qua fuit veſtitus, & ſaſitus per dies, & annos, vt de feudo ſuo. Quare vobis mandamus, & præcipimus, quatenus acceptis à prædicto tali, ſalvis,

[a] *i. Ejecit, & ſua poſſeſſione ſpoliavit.*

Breve de non diſſaiſina, tam in rebus mobilibus, quàm immobilibus, præſcribitur triennio.

Lib.3.c.vlt. & Iac.6.parl.6.c.81.pr. 7.c.118.

Digitized by Google

nor, & infra ætatem viginti vnius anni, quæritur vtrum illa teneatur reſpondere ibidem, ſine viro ſuo, aut eſſe in Warantizatione?

2. Ad hoc reſpondetur, quòd illa debet comparere ad Warantizandum tanquam Waranta, videlicet, in illo caſu, vbi terra movetur ex parte ſua, & non ex parte viri ſui.

3. Sed de principali placito, quando aſſumſerit placitum in ſe, tanquam Waranta, non tenetur reſpondere vlteriùs; donec vir ſuus venerit ad ætatem.

LIBER HOMO NON DEBET. *incarcerari.*

CAP. 39.

Mod.ten.cur.c.69.c. 70. Vid.Infr.c.96.h.t. *Non multum à ſpecie ſervientiũ differunt, quibus non datur facultas recedendi.* l.1.l. 2. de liber.hom.exhib.c. 2. de pignorib.extr.

NVllus liber homo debet incarcerari pro querela alicujus, dummodo habeat ſufficientes plegios ad ſtandum juri, parti de ſe conquerenti.

2. Niſi ſit in talibus caſibus, in quibus non ſit replegiandus, videlicet, cùm quis capiatur cum rubra vel recenti manu, homicîdii, vel quòd manualiter deprehendatur, cum furto, vel latrocinio. In quibus, vel ſimilibus caſibus, hujuſmodi malefactores ſtatim ſunt damnandi per leges.

3. Sed ſi teneantur vltra vnam noctem: poſſunt per ſuos Dominos replegiari, ad ſtandum legi.

4. Exceptis majoribus tranſgreſſionibus, factis Domino Regi vel majoribus Dominis de regno; pro quibus debent incarcerari, pro enormitate ſui commiſſi, & irreverentia ſuorum ſuperiorum.

DE DISPERSONATIONE BALLIVI.

CAP. 40.

leg.burg.c.104. [a] *i. Injuria præſertim verbali affecerit.* Exod.22.28. Actor. 23.5

SI quis [a] diſperſonaverit Ballivum, in Curia Domini ſui, ſeu maledixerit ei, ibidem debet inclamari, de ſuo malefacto commiſſo: & facere rationabilem emendam de eodem, ſecundum calumniam Ballivi.

DE MALEFACTORIBVS EXPELLENDIS *per Barones.*

CAP. 41.

a Al. bis. Pſal. 101.8

QVilibet Baro poteſt purgare terram ſuam, ter [a] in anno, de malefactoribus, & hominibus malæ famæ; per fidelem inquiſitionem

Digitized by Google

quisitionem virorum fidelium.

2. Nullos tamen debet damnare inquisitio, nisi eos qui consenserint in eandem.

ANNOTATIO.

VERS. 1. Quilibet] *Præses, sive Rector Provinciæ, debet purgare provinciam malis hominibus, nec distinguitur unde sint.* l. 3. ff. de offic. Præsid.

COMMVNIS LATRO NON DEBET *redimi, & potest judicari a Vice-comite.*

CAP. 42.

Mod. ten. cur. c. 46. Sta. wilh. c. 15. *De pœna ejus qui transigit de furto commisso, vel committendo.* Vid. lac. 1. parl. 1. c. 137.

VBi aliquis de communi latrocinio defamatur coram Justitiario; & convincitur: non debet redimi, nec aliquâ pecuniâ liberari.

2. Et si talis communis latro, in Curia Vice-comitis deprehendatur, Vice-comes [a] inculpabit eum, de communi latrocinio, sine aliquo prosequente contra ipsum.

[a] *i. Accusabit.* Lib. 4. c. 25. lac. 6. par. 11. c. 76. *Vicecomes potest cognoscere de latrocinio.* vt. infra. c. 59. h. *præsertim si certus apparet accusator.* Lib. 1. c. 6.

3. Si hoc negaverit, & ponit se ad assisam, & assisa contra ipsum fecerit, fiet de eo, sicut fuisset judicatus coram Justitiario.

DE CVRIIS PLACITORVM CAPITALIUM.

CAP. 43.

Mod. ten. cur. c. 47.

IN minori Curia, quàm in Curia Baronis, non possunt vita, & membra adjudicari, vt escheta: nisi aliqui eandem libertatem habeant in prædictis; sicut Baro habet; vt quidam viri Religiosi, & alii Ecclesiastici.

FIRMARIVS FACIENS INDEBITVM *servitium alteri, non præjudicat suo Domino.*

CAP. 44.

Mod. ten. cur. c. 48. [a] *Al. inservire.*

NVllus firmarius potest [a] præjudicare Dominum suum, de libero tenemento Domini sui: licet fecerit infra terminum suum, alicui servitium aliquod indebitum, pro illo tenemento: ad quod faciendum, Dominus suus non tenetur pro eodem tenemento. Neque præjudicabit Domino firmarii, factum ejus, post finem termini sui.

Digitized by Google

DOMINVS NON POTEST SERVITIVM

Mod. ten. cur. c. 49.

a ſuo tenente petere qui indebitum ſervitium alteri fecit.

CAP. 45.

SI aliquis liber tenens, cujus tenementum liberum eſt ab omni ſervitio, per ſuum infeofamentum; cadat in tertiam alicujus Dominæ; & ipſe volens, vel invitus, faciat aliquod ſervitium illi Dominæ, veniendo ad Curiam ſuam, vel aliquid ſimile, in vita ipſius Dominæ: poſt mortem ejuſdem Dominæ, cum tertia revertetur ad ipſum Dominum, non poteſt ipſe Dominus, tale ſervitium de illo tenemento exigere; quanquam ſuus tenens hoc fecerat Dominæ prælibatæ. Eò quòd hoc non tenetur per ſuum feofamentum, nec aliquo tempore, Dominus fuit veſtitus inde, vel ſaſitus.

VACVVM TENEMENTVM TENENTIS

abſentis, non poteſt ſaiſiri, pro arrieragiis firmæ annualis.

CAP. 46.

Mod. ten. cur. c. 50.

SI tenementum alicujus liberi tenentis, teneatur Domino ſuperiori, in aliqua firma annualis pecuniæ, & iſte tenens fuerit longinquus, per multos annos, & illud tenementum ſit vacuum, & non diſtringibile: Dominus illius, non poteſt ſe recognoſcere per legem ad illud tenementum, nec illud in manu ſua ſaiſire, pro arrieragiis firmarum ſuarum.

2. Sed exſpectabit quouſque invenerit aliquid in illo tenemento, per quod poſſit illud tenementum, ſeu tenentem ejuſdem, diſtringere, pro omnibus firmis ſuis, ſive arrieragiis antè lapſis.

ANNOTATIO.

VERS. 2. Arrieragiis] *Gallicum verbum eſt pro debitis, quæ in jure civili, dicuntur reliqua, à verbo gallico,* arrier, *i, retro. vt cùm in rationibus diſtrahendis; pecunia adhuc debetur, et (vt ita dicam) reſtat ſuper computantem, quia plùs invenitur in tabulis accepti, quàm in tabulis exſpenſi. Et qui hujuſmodi computa reddunt, dicuntur reliquatores.* l. creditor. 102. 5. valerius. ff. de ſolutionib. *quia in proximè ſequentibus computis, hæc reliqua tenentur inferre, et ſolvere.*

TENEMENTVM POTEST SAISIRI

a Domino pro ſervitio ipſi debito.

CAP. 47.

SEcus eſt, ſi illud tenementum debeat aliquod ſervitium ſuperiori Domino. Quoniam tunc Dominus ille, poteſt tenentem

Digitized by Google

tem illius tenementi, ad Curiam ſuam legaliter ſummonere, per diem ſex ſeptimanarum, ad faciendum illud ſervitium: & facere proceſſum legalem contra eum; per ſummonitiones, & amerciamenta levanda, pro ſuis defectibus, per vnum annum, & vnum diem, provt talis proceſſus exigit. Et ſi infra tempus non venerit: poterit Dominus ſuus, per judicium ſe recognoſcere, ad illud tenementum, et [a] exitus inde levare per annum.

[a] *i. Percipere redditus, qui inde annuatim proveniunt.*

DE ESCHETIS.

Cap. 48.

Mod. ten. cur. c. 60. cum ſeqq.

Eschetæ accidunt diverſis modis, quandoque in mobilibus, quandoque in terris & tenementis.

2. Eſchetæ de mobilibus, quædam debentur ipſo jure poſitivo, quædam debentur ex diverſis caſibus.

Eſcheta, Gallicum verbum. q.d. cadētia caſualitas, vulgò, dicitur.

3. Eſchetæ de terris, & tenementis, quædam ſunt ad tempus, & quædam perpetuæ.

4. De jure poſitivo, ſunt Eſchetæ, vtpote ſi terræ aliquæ, vel loca, aut aliquæ aliæ res ſunt in regno, quæ ſub nullius Dominio occupantur; quæ omnia ſunt Regis ipſo jure.

partinet enim ad domiuniū ex alterius veluti vaſalli ſui caſu, & delicto.

5. Et ſic ſunt omnes theſauri ſub terra abſconditi, & in aliis locis, de quibus Domini neſciuntur, nec aliquis ponit calumniam de eis; Domini Regis ſunt, & dicuntur fore Eſchetæ ipſo jure. Sed ſi conſtiterit quorum fuerunt, theſauri tales inventi, non debent Eſchetæ cenſeri.

l. 4. §. 3. ff. de præſcript verb. ac. 5. parl. 4. c. 11

6. Eſchetæ de mobilibus ſunt, vt pote per impaſturationem animalium in Dominiis, & herbagiis Dominorum, per plures vices, cum paſtore tenente, juxta conſuetudinem locorum, poteſt eſſe, in animalibus eſcheta.

Exod. c. 22. §. lac. 6. parl. 12. c. 128.

7. *Item*, ſi in boſcis Domini Regis, vel aliquorum Dominorum, per foreſtarium attachietur aliquis, cum plauſtro, vel cum equo aſportando boſcum: foreſtarius poteſt eum, cum plauſtro, vel equo, ſicut invenit eum attachiare, per ſecuros plegios, ad intrandum ad Curiam Regis, vel alterius Domini. Et cùm hæc omnia intrata fuerint ad Curiam: Dominus poteſt inclamare ea eſſe eſchetam ſuam: & ea per judicium recuperabit.

Eſcheta & amerciamentum non poſſunt ſimul capi ab eodem homine pro eodem delicto.

8. Sed nullum ſuper hoc vlteriùs jacet amerciamentum, vbi capitur eſcheta.

9. Nec poteſt taliter attachiatus habere [a] Curiam Domini ſui.

[a] *i. Non poteſt replegiari.*

10. *Item*, ſunt alio modo eſchetæ in mobilibus, veluti ſi equus indomitus, vel capitoſus, portaverit aliquem invitum, vltra rupem, vel ad aquam; & ſubmerſus fuerit homo; ille equus erit eſcheta Domini Regis.

Vid. Exod. c. 21. 28.

11. Secus eſt de equo domito, quem homo [b] ducit in aquam, vrgendo calcaribus, & fatuè equitat equum, ſi ſubmergatur homo, equus non erit eſcheta. Quia illud accidit ex defectu hominis, & non equi; & homo recepit punitionem ſuam, ex hoc quod periit: Et ſic equus qui non forisfecit, liberatur ab eſcheta.

[b] *Al. cogit ire in aquam cum calcaribus.*

12. Idem judicium eſt de aliis animalibus, quæ oc îdunt homines: Nam omnia hujuſmodi animalia erunt eſchetæ.

13. Si aliquis cadit in ſtagnum molendini, & deportetur ad rotam molendini, & ibi mortuus fuerit, molendinum non erit eſcheta: Quia nihil judicatur eſcheta, niſi propter culpam, aut tranſgreſſionem alicujus partis, quam ipſa res tangit. Sed Dominus molendini, in hoc caſu non eſt in culpa, nec deliquit; cùm ſit licitum ſibi habere molendinum: Neque molendinum eſt in culpa, quia eſt res mortua, quæ non poteſt delinquere. Et ſic eſcheta, in ſimilibus caſibus non judicabitur.

14. Eſt autem & alia eſcheta, de animali invento [c] *wayff*, in territorio alicujus Domini, quod debet diebus fori, vel in Eccleſia proclamari, vel in [d] comitatu diverſis vicibus: Aliâs poſſet detentor ipſius calumniari de furto, per Dominum illius animalis. Nec poteſt de jure adjudicari eſcheta, ante vnum annum, & vnum diem. Infra quod tempus, poteſt Dominus illius animalis venire, & [e] haymhaldare illud.

[c] *i. Errans pecus* ane wayf beaſt Exod. c. 23. 4.

[d] *In comitatu i. vice-comitatu, vel in curia vicecomitis, quod poſterius probo.*

[e] *i. Repetere tanquam ſuum proprium animal.* Lib. 2. c. 53.

15. Eſt et alia eſcheta, cùm quis inteſtatus damnatus fuerit ad mortem; & ſic diſceſſerit, omnia bona ſua remanebunt Domino ſuo. Et ſi plures habuerit Dominos, quilibet eorum, bona, & catalla recuperabit, quæ in feudo ſuo invenerit.

16. Sunt autem eſchetæ ad tempus; vt de terris, & tenementis felonum; quæ ſunt eſchetæ pro tempore vitæ illorum; & non vlteriùs. Quoniam hæredes illorum, poſſunt poſteà illas terras de jure recuperare.

Supr. c. 18. Supr. c. 19

17. Tenementa verò proditorum, ſunt perpetuæ eſchetæ, & nunquam ab illis, vel eorum hæredibus, recuperari poſſunt.

Annotatio.

Vers. 4. De jure positivo] *Quæ sunt in nullius bonis, nullumque habent Dominum: pertinent ad Regem ratione escheæ.*

Vers. 11. Et sic equus] *Rem quæ culpa caret, in damnum vocari non convenit.* c.2.de constitut.

Vers. 12. Idem judicium] *Animal occidens hominem est escheta.* vid.l. 42.ff.de ædilit. edict.

Vers. 14. Est autem] *Fur est qui bovem errantem vel equos in solitudine relictos abducit.* l.1.ff.de abig.Deuter.c.22.in prin.

Vers. 17. Tenementa] *Escheæ perpetuæ, sunt bona eorum, qui sunt Rei læsæ majestatis. Hi enim post crimen admissum, neque alienare, neque alienanti consentire, neque ei debitores solvere possunt.* gl.in l.39.de Reg.jur.per l.vlt.C. ad leg.Iul.majestat.

DE BREVIBVS, ET PRIMVM DE BREVI *districtionis, pro debito.*

Cap. 49.

De modo & forma districtionis pro debito, & namorum captorum liberatione.

Lac.3 parl.5.c.36.

DE brevibus communiter currentibus, quæ sunt placitabilia dicendum est. Est Breve pro districtione de debito; Breve de conventione; Breve de liberando hominem de [a] plegiagio, quod pro aliquo subiit; Breve de morte antecessoris; Breve de dissasina; Breve de protectione, & pace Regis infricta; Breve de nativis; Breve de waranto; Breve de recto.

[a] *Obligatione fidejussoria quâ quis obligatur pro alio, tanquam ejus fidejussor, & plegius.*

2. Quorum primum est Breve de districtione pro debito in hunc modum. Rex &c. Justitiario, Vice-comiti, Præpositis, &c. & eorum Ballivis, ad quos præsentes literæ pervenerint, Salutem. Mandamus vobis, & præcipimus, quatenus omnes illos &c. in vestris balliis, seu burgis, qui debent N: ad eadem debita, ei, vel suo certo Actornato, latori præsentium justè, & sine dilatione reddenda; secundum quod idem N. vel dictus ejus Actornatus, dicta debita sibi deberi ab iisdem, rationabiliter probare poterit; coram vobis, pro vt justum fuerit, compellatis. Ita quòd pro vestro defectu, ampliùs inde justam querimoniam non audiamus; præsentibus post annum minimè valituris. In cujus rei testimonium, has literas nostras sibi fieri fecimus patentes. Apud *Perth*, vigesimo die mensis *Februarii.* anno regni nostri vndecimo.

Forma brevis.

3. Cùm præsentatur hoc Breve Vice-comiti; ipse faciat ministros

[b] *Captis ab eo pignoribus.*

Forma proceſſus.

niſtros ſuos [b] diſtringere debitorem, per ſufficientem diſtrictionem pro quantitate debiti, quod conquerens petit ab ipſo: ad fatendum, vel negandum illud debitum, ad certum diem ſibi præfigendum: vel ad faciendum, quod lex voluerit. Et dabuntur ad hoc faciendum quadraginta dies vnâ vice. 2. Et ſi Vicecomes, det illi diem breviorem, intrabit ſuam diſtrictionem ad placita Vice-comitis, & replegiabit eam vlteriùs, quouſque habuerit quadraginta dies per vices, & tunc oportebit reſpondere. 4. Nam poſt dictum tempus, intrabit ſuam diſtrictionem, & cõquerens petet ſuum debitũ, ab eo ſimpliciter, ſine aliquo clameo verborũ legis, & non ſicut fit in aliis placitis de *wrang* & *vnlauch* in quibus fit, *clep.* & *call.* 5. Et debitor ſtatim aut fatebitur, aut negabit debitum; vel dicet rationem quare id facit. 6. Et ſi negaverit illud debitum: conquerens habeat ſuam probationem promtam in manu ſua. Aliâs altera pars quietè recedat. 7. Et ſi probatio fuerit ſufficiens: debitor condemnabitur in ſolutionem debiti infra quindecim dies. 8. Et ſi non ſolverit, Vicecomes faciet per miniſtros ſuos, capi catalla husbandorum debitoris (ſi ſit Dominus, & habeat husbandos ſub ſe) & ducentur catalla iſta, ad principale forum Vice-comitatus, & per creditorem vendentur, ſi vendi poterunt, vſque ad ſummam ſibi debitam. 9. Et ſi vendi non poterunt; miniſtri Domini Regis in fine fori, facient dicta catalla, per fideles homines diverſarum Baroniarum appretiari, vſque ad ſummam debiti, & deliberari pro debito, creditori ſuo. 10. Nec jacent in illo, Brevi alia eſſonia. Quoniam præcipitur in Brevi quod debitum reddatur illi, qui probaverit debitum ſuum, ſine dilatione.

Iac. 3. part. 5. c. 36.

11. Et eſt ſciendum, quòd illud Breve tria facit ſuo impetratori, videlicet, tollit à Barone Curiam ſuam, de homine ſuo, qui taliter fuit implacitatus: Et facit ipſum petere debitum ſuum ſine calumnia aliqua verborum legis, aliter quàm ſolet fieri in placitis de *wrang* & *vnlaw*.

12. Poſtremò, debitum petitur ſine amerciamento vtriuſque partis: Et iſtud Breve placitatur coram Juſtitiario, Vice-comite, & Præpoſitis, illorumque Ballivis, ſecundum quod Rex ſigillatum præcipiet in literis ſuis.

Infr. c. 10. hoc titi

Annotatio.

Vers. 1. Placitabilia] *Quæ ſcilicet, placitantur per ordinariam formam Judicii, coram judice, inter Actorem, & Reum.* 1. Stat. Rob. 1. c. 25.

Digitized by Google

VERR. 2. Clep. & call] *Solennia verba vſitata in actionibus civilibus.*

VERS. 6. Alias altera] *Iuris explorati eſt Actore non probante eum qui convenitur, etiamſi nihil præſtiterit aut probaverit debere abſolvi: juxta vulgatam juris regulam, Actore non probante, Reus abſolvitur.* c. 1. vt Eccleſ. benefic. c. 3. de cauſ. propr. *Porrò, judex debet Reum condemnare, quoties Actor probat intentionem ſuam.* l. vlt. C. de rei vindic. *Rurſum debet eum abſolvere quoties Actor non probat quod proponit.* l. 2. ff. de probat. l. 4. C. de edend. l. 9. l. vlt. C. de rei vindic.

VERS. 11. Tollit à Barone] *Qui in jus vocatur, pro ſolutione debiti, non poteſt neque debet replegiari ad curiam Domini ſui. Nam ſolutio debiti, fieri debet ſine dilatione, aut vlla temporis procraſtinatione.*

BREVE DE CONVENTIONE.

CAP. 50.

TAlis proceſſus eſt faciendus in Brevi de conventione, cujus hæc eſt forma: REX Juſtitiario, Vice-comiti, Præpoſitis, Salutem. Mandamus vobis, & præcipimus, quatenus juſtè compellatis, talem filium, & hæredem quondam talis, ad obſervandum & perficiendum juſtè, & ſine dilatione, tali, rationabiles conventiones factas, inter dictum quondam talem, patrem ipſius talis, ex parte vna, & talem ex parte altera, ſuper tali re, ſecundum quod ipſe talis, vel ejus certus Actornatus, lator præſentium, dictum talem, dicti quondam talis patris ſui, hæredem ad dictas conventiones juſtè teneri & ad ipſum juſtè debere pertinere, rationabiliter probare poterit, coram vobis: ita quòd pro defectu veſtro ampliùs inde juſtam querimoniam non audiamus &c.

BREVE DE LIBERANDO HOMINEM *a plegitatione ſua.*

CAP. 51.

SImilis quoque proceſſus ſervari debet in Brevi de plegiagio liberando, vt in præcedentibus eſt dictum: Ejus autem Brevis forma eſt hujuſmodi: REX Juſtitiario, Vice-comiti, Præpoſitis, &c. Salutem. Mandamus vobis, & præcipimus &c. Quatenus juſtè & ſine dilatione compellatis A. ad liberandum C. de plegiagio quòd ſubiit erga E. pro ipſo, ſuper quadam pecuniæ ſumma, vel de vno equo, per prædictum E. dicto A. vendito: ſecundum quod idem C. vel ſuus Actornatus, lator præſentium, dictum A. ipſum C. traxiſſe in plegium, rationabiliter probare poterit coram vobis. Ita quod, &c.

ANNO-

2. Placitatur hoc Breve coram Juſtitiario; & vtraque pars litigantium, debet per Vice-comitem, vel miniſtros ſuos ſummoneri, coram Juſtitiario: pro tempore ſex ſeptimanarum; per teſtes legales producendos, ad placita juſtitiarii, de diverſis Baroniis; ad teſtificandum ſummonitiones legaliter eſſe factas; ad certum diem, & locum, coram certo Juſtitiario in [c] genere ſuo (veluti Juſtitiario *Laudoniæ*) ad reſpondendum tali homini, per nomen, & ſuper Brevi regio, ſuper tali tenemento, juxta ipſius Brevis naturam, ſed nullum nomen juſtitiarii detur.

Forma proceſſus
[c] *Nullius juſtitiarii nomine expreſſo in Brevi.*

3. Et comparebit vtraque pars, die placiti, ſine aliquo eſſonio, eo quòd nullum eſſonium jacet, vel locū habet in illo Brevi.

4. Et pars defendens poteſt petere ſuas ſummonitiones; & ſuos ſummonitores, vt poſſit aliquid dicere contra eos.

5. Et conquerens petit auditum Brevis; quo lecto, petat quod idem Breve, tranſeat ad recognitionem aſſiſæ.

6. Et tunc defendens, poteſt petere viſum dicti Brevis: & dabitur ei Breve ad videndum. In quo ſi defendens viderit defectum, vel vitium, à communi forma Brevis illius; nominando tenementum illud indirectè; vel aliquam exceptionem legitimam habuerit; per quam illud Breve poterit caſſare, pro illa vice, pars petens, aliud meliùs impetret, ſi voluerit. Lib. 1, c. 11. 2.

7. Sed ſi nequeat illud per rationem caſſare, tranſeat Breve per aſſiſam, niſi oſtendatur aliud rationabile propter quod aſſiſa tranſire non debeat.

8. Et licet defendens non venerit, nihilominùs aſſiſa tranſibit, & Breve in ſuo robore ſtabit. Lib. 3. c. c. 28. 4.

Annotatio.

' Vers. 2. Sed nullum] *Quia relinquitur arbitrio Regis, vt nominet juſtitiarium quemcunque voluerit: Erant enim juſtitiarii delegati per commiſſionem Regis; non autem hæreditarii, vt nunc ſunt, magno Reipub. detrimento.* Lib. 3. c. vlt.

BREVE DE DISSASINA.

Cap. 53.

REX Juſtitiario tali Monſtravit nobis talis, graviter conquerendo, quod talis ipſum injuſtè, & ſine judicio [a] diſſaiſivit, de tali terra cum pertinentiis, in tali tenemento, de qua fuit veſtitus, & ſaſitus per dies, & annos, vt de feudo ſuo. Quare vobis mandamus, & præcipimus, quatenus acceptis à prædicto tali, ſalvis,

[a] *i. Ejecit, & ſua poſſeſſione ſpoliavit.*

Breve de non diſſaiſina, tam in rebus mobilibus, quàm immobilibus, præſcribitur triennio.

& Iac. 6. part. 6. c. 81. p. 7. c. 118.

Digitized by

De plegio in nova diſſaiſina rerum immobilium. Lac.6.parl.14.c.217.

& ſecuris plegiis, de clamore ſuo proſequendo, per probos, & fideles homines patriæ, juſtè & ſecundum aſſiſam terræ, recognoſci faciatis, ſi eſt ita, ſicut dictus talis nobis monſtravit. Quòd ſi per eandem recognitionem, juſtè, & ſecundum aſſiſam terræ, ita eſſe inveneritis, ſaſinam dictæ terræ cum pertinentiis, dicto tali conquerenti, juſtè haberi faciatis; ſicut dictus talis nobis monſtravit. Et hoc ſine dilatione [b]; miſericordiam verò nos contingentem, de [c] præfato tali, pro injuſta diſſaſina per ipſum facta, ad opus noſtrum capientes. Quòd ſi per dictam recognitionem juſtè, & ſecundum aſſiſam terræ factam, aliter vobis eſſe conſtiterit, miſericordiam nos contingenté [d] de dicto tali, pro injuſta ejus querimonia ad opus noſtrum capiatis. Teſte me ipſo.

[b] *i. Amerciamentum, nempe, decem librarum, vt paulo poſt.* & Stat. Alex. c. 8. 5.

[c] *i. De reo.*

[d] *i. Actore.*

Actor antequam libellum Reo offerat, debet ſatisdare & cavere Reo vel ejus procuratori ſe litem conteſturum infra duos menſes, & duplum damni, ſi quod contigerit, ei reſtituturum. Authen. libellum. C de litiſco. teſt.

2. Hoc Breve implacitatur coram Juſtitiario, per quòd, cum ipſi deliberatur, vtraque pars debet attachiari, per ſalvos & ſecuros plegios, ſub amerciamento decem librarum. In quo ſi ceciderint: debent per Curiam judicari.

3. Et habent ſummoneri per idem tempus, & eodem modo, quo prædictum eſt, de Brevi de morte anteceſſoris: ad certum diem, & locum, coram Juſtitiario, ad reſpondendum certæ perſonæ, & ſuper re certa; de qua conquerens dicit, ſe eſſe diſſaſitum.

4. Et cùm venerit ad diem, ſine aliquo eſſonio; conquerens petit auditum Brevis ſui; & aſſiſam ſuper Brevi.

5. Et defendens poteſt negare diſſaſinam.

6. Et ſi Breve ſit de forma debita [e] capellæ impetratum, aſſiſa tranſeat.

[e] *Cancellariæ Regiæ.*

[f] *Al. antequam.*

7. Sed quælibet pars, poteſt negare aſſiſam [f] cum jurata fuerit, per rationes, & evidentias ſibi competentes hinc inde.

8. Et ſi aſſiſa dicat, conquerentem eſſe diſſaſitum, vt continetur in Brevi, quod impetravit, taxabuntur damna conquerentis, [g] per aſſiſam fidelium, quanta ſuſtinuit per diſſaſitorem. In quibus condemnabitur per Curiam; ad ſatisfaciendum diſſaſito, infra tempus legale, per ſecuros plegios. Et ipſe nihilominus, remanebit in miſericordia Domini Regis, per plegiagium in ſuo attachiamento præſtitum.

[g] *Al. per juramentum ſuum, nempe diſſaſitoris.*

BREVE DE PROTECTIONE DOMINI *Regis infricta.*

CAP. 54.

De pœna protectionis Regiæ infrictæ. vid. lac. 1. parl. 11. c. 234.

REX Vice-comiti tali. Mandamus, & præcipimus vobis, quatenus viſis præſentibus literis, rationabiliter ſummoneri faciatis,

Digitized by Google

faciatis, talem, quòd ſit coram nobis, apud D. tali die, ſuper protectione noſtra; per ipſum, & potentiam ſuam, cum equis ſcilicet, & armis infricta; infra villam de N. nobis ibidem reſponſurus: & quòd juſtitia poſtulaverit, ſuper hoc facturus; & habeatis ibidem ſummonitionis teſtimonium, & hoc Breve.

2. Implacitatur hoc Breve coram Juſtitiario, & quælibet pars inveniet coronatori plegios, altera ad proſequendum; altera ad reſpondendum, per ſummonitiones, & tempus ſuprà dictum.

3. Et poſſunt partes in prædicto placito, facere tria eſſonia, & quarto die comparebunt.

4. Et conquerens inclamabit defendentem; quòd ipſe tali die, tali loco, & tali anno, talem ſibi fecit tranſgreſſionem, ſive tale damnum, tali modo, ſicut per ſuam querimoniam, priùs ſuo coronatori depoſuit, taxando damna ſua in [a] certo. Et quòd hoc fecit, contra protectionem Domini Regis, injuſtè, & contra legē terræ; & quòd eſt paratus hoc probare, per bonam aſſiſam.

[a] *i. In certo numero, & quantitate veluti in decem, viginti, vel triginta libris.*

5. Et ſi defendens non poſſit per rationem ſe defendere de clameo, aſſiſa tranſibit. Et ſi dicat aſſiſa per juramentum ſuum, protectionem Domini Regis eſſe infrictam, per defendentem; ipſe defendens erit in miſericordia Domini Regis. Et conquerenti condemnabitur in damnis ſuis, de quibus fuit calumniatus, per plegios ſuper hoc inventes.

BREVE DE WARANTO. Cap. 55.

lib. 1, c. 15.

REX tali Vice-comiti, ſalutem. Mandamus, & præcipimus vobis, quatenus juſtè compellatis talem ad Warantizandum, juſtè, & ſecundum leges B. filio, & hæredi quondam C. terram de F. cum pertinentiis in tenemento de N. quam de eo ſe tenere clamat, hæreditariè per Chartam, ſecundū tenorem dictæ Chartæ, ne pro defectu veſtro ampliùs inde juſtam querimoniam audiamus.

2. Implacitatur hoc Breve coram Vice-comite, ſuper quo hic eſt modus proſequendi. Scilicet, cùm aliquis tenens, ſit de aliquo Domino infeodatus, de aliquo tenemento, per Chartam de Warantia; & ipſe tenens ſit per alium, poſteà implacitatus, de eodem tenemento: ſtatim cùm ſummonitus fuerit; contra ipſum implacitantem de illo teneméto, impetret cū omni feſtinatione, Breve de Waranto, ſuper Dominum ſuum, qui ipſum infeofavit.

3. Et ſi ſit in alio Vice-comitatu; portetur Breve ſuum illi Vice-comiti; per quod ſummonebitur Warantus, ad faciendum

ſibi Warantiam, de ſuo tenemento, de quo implacitatur per alium, coram Vice-comite ſuo.

4. Et habeat literam alterius Vice-comitis ſigillatam, ad teſtificandum, quòd ille tenens, incipit placitare Dominum ſuum, qui ipſum infeofavit, per Breve de Waranto, coram eo. Et deferat illam literam tenens, ad placita ſui Vice-comitis: vt videatur incœpiſſe placitum, contra Dominum ſuum, vt eum Warantizet. Et ſic proſequatur placitum, coram Vice-comite Domini ſui, vt faciat ſibi Warantum. Ita quòd ſingulis diebus placiti contra Dominum ſuum, coram illo Vice-comite habeat irrotulamentum placiti ſui ibidem, ſub ſigillo illius Vice-comitis: ad præſentandum Vice-comiti ſuo, coram quo alius ipſum implacitat, ad ſingulos dies ſuos: ad teſtificandum ipſum debito modo proſequi, contra Dominum ſuum per Breve de Waranto, et ſic faciet omni die, vſque ad finem placiti: Quoniam placitum quòd alter movit contra eum ſuper tenemento ſuo, ceſſabit vſque ad finem placiti de Warantia.

5. Et cùm ipſe duxerit Dominum ſuum, coram Vice-comite Domini ſui ad Warantiam, per oſtenſionem Chartæ ſuæ propriæ, in qua Warantia reperitur: ipſe Dominus ſibi adjudicabitur ad Warantiam illius tenementi, & tunc incipietur, ſeu reſuſcitabitur principale placitum contra Dominum, quod Dominus tenebitur defendere.

Infr. c. 90. h. t. Stat. Wilh. c. 28.

6. Sed ſi Charta illius tenentis, in qua continebatur Warantia per guerram, vel alio caſu ſit amiſſa: & Dominus dicat ſe non teneri ad Warantiam, cùm tenens nihil oſtendat in judicio, per quòd ipſe Dominus adjudicari debeat ad Warantiam illius tenementi: dicunt quidam, quòd ſi tenens priùs dixerit in ſuo clameo, ſe Chartam habuiſſe, de illo Domino vel anteceſſoribus ſuis, per Warantiam illius tenementi: quæ viſa fuit, & audita coram multis, & quæ caſu aliter, & non per fraudem eſt perdita, ſeu amiſſa, & hoc paratus eſt probare per bonam, & fidelem aſſiſam: ſi ita inveniatur per aſſiſam, Dominus nihilominus tenebitur, ſuo tenenti ad ſui tenementi Warantiam. Quoniam ſi aliter eſſet, multi pro amiſſione Chartarum ſuarū, ſua perderent tenementa.

Annotatio.

Vers. 3. Et ſi ſit] *Qui warantum vocat, ſequitur forum waranti. Nam eum in jus vocare debet coram Vice-comite in cujus territorio ſive juriſdictione ipſe warantus habitat.*

Digitized by Google

VERS. 4. Alterius Vice-comitis] *i. Illius Vice comitis ſub quo warantus habitat qui paulò poſt, Vice-comes Domini vocatur. Et recte. Nam is qui in warantum vocatur, Dominus eſt ratione charte, per eum conceſſæ tenenti, ſeu principali Reo cum clauſula Warantiæ, vel cum titulo oneroſo, qui de jure evictionem continet, et inducit.*

VERS. 5. Et cùm ipſe] *Si warantus ſententia judicis convictus fuerit, et warantiam ſive evictionem præſtare cogitur: in eo caſu principalis Reus qui eum vocavit in warantum, liberatur: et cauſſa agetur inter principalem Actorem, et Warantum.*

VERS. 6. Sed ſi Charta] *De forma probandi Chartam amiſſam, ejuſque tenorem*, Felin. in c. 2. vt lit. non conteſt. et in c. ſicut de re judic. Speculat. §. 4. de Inſtr. ædit. Alexander in l. veluti. §. hæc vox, et in l. ſi quis. §. vlt. ff. de edend. Bartol. in l. 6. §. nec iterum. ff. de edend.

De exēplatione verò inſtrumēti (vulgò, the tranſſumpt) Speculat. §. oſtenſo. nu. 19. (per c. pen. et vlt. de fid. Inſtr.) de Inſtrum. ædition. et in §. poſtquam eodem tit. Bart. in Authent. ſi quis in aliquo. C. de edend.

BREVE DE NATIVIS.

CAP. 56.

REX Juſtitiario tali, ſalutem. Mandamus vobis, & præcipimus, quatenus vbicunque nativi talis latoris præſentium, inveniri poterunt (extra Dominia noſtra, Burgos noſtros) nativos, & fugitivos homines, ipſius talis, qui ſui, de jure & ratione eſſe debent, de terris ſuis, ipſi juſtè haberi faciatis; ad eaſdem terras inhabitandas; & firmiter inhibemus, ne quis eos, ab eo injuſtè detinere præſumat, ſuper noſtram plenariam forisfacturam. Teſte me ipſo. Lib. 2 c. 11. lib. 2, c. 12. 16. 17.

2. Implacitatur hoc Breve coram Juſtitiario, vel Vicecomite. In quo Brevi, præcipietur Juſtitiario, vel Vice-comiti, & eorum miniſtris; ad deliberandum tali Domino, vel ejus Actornatis, nativos ſuos, vbicunque extra Burgum Regis, & extra Dominica regia inventos.

3. Si autem nativi, Domino ſuo negent nativitatem ſuam, ſive bondagium, tunc attachientur per miniſtros Domini Regis, ſeu per coronatorem, per ſecuros plegios: ad reſpondendum Domino ſuo, coram Juſtitiario, ad diem legalem.

4. Et cùm ibidem venerint, poſt ſua eſſonia Dominus inclamabit eos, ſecundum exigentiam, & naturam ſuæ nativitatis.

5. Quoniã diverſus eſt modus nativitatis ſive bondagii: Nam alii ſunt nativi de[a] avo & proavo: quos Dominus inclamabit ſuos eſſe nativos naturaliter, incipiendo narrare eorũ progenitores, ſi eorũ nomina ſciantur; ſcilicet avi, proavi, ac patris eorum qui

[a] *Al. avo & triavo, Al. evo & trevo.*

Tres ſpecies nativorum, ſeu villanorum.

Digitized by Google

calumniantur, dicendo eos omnes, eſſe ſuos nativos in tali villa ſua; & in certo loco, infra dictam villam in terra ſervili, & ſibi ac anteceſſoribus ſuis, ſervile reddidiſſe ſervitium, & feciſſe multis annis, & diebus. Et hæc nativitas poteſt probari per parentes illius câlumniati ſi vivant, vel per bonam aſſiſam.

6. Similiter eſt alius modus bondagii huic ſimilis, vbi aliquis extraneus, aliquam terram ſervilem, ab aliquo Domino accepit, faciendo pro eadem terra, ſervile ſervitium, & ſi moriatur in eadem terra, & ejus filius ſimiliter, in eadem moriatur, & poſt modum, ejus filius in eadem terra vixerit, & mortuus fuerit; tota poſteritas ſua, erit ad quartum gradum ſervilis conditionis, Domino ſuo. Et ſimili modo poteſt probari tota ſua poſteritas, vt præfertur.

Infr. c. 70.

7. Eſt autem tertius modus nativitatis, & bondagii: Cùm aliquis liber homo, pro dominio habendo, vel manutenentia alicujus magnatis, reddit ſeipſum illi Domino, ſuum nativum, ſive bondum, in Curia ſua per crines anteriores capitis ſui. Si ille ſe poſtmodum retraxerit à Domino; vel negaverit ſibi nativitatem ſuam, poteſt Dominus ſuus coram Juſtitiario, probare illum ſuum eſſe nativum, per aſſiſam: Inclamando ipſum, tali die, & tali anno, in Curia ſua veniſſe, & ſe ſibi ibidem ſuum hominem reddidiſſe. Et cùm aliquis adjudicatur nativus, ſeu bondus vni Domino: poteſt ille Dominus ipſum, per naſum ſuum, redigere ad priſtinam ſuam ſervitutem: ablatis ab eo omnibus bonis ſuis, ad quatuor denarios.

l. vlt. C. de Agricol. & cenſit.

Annotatio.

Adſcriptitius colonus, vel inquilinus cujuſcunque ſexus, fugiens: redire compellitur per judicem, ad prædium, vnde fugit. l. 6. C. de Agricol. & lib. 11.

Vers. 7. Eſt autem] *Qui ad pretium participandum ſe venire paſſus eſt: fit ſervus.* l. 5. de ſtatut. hom. *Et nunquam proclamare poteſt ad ingenuitatem.* l. 8. §. 3. de Minori. *quia reſtitutionis beneficio indignus judicatur; qui exigui lucelli gratiâ, libertatem, rem inæſtimabilem abjecit.* l. 1. quib. ad libert. l. 21. de ſtat. hom. vid. infra h. t. c. 70.

BREVE DE RECTO IN BVRGO.

Cap. 57.

HOc breve talem habet proceſſum Rex Præpoſito, & ballivis burgi de A. Salutem. Mandamus vobis, & præcipimus, quatenus plenum rectum teneri faciatis, de terra tali, de tali loco, cum pertinentiis, in tenemento de K. infra burgum veſtrum, quam

quam de nobis clamat tenere hæreditariè. Reddendo inde nobis, hæreditariè ſex denarios, & ſervitium faciendo, & auxilium, quantum pertinet ad dictam terram. Quam quidem terram cum pertinentiis, talis ei juſtè deforciat, ſicut dicit: Tantum inde facientes, quod pro veſtro defectu, ampliùs non audiamus querimoniam.

2. Primò, præſentatur tale Breve Ballivis in plena Curia, & indilatè Præpoſiti illud aperiant, ita quod aliquantulum ſigilli appendeat, ſive adhæreat caudæ Brevis.

3. Et poſteà incontinenti legatur Breve: Quo lecto, Præpoſiti, ad requiſitionem partis, Breve præſentatis, præcipiant Bedello, quod aſſumtis ſecum teſtibus, perſonaliter adeat ad domum deforciantis, & ipſum ſummoneat, quòd illo die (& nominetur ad quindenam) ſit coram præpoſito, & Ballivis illius Burgi, vbicunque ſederint: ad reſpondendum tali, N. & Brevi regio, de recto per ipſum impetrato, & præſentato ſuper tali terra, ſive tali redditu, contentis in dicto Brevi. Et ſuper hoc capiat teſtimonium, duorum fidelium teſtium, & proborum.

4. Et adveniente die quindeno, pars proſequens compareat [a] *Reū*, his partie in Curia; & petat [a] partem ſuam; & faciat eam vocari, per Bedellum ter, vel quater ad minus.

5. Et ſi compareat: calumniet eum, in forma juris. Et ſi defendens fecerit ſe eſſoniari, aliter quàm per infirmitatem lecti, aut per ſervitium Domini Regis, vel per tranſitum ad nundinas, pars proſequens, vel ejus præloquutor erectet, & reputet illud eſſonium tanquam nullum. Quia aliter quàm per eſſonia illa legalia, eſſoniari non poteſt. Et dicat illud eſſonium eſſe contra jus commune in Burgo; & ideò nullum: Quare videtur mihi, quod ipſe eſt in [b] defectu, & etiam mihi videtur, quod ego deveni, ad proſecutionem meam, & de hoc peto judicium iſtius Curiæ, per meam allegationem. Lac. 1. part. 9. c. 114.

6. Faciat etiam proſequens pars, quolibet die Curiæ, ſummonitiones legaliter probari, & in curia irrotulari, ſive ſe eſſoniet deforcians, ſive defectum fecerit. Et ſic faciat pars proſequens, in omnibus per tres dies placitorum.

7. [c] Quarto autem die, ſi veniat pars defendens, calumnietur hoc modo, per præloquutorem proſequentis. R. qui ibi ſtas P. qui hîc ſtat, dicit tibi, & ego ex parte ſua, quòd tu ei injuſtè deforcias, quandam [d] perticatam terræ, vel peciam terræ, cum pertinen-

[a] *Reū*, his partie

[b] *i. In defalta, ratione ſuæ contumacia.*

[c] *i. In quarta curia.*

[d] *Al. particatam. i. certam terræ mẽſuram quæ vulgò dicitur.* ane Ruid of land. Leg. burg. c. 1.

pertinentiis, jacentem infra talé Burgum, inter terram talis, ex parte orientali, ex parte vna, & terram talis ex parte occidentali, ex parte altera: In vico nuncupato ſic, prout dictum Breve Domini Regis, in ſe pleniùs proportat,& teſtatur. Vel talé annuum redditum, de tali terra ſibi debitū, jacente in tali Burgo; inter terrā talis ex parte vna, & terram talis ex parte altera. De qua terra A. Pater ſuus, vel avus ſuus ſeu vnus de anteceſſoribus, obiit veſtitus, & ſaſitus vt de feudo. Et ſic fuit de jure, & libero burgagio in tépore talis Regis, cujus nomé nominetur. Et ſi ſit annuus redditus tunc dicetur: Qué talis avus vel alius de anteceſſoribus ſuis, cepit per annos, & dies, ad tales terminos; videlicet, dimidietatem vnā, ad feſtum *Penteco ſtes*, & aliam dimidietatem ad feſtum *S. Martini*. Poſt deceſſum cujus, dicta perticata, vel pecia terræ, cum pertinentiis ſive annuus redditus, deſcendit, ſeu deſcendere debet, de jure hæreditario, dicto P. tanquam proximiori hæredi, filio, fratri ſeu ſorori. Quam terram, vel quem redditum, teneri clamat hæreditariè, de Domino Rege, tali nomine, & hæredibus ſuis. Reddendo inde annuatim, ſibi ad talem terminum, tantum; Vnde eum deforciaſti, pudorificaſti, & damnificaſti, ad valorem talis ſummæ argenti, vel auri. Et ſi tu ſis talis homo, qui hoc negas, dictus P. precatur Præpoſitum, & Ballivos Curiæ, ſibi facere juſtitiam.

8. Adverſarius autem habet ſic reſpondere R. qui hîc ſtat, injuriam & injuſtum deforciamentum, ac jus dicti P. in dicta perticata, vel pecia terræ, vel annuo redditu, cum pertinentiis, de verbo ad verbum negat.

9. Et tunc defendens petat Breve ad conſulendum ſibi in præmiſſis; & accepto Brevi exeat è Curia; & conſulat ſe.

10. Et cum reintraverit, poteſt negare vt priùs; & indilatè ſuas exceptiones proponat, vel contra Breve; vel contra perſonam impetrantis; vel poteſt petere viſum terræ; vel etiam poteſt trahere aliquem ad warantum, ad diem, & terminum legalem.

DE DEFALTA FACTA PER PETENtem, vel tenentem.

Cap. 48.

Sciendum eſt, quòd in quacunque Curia, aliquis placitaverit, ſive in placito debiti, ſive tranſgreſſionis, ſive conventionis non obſervatæ, vel protectionis infrictæ (ſi quarto die, pars proſequens

Digitized by Google

ſequens fecerit defaltam) reputetur pro non ſequente. Et ſi pars Rea fecerit defaltam, pro indefenſa teneatur.

Abſentis contumacia, facit ipſum haberi pro præſente.

c. abſent. 3. q. 9. Iac. 4. parl. 3. c. 30. Lib. . c. 1. 6.

FORMA PROCESSVS HOMICIDII *coram Vice-comite.*

Cap. 59.

SI Vice-comes habeat facere proceſſum contra aliquem, ſuper interfectione alicujus hominis ſibi præſentati, & pars proſequens ſuper hoc fuerit præſens; primâ vice dentur parti proſequenti quadraginta dies. Et non oportet quòd deficiat vna dies, de quadraginta diebus. Et ſi plures fuerint quàm quadraginta dies, non eſt curandum.

Incolæ vicecomitatus puniuntur ſi opem non tulerint vicecomiti in puniendo homicida.

Iac. 1. parl. 6. c. 38. cum ſeqq.

2. Et proceſſus debet ſic currere primò, ſecundò, tertiò, & quartò, & ſemper de quadraginta diebus, procedere in quadraginta dies.

Quæ abundant non vitiant.

3. Et ſuper hoc debet proceſſus irrotulari hoc modo. Curia Vice-comitis de P. tenta tali die, tali loco, & tali anno, quo die, A. proſequutus eſt C. ſuper interfectione F. & dictus C. ſæpe vocatur; & legitimè exſpectatus non comparuit, propter quod, proſequenti dantur quadraginta dies de proſequendo. Et præceptum eſt [a] ſervientibus feudi, quòd vbicunque dictus C. infra balliam ſuam valeat inveniri: attachietur ſub ſalvis, & ſecuris plegiis, ad reſpondendum parti conquerenti. Et ſic ſemel, ſecundò tertiò. Quòd ſi quarto die non comparuerit, ſit vtlagus.

[a] *i. Serjandis, & aliis qui ſunt miniſtri juris.* Miniſters or officiars of law, & execution thereof, or, Maris of ſie.

Iac. 3. parl. 14. c. 100. Iac. 4. parl. 3. c. 28. Mar. Reg. parl. 6. c. 31.

DE CONDITIONIBVS BONI, ET *legitimi judicii.*

Cap. 60.

STatutum eſt, quòd quodlibet judicium bonum, & legale, debeat habere has conditiones. Primò, quòd dies, in quo datur judicium ſit legalis, & non feſtivus: ſecundò, quòd locus judicii ſit legalis: Tertiò, quòd [a] Curia ſit legalis: Quartò, quòd judex legalis ſit; Quintò, quòd proceſſus ſit legalis, & modo competente â jure.

[a] *i. Sectatores, qui judicium reddunt & dicuntur liberè tenentes de curia.*

Infr. h. t. c. 66.

ACCVSATO FVRTI DATVR ELE- *ctio duelli, vel aſsiſæ.*

Cap. 61.

SI quis appellat aliquem de furto, in Curia Domini Regis, vel in aliqua alia Curia: ſit ad libitum appellati, vtrum velit duellum, vel purgationem, duodecim fidelium hominum accipere.

Lib. 4. c. 1, 13. Supr. c. 31. h. t.

DE

DE ITINERANTIBVS PER NOCTEM.
Cap. 62.

NVlli liceat itinerare per noctem, nec egredi de domo ſua, niſi ſit vir magnæ auctoritatis, vel boni teſtimonii, ſi opus habuerit: niſi tribus de cauſſis.

2. Scilicet, pro presbytero, ad infirmum adducendo, & oſtendat ſe duobus, vel tribus hominibus, qui in eâdem villa manſerint, vbi infirmus fuerit. Si verò fuerint villæ interpoſitæ, per quas oporteat tranſitum fieri ad presbyterum, ſimiliter oportet vt notificet ibidem, vt dictum eſt. vid. Iac. 6. parl. 1 x. c. 97

3. Secunda cauſſa eſt, pro molendino, veluti ducendo bladum ad molendinum, quam cauſſam ſimiliter notificare oportet, & oſtendere, hominibus villarum, per quas tranſire oportet ſimiliter.

4. Tertia cauſſa eſt, pro negotiis neceſſariis Domini Regis, aut Domini ſui, quam ſimiliter per villas debet oſtendere, aut etiam pro rebus ſuis, ſibi eâdem nocte ſublatis.

5. Et quacunque de cauſſa, de nocte quis itineraverit: â villanis ejuſdem villæ, de qua exierit, & de villa proxima, per quam tranſierit, capiet teſtimonium.

Annotatio.

Dei jure civili, honeſti viri non debent vagari, per noctem, etiam ſi ſint Magiſtratus. l. 2. §. *et quia magiſtratus.* ff. de origin. jur. l. 6. §. labeo. ff. de his qui dejec. vel effud.

DE ADVENIS NON HOSPITANDIS.
Cap. 63.

NVlli liceat hoſpitare, vel retinere advenam in domo ſua, plus vnâ nocte ſine plegio.

2. Si quis verò in villa, vltra vnam noctem remanſerit: Juſtitiarius, vel Vice-comes accuſabit eum; ad eorum libitum faciendum de eo.

DE MODO CITANDI, VEL ATTA-*chiandi.*
Cap. 64.

SI aliquis citatur, vel attachiatur, quod veniat ad placita, Juſtitiarii, Vice-comitis, Baronis, Vavaſorum, vel alicujus liberi tenentis, qui Curiam habet debet ei declarari, in ſua ſummonitione, supra, c. 5.

tione, vel Attachiamento, per Serjandum, Coronatorem, vel *Toſchederach*, & per teſtes, pro quo delicto, vel pro qua cauſſa, ſummonitus, vel attachiatus eſt: Ita quòd præmonitus ſit rationabiliter, vnde reſpondere debeat, quando oportebit illum, ad Curiam comparere.

2. Salvo tamen indictamento, vbi non fit mentio, quare ſummonitus eſt, vel attachiatus.

Quon. Attach. c. 8. 9.

NEMO TENETVR VNO DIE, PLVRIBUS [a] *calumniis reſpondere.*

CAP. 65.

SI quis per aliquem calumniatus fuerit, non tenetur reſpondere vno die, niſi de vna appellatione; aut de vno delicto; niſi ſponte voluerit.

2. Sed ſi plures perſonæ eũ appellent, de diverſis calumniis: pluribus reſpondere tenetur.

[a] *i. Petitionibus, vel accuſationibus vulgò*, challenges

DE MODO FERENDI SENTENTIAM.

CAP. 66.

STatuit Dominus Rex, quòd nullus Juſtitiarius, Vice-comes, vel Ballivus, ſedeat ad judicium faciendum, ſuper appellatione, & reſponſione coram eis facta.

2. Sed cùm ad judicium venerint; exeant de Curia; & liberè tenentes de Curia, judicium faciant, & revocato Juſtitiario, Vicecomite, vel Ballivo, in Curiam: judicium penes eos factum, coram ipſo judice reddatur.

Supr. c. 16. hũt.

PAR DEBET JVDICARI PER PAREM.

CAP. 67.

STatuit etiam Dominus Rex, quòd nullus debet recipere judicium, neque judicari à minori perſona, quàm à ſuo pari, ſcilicet, comes, per comites; Baro, per Barones; Vavaſſor, per Vavaſſores; & Burgenſis, per Burgenſes.

2. Sed minor perſona poteſt judicari, à majore.

Stat. Alex. c. 2. Henr. 3. An. 9. c. 14.

DAMNVM ROBORIAE, VEL FVRTI, *poteſt taxari per aſſiſam.*

CAP. 68.

SI quis appellat aliquem de roboria, vel latrocinio, & ponat in ſua appellatione, majorem ſummam pecuniæ, quàm poſſedit

De expenſis litis taxandis per judicium.

Lat. 6 parl. 12. c. 142. Mag. parl. 7. c. 64.

Digitized by Google

[a] *i. Declarationẽ, veredictum.* The report of the aſſyſe.

dit die quo damnum accepit, & defendens petit [a] proportationem patriæ, vel vicinêti; quòd die, vel nocte, in qua pars adverſa, dicit ſe damnum recepiſſe; tantam pecuniæ ſummam, non habuit: nec tantum damnum recepit; ipſe defendens quietus remaneat, ſi proportatio patriæ hoc dixerit.

ANNOTATIO.

Iudex ratione ſui officii, poteſt condemnare victum victori in expenſis litis, etiamſi hoc non ſit petitum. Bart. in l. 11. §. ſin autem nu. 4. C. de judic. *ſed expenſæ non debent excedere, vel exſuperare ipſum principale.* Bart. in l. 8. C. de indictionib. lib. 11.

LICET CVRIAE, IN CAVSSA CRIMINALI, *taxare damnum partis.*

CAP. 69.

In cauſſis civilibus expenſæ litis, debent taxari in ſententia. Mar. Reg. parl. 70. 64. Bac. 6. parl. 11. 487.

SI quis dicat contra aliquem, quòd combuſſit domum ſuam: vel interfecerit aliquem de progenie ſua; & in appellatione dicat, quòd damnum ei facit inæſtimabile, imponens ſummam majorem, quàm debet de jure, ſcilicet, pro ruſtico mille marcas, defendens non reſpondebit, ad illam ſummam irrationabilem.

2. Sed taxabitur per viros fide dignos Curiæ, rationabile damnum: quod appellans recepit, de morte ſui amici, ſecundum quod liber homo eſt, vel ſervus, & ad tantam ſummam reus reſpondeat; & plegios inveniat ſufficientes.

NON POTEST AD LIBERTATEM PROCLAMARE, *qui ſe venundari paſſus eſt.*

CAP. 70.

Supra, 56. 7.

QVilibet liber homo poteſt relinquere ſuam libertatem, ſi voluerit, in Curia Domini Regis, & in qualibet alia Curia. Sed illam libertatem ſuam ſic relictam, in vita ſua, nunquam recuperabit.

NON LICET VICE-COMITI JVS DICERE *extra ſuum territorium.*

CAP. 71.

Extra territorium jus dicenti, impunè non paretur. l. vlt. ff. de juriſdict.

NVllus Vice-comes, vel ſervus alicujus Vice-comitis, intromittat ſe cum aliqua re pertinente ad commodum Regis, extra Vice-comitatus eorum, de ſummonitionibus, & attachiamentis faciendis, vel de namis capiendis.

2. Quo-

Digitized by Google

2. Quoniam ſervientes jurare debent in Vice-comitatibus, quòd fideliter Domino Regi ſervient in Vice-comitatu illo; & quòd homines infra Vice-comitatum illum manentes, injuſtè & contra aſſiſam Regni, non vexabunt. *Iuriſdictio judicis limitatur per ejus juramentũ.*

DE POENA PACIS DOMINI REGIS INfrictæ per Galwidienſes.

CAP. 72.

APud *Drumfriſe* judicatum fuit per leges, quòd ſi quis convictus fuerit in *Galwidia*, ſive per duellum, ſive alio modo, de pace Domini Regis infricta; Rex habebit de eo viginti duas vaccas, & tres Cathorios, aut pro vnoquoque Cathorio, novem vaccas.

ANNOTATIO.

Tro Cathorios, legendum cenſeo, Cantherios. Nam apud Latinos *auctores Cantherius ſignificat equum, cui teſtes ſunt excẽti & amputati* (an gelded horſe) *vt in proverbijs, Cantherus in foſſa, Cantherius in porta.* vid. Eraſmum in Adagiis.

DE VICINETO GALWIDIENSIVM.

CAP. 73.

NVllus *Galwidienſis* debet habere vicinẽtum, niſi refutaverit legem *Galwidiæ*, & poſtulaverit vicinẽtum.

ANNOTATIO.

Vicinẽtum eſt jus, forma vel modus determinandi controverſias civiles, vel criminales per aſſiſam vicinorum. Galwidienſes *habebant ſuas proprias leges:* Stat. Alex. c. 2. *Ius igitur vicinẽti, non conceditur ijs, niſi ſuis legibus renunciaverint.* vid. Stat. 2 Rob. 1. c. 36.

DE POENA NON SILENTIS TEMpore duelli.

CAP. 73.

ITem ſtatutum eſt, quòd poſtquam pax proclamatur in palatio Domini Regis, vel in platẽa, vbi pugna duorum hominum vadiatur: nemo loquatur præter eos, qui debent cuſtodire platẽam, aut palatium; veluti palatii conſervator, aut Juſtitiarius.

2. Et ſi quis poſtquam pax tueri debet, loquutus fuerit: Dominus rex habebit de eo, viginti vaccas in forisfactum. Et ſi quis manum apponat, ſit in miſericordia Domini Regis de vita, & membro.

DE

DE APPELLATIS PER REGEMDE FE-
lonia, vel aliqua injuria.
CAP. 75.

Supr. c. 34. Iac. 1. parl. 3. c. 15.

SI forte Rex appellat aliquem de felonia, vel de vita & membro; ipse se purgabit per sacramentum viginti quatuor legalium hominum, & fidelium virorum illius comitatus, vbi dicitur illud delictum fuisse commissum.

2. Si autem per sacramentum illorũ acquietetur; quietus sit.

5. Sin autem: fiat de eo rectum judicium.

4. Si autem Rex appellet de aliqua injuria, appellatus purgabit se versus Regem, per sacramentum duodecim legalium hominum. Sin autem: satisfaciet Regi secundum appellationem regiam super ipsum factam.

CVRIAE INFERIORES NON HABENT
jurisdictionem de placitis coronæ Regis.
CAP. 76.

Leg Malc. 2. c. 11. lib. 4. c. 27. Henr. 3. An. 9. c. 17. in Magna Charta.

NVllus Præpositus, vel Ballivus intromittat se, de placitis pertinentibus ad Coronam Domini Regis: Sed tantummodò de Attachiamentis, & de essoniis; nisi fuerit de speciali mandato Regis. Quoniam talis appellatio, & responsio ad judicium; coram Justitiario, vel ejus certo Actornato, debent fieri.

BARONIBVS NON LICET FACERE
concordiam de criminibus.
CAP. 77.

OMnes Barones qui habent furcam, & fossam de latrocinio; de hominis occisione habeant furcam [a]. Et si in eorum Curiis facta fuerit [b] appellatio, & responsio; non licet eis facere concordiam, sine licentia Domini Regis.

[a] *Al. curiam.*
[b] *Inter partes de duello cõmittendo.*

DE TERRA DATA PER REGEM,
de dominio suo.
CAP. 78.

De venditione seu alienatione dominii Regis. l. 3. C. de bon. vacant. lib. 10.

STatuit Dominus Rex, quòd si alicui terram, infra dominium suum, dederit per extensionem sacramenti fidelium hominum provinciæ: vel de voluntate sua, sine sacramento alicujus, & certas ei divisas assignaverit: ille cui terram illam dedit, teneat illam per divisas illas quietam, & solutam in perpetuum.

2. Ita

Digitized by Google

2. Ita quòd de cætero, per Breve perambulationis, neque per aliquod aliud Breve, aliquam partem illius terræ amittat; nisi per Breve de recto.

De praxi ſerenſi princeps nemini ſuam donationem warantizat, niſi vt atur jure privati hominis, & in ejus locum, & jus ſuccedat.

3. Et tunc Rex debet ei excambium rationabile facere pro dicta terra; vel ei dictam terram Warantizare.

DE DVOBVS PLACITIS JVSTITIARII *annuatim tenendis.*

Cap. 79.

l. 1. C de fiſcalis ſtur. lib. 10.
Stat. Rob. 3. c. 30.
Stat. wilh. c. 2
lac. 4. parl. 3. c. 5.
lac. 5. parl. 6. c. 74.
vid. Jac. 5. parl. 12. c. 151. Angl. Reg. Edward. 1. An. 6. 9. Gloceſter.

STatuit Dominus Rex, cum communi concilio Regni ſui, quòd duo placita Juſtitiarii annuatim teneantur, apud *Edinburgh*, vel *Peibles*: Ita, ſcilicet, quòd omnes in capite tenentes, liberè de Domino Rege exiſtentes in regno, ibidem debent comparere, omni eſſonio excepto (niſi fuerit de certa ægritudine, vel ſervitio Domini Regis, vel amiſſione terræ) ad judicium faciendum de cauſſis ſubitaneis, quæ de novo emergunt: quibus non poterit provideri. Et ad certificandum Juſtitiarium, ſuper his de quibus dubitat.

DE FORMA CLAMEI, SEV PETITIONIS.

Cap. 80.

Al. woth.

IN omnibus calumniis, & narrationibus, legaliter & formaliter factis, in placitis injuriæ, ſive tranſgreſſionis, ſeptem termini obſervandi ſunt: Scilicet, nomina partium vel Actornatorum, ſi querela implacitatur per Actornatos: dies, annus, locus, cauſſa querelæ, damna in certo: Verba Curiæ, ſic dicendo in fine narrationis, injuſtè, & contra legem, *V Vith wouch, wrang, & vnlauch.*

DE MODO PROBANDI DEBITVM.

Cap. 81.

Stat. Rob. 1. c. 23
De Numero teſtiũ in contractibus vel aliis ſcriptis.
lac. 5. parl. 9. c. 80.
Bartol. Latiſſimè in conſil. 30.
In jure Canonico, 4. quæſtion. 2. & 3

QVilibet liber homo poteſt probare ſuum debitum, cum duobus fidelibus hominibus videntibus, & audientibus, ad valorem quadraginta ſolidorum. Et ſic per diverſos teſtes, ſecundum quantitatem debiti.

2. Alio modo non poteſt probari, niſi per literam obligatoriam, vel per confeſſionem debitoris, in Curia coram Juſtitiario, vel Vice-comite.

3. Secus eſt coram aliis judicibus. Et nota quòd poſtquam pars allegaverit certum numerum teſtium, ipſe non poteſt addere, vel diminuere teſtes.

ANNOTATIO.

Generaliter verum eſt, quòd vnuſquiſque debet probare illud, quod eſt cauſſa ſuæ intentionis: nempe Actor, illud quod eſt cauſſa ſuæ actionis; & Reus illud, quod eſt cauſſa exceptionis. Bart. in l. 1. C. ſi adverſus credit. per l. 2. de probat. l. vlt. de rei vindic.

QVAE SEMEL SVNT DETERMINATA *per aſsiſam, vel aliam probationem, non debent iterari.*

CAP. 82.

NVlla [a] vicinitas capiatur ſuper vicinitatem de vna querela: Nec probatio ſuper probationem, nec purgatio ſuper purgationem. Quia de jure probationes ſemel deciſæ, non debent iterari.

[a] *i. veredictum vicineti, ſeu aſsiſæ nam generaliter nunquam poteſt eſſe duellum, vbi aſsiſa eſt, nec è cõverſo* Lib. 4. c. 24. leg. Ma lc. a... 4. vid Stat. Rob. 1. c. 10. in fin. gl. in c. 1. de offic. & poteſt Iud. c. 29 de ſentent excom. 2. q. 1 c. 1. de offic. & poteſt jud. de leg. l. qui appellat 29 ff. de judic.

DE RECEPTATIONE LATROCINII.

CAP. 83.

NVllus defamatus tanquam receptator latrocinii, debet puniri, antequam malefactor fuerit convictus, vel attayntus de latrocinio illo. Et tunc fiet, vt dicitur, *conſentientes, & agentes pari pœna puniantur.*

2. Quod autem dici ſolet, qui appellat prior, agit, hocintelligendum eſt, quòd ille qui facit injuriam, primò debet [a] appellari. Et ſic qui priùs conqueritur, priùs audiatur, & terminetur.

a. i. accuſari. 2. de ordin. cognit. leg. b urg. c 87. *Al. cauſſæ.* Stat 1. Rob. 1. c. 13. Bidward. 1. An. 13. 33.

LICET DEFENDENTI OBJICERE CONTRA *citationem, & attachiamentum.*

CAP. 84.

SI aliquis fuerit citatus, & calumniatus de aliqua querela, quando comparet in Curia, debet audire citationem, & attachiamentum, ſi illud petierit, videlicet, quomodo fuit citatus, & attachiatus, & contra illa dicere, ſi habeat rationabilem cauſſam: Quia citationes, & attachiamenta ſunt materia & fundamentum totius Curiæ.

DE VXORE FVGITIVA, ET EJVS *receptatore.*

CAP. 85.

SI aliqua mulier fugerit voluntariè, cum bonis ſuis, à viro ſuo ſponſato; alicui alteri, cauſſa luxuriæ: Ille receptator bonorum,

Digitized by Google

rum, puniatur pro receptione eorundem cauſſa latrocinii. Et dicta mulier nequaquam recuperabit, tertiam viri ſui, poſt mortem ſuam: Niſi vir ſuus, poſteà eam accipiat, propriâ ſuâ voluntate, ſine [a] diſtrictione ſanctæ matris Eccleſiæ.

[a] *Compulſione*

DE LOCIS CVRIARVM PROHIBITIS.
Cap. 86.

Iac.6.parl.6.c.70.

INhibitum eſt, quod placita vitæ, aut terrarum, ſeu aliquarum querelarum tenta ſint in ſancta Eccleſia, vel in Cœmiterio, vel in aliquo alio loco ſacrato.

Annotatio.

L. 1. & tot. tit. *Ne quid in* loc. ſacr. *Neque cauſſæ civiles neque criminales in Eccleſia vel cœmiteriis agitari debent.* c. 5. de immun. Eccleſ. & ibi gloſſ.

DE TEMPORIBVS IN PISCANDO *prohibitis.*
Cap. 87.

Iac.1.parl.1.c1.parl.2.c.15. Iac.5.parl.15.c. 261. parl.7.c.111. Stat. Alex.c.16. Edward.1.An.13.c. 46. Stat. Robert.3.c.7. Stat.1.Rob.1.c.11.

OMnes aquæ in quibus capiuntur ſalmones ponuntur in defenſo ad capiendum ſalmones à Die Nativitatis, vel Aſſumtionis B. *Mariæ virginis* vſque [a] ad feſtum *S. Martini.*

Nativitatis, ſcilicet, Beatæ Mariæ 8. *Septembr. aſſũtionis.* 15. *die* Auguſti.

2. Et ſimiliter ſalmunculi non capiantur, nec deſtruantur per retia, aut per alia ingenia, ad ſtagna molendinorum, à medio *Aprilis*, vſque ad nativitatem *S. Ioannis Baptiſtæ.*

[a] 24. *Diem Iunij.*

3. Si quis autem ſuper hoc tranſgreſſus fuerit; puniatur prima vice per combuſtionem retium, & ingeniorum. Et ſi iteratò deliquerit, puniatur per priſonam dimidii anni. Et ſi tertiò deliquerit, puniatur per priſonam vnius anni.

4. Et ſic multiplicatâ tranſgreſſione, creſcat pœnæ inflictio.

Annotatio.

Vers. 4. Et ſic multiplicata] *Frequens delictum, frequenter puniri debet* c.4. *de pœnis. Nam iteratio culpæ, auget pœnam: & pro modo delicti augetur delictum* l.1. de jur. patron.

DE SVCCESSIONE MEDII FRATRIS, *mortui ſine hærede de corpore ſuo.*
Cap. 88.

SI tres fratres ſint nati de eodem patre, & eadem matre, & medius frater habens terram, & tenementum, moriatur ſine hæ- Stat.Rob.3.c.3.

rede de corpore ſuo procreato, frater ſuus primogenitus habebit terram illam, & tenementum, & non poſt natus ſeu junior. Quia conquæſtus terrarum debet gradatim aſcendere, & hæreditas debet gradatim deſcendere.

Infra. h. t. c. 97.

SOROR GERMANA PRAEFERTVR *conſanguineæ, in hæreditate fratris.* CAP. 89.

The full blude is preferred to the half blude. lib. 2. c. 30.

SI homo terram habens & tenementum, generaverit ex vxore deſponſata, vnam filiam, mortua illa vxore, capit aliam vxorem: de qua generat filium, & filiam: mortuo, autem patre ipſorum: filius tanquam hæres, intrat in hæreditatem paternam: & ita eſt in ſaſina, per annos, & dies; tandem moritur iſte filius, ſine hærede de corpore ſuo; iſta hæreditas non dividetur inter iſtas ſorores: Quia ſoror illius, quæ eſt de vno patre, & de vna matre ſecum nata, totam hæreditatem, ratione ſui fratris habebit, & alia ſoror, nihil de eadem, [a] ratione patris obtinebit.

[a] *Tametſiſit nata ex eodem patre, cum fratre defuncto.*

DE MINORE VOCATO IN WARANTUM. CAP. 90.

SCiendum eſt, quando aliquis debet Warantizare, aut ipſe ad Warantum vocat puerum infra ætatem; aut hominem plenæ ætatis.

[a] *i. Continuata.*

2. Et ſi vocat puerum infra ætatem, loquêla erit [a] reſpectuata, vſque ad ætatem pueri.

3. Et cùm venerit ad ætatem: ſi loquêla tangit eum, ſummonebitur per Breve regium: Et partes tunc veniant, & proſequantur loquêlam, quæ alios fuerat reſpectuata.

Infra. hat. c. 99.

4. Tamen in placito dotis, oportet quòd puer per ſe, ſive per ſuum procuratorem reſpondeat, ſi implacitetur, aut vocetur ad Warantum.

Stat. wilh. c. 21. Supr. c. 55. h. t.

5. Verùm nemo poteſt vocare puerum infra ætatem ad Warantum ſine Charta. Et ſi aliter fecerit; ipſe perdet ſuum vocare totaliter.

Infra. c. 99. h. t.

6. Prætereâ quicunque velit vocare puerum ad Warantum, debet nominare omnes illos qui aliquid habent, de terra ſua in cuſtôdia: Nec non ſimiliter illum qui habet corpus pueri in cuſtôdia. Quia aliter faciendo, perdet vocare ſuum: Nam injuſtum eſſet, quod quidam Warantizarent; & alii non, de hoc quod tenent.

DE

DE SIMPLO ET DVPLO MARITAGII HÆREDIS.
CAP. 91.

DE hæredibus per parentes, vel alios, vi abductis & detentis, ſeu maritatis, provilum eſt, quòd quicunque laïcus inde convictus fuerit, quòd puerum aliquem, ſic abduxerit, tenuerit, vel maritaverit: reddat parenti valorem maritagii: & pro delicto, corpus ejus capiatur, & impriſonetur; quouſque perdenti emendaverit delictum, ſi puer maritetur. Et præterea dome: Domino Regi ſatisfecerit, de tranſgreſſione. Et hoc fiat de hærede, infra quatuordecim annos exiſtente.

2. De hærede verò cùm ſit quatuordecim annorum, vel vltrà, vſque ad plenam ætatem; ſi ſe maritaverit ſine licentia ſui Domini, vt ei auferat maritagium ſuum: & Dominus ei offert, rationabile maritagium, vbi non aliâs diſparagetur, vel diſperſonetur: Dominus ſuus, tunc teneat terram illam, vltra terminum ætatis ſuæ: ſcilicet, viginti vnius anni; per tantum tempus, quòd poſſit percipere valorem maritagii per duplum, ſecundum æſtimationem proborum hominum; vel ſecundum quod ei pro eodem maritagio priùs fuit oblatum, ſine fraude & malitia: vel ſecundum quod, probare poterit in Curia Domini Regis.

Henr. 3. An. 20. c. 6. in Statuto de Merton. Edward. 1. An. 3. c. 22.

ANNOTATIO.

Hodie ſecundum praxin forenſem (cujus hic nulla fit mentio) ſi hæres feudi militaris contraxerit nuptias, ſine licentia Regis, aut alterius ſui Domini Capitalis, tempore morbi aut agritudinis, de qua ſuus pater, vel alius prædeceſſor moritur, ſaiſitus in terris vt de feudo, de Domino Rege, vel alio Domino immediatè tento: ſimplum maritagii ſui ſolvere cogitur, Regi, vel ſuo Domino, ad quem jus maritagii pertinet vt deciſum fuit per dominos ſupremi conſilij. 7. Mart. 1498. inter Regem, et Ioannem Karnis. 12. Junii. 1534. *inter Regem, et dominum de* Sancto Monano. Et 20. Febr. 1606. inter Regem, & dominum de Lundie.

DE MARITATIS IN DISPARAGIO.
CAP. 92.

SI aliqui Domini maritaverint hæredes ſuos, quos vel quas, habent in cuſtodia, villanis, vel Burgenſibus, vbi diſparagentur, ſi talis hæres ſit infra quatuordecim annos, & talis ætatis, quòd conſentire non poſſit, tunc ſi parentes ejus conquerantur: Dominus ille, amittet cuſtodiam vſque ad ætatem hæredis: Et

Henr. 3. An. 9. c. 6. in Magna Charta, et. An. 20. c. 6. in ſtatuto de Merton.

omne commodum quod inde receptum fuerit; convertatur in cõmodum illius, qui infra ætatem eſt; ſecundum diſpoſitionem, & proviſionem parentum, propter dedecus ei factum.

[a] *Al. conſenſerit.*

2. Si autem fuerit quatuordecim annorum, & vltrà, conſentire poſſit: & maritari [a] conſentiret, nulla ſequatur pœna.

ANNOTATIO.

VERS. 1. *Nuptias coitus non facit, ſed maritalis affectio.* l. 32. de donat. inter vir. l. 15. de condit. & demonſtr. *Conſenſus autem intelligitur præſertim animorum, iſque mutuus, & per verba præſentia expreſſus.* gl. in Authent. de nupt. coll. 4. Conſtit. 1. *ſive fiat in ſcriptis, ſive nuda voce.* l. 4. in fin. de pignorib. *et non ſolùm contrahentium.* l. 14. ff. de nupt. *ſed etiam requiritur conſenſus parentum, in quorum poteſtate ſunt ipſi contrahentes.* l. 2. ff. de nupt. *Paragium ſignificat nobilitatis, conditionis vel ſtatus æqualitatem cui contrarium eſt diſparagium vtrunque eſt verbum Gallicum, à paribus deductum.*

DE HIS QVI NOLVNT MARITARI, *pro Dominis ſuis.*

CAP. 93.

SI quis hæres cujuſcunque ſtatus fuerit, pro Domino ſuo noluerit ſe maritare, non compellatur [a] ad hoc facere: Sed cùm ad ætatem pervenerit: det Domino ſuo, & ei ſatisfaciat de tanto, quantum Dominus percipere poſſit, ab aliquo pro eodem maritagio; antequam hæres terram ſuam recipiat; ſive voluerit maritare ſe, ſive non.

Henr. 3. An. 20. c. 7.

[a] *i Quia matrimonia debẽt eſſe libera* c. gemma de ſponſalib. extr.

2. Quia maritagium hæredis, qui infra ætatem eſt, mero jure pertinet ad Dominum feudi.

DE MARITAGIO HAEREDIS HABENTIS *plures Dominos.*

CAP. 94.

SI alicui minori deſcendit hæreditas ex parte patris; qui tenet de vno Domino: Et alia hæreditas ex parte matris, quæ tenet de alio Domino: Statutum eſt deœterò, quòd ille Dominus habeat maritagium hæredis, de quo anteceſſor ſuus, ex parte patris, vel matris fuit priùs feofatus: Non habendo reſpectum ad ſexum: nec ad quantitatem hæreditatis: ſed tantummodo ad antiquius feofamentum, per ſervitium militare.

Lib. 2. c. 44.

DE

DE RAPTV HAEREDIS MARITAGIVM *debentis, & ejus pœna.*

CAP. 95.

DE pueris, ſive maſculis, ſive fœmellis, quorum maritagium ad aliquem pertineat, raptis & abductis; ſi ille qui rapuit, non habuit jus in maritagium, licet puerum poſteà reſtituat non maritatum, vel de maritagio ſatisfecerit, puniatur pro tranſgreſſione ſua, per priſonam duorum annorum. Henr. 3. An. 20. c. 6. Edward. 1. An 13. c. 34. Philip. & Mar. An. 4. & 5. c. 7.

2. Et ſi non reſtituerit, vel poſt annos nubiles eum maritaverit, & de maritagio ſatisfacere non potuerit: abjuret regnum, & habeat perpetuam priſonam.

ANNOTATIO.

Vel habeat] *De jure Canonico, poteſt quis damnari, ad perpetuum carcerem* c. quanvis de pœnit. lib. 6. *quod jure Civili eſt prohibitum: carcer enim ad continendos & ſervandos homines non ad puniendos haberi debet.* l. 8. §. 7. de pœnis.

DE TERRA PERDITA PER DEFALTAM.

CAP. 96.

QVicunque terrã ſuam per defaltam amiſerit tantummodo, & non per aliud judicium; poterit benè ſi voluerit, terram illam petere per Breve de recto; verſus quemcunque tenentem terram illam, & recuperare eam per judicium, ſi jus habeat in eadem.

2. Præterquam in duobus caſibus, ſcilicet, ſi fecerit defaltam poſtquàm poſuit ſe in magnam aſſiſam Domini Regis; vel poſtquàm duellum fuit inde vadiatum.

3. Quia in iſtis duobus caſibus, non ſolùm amittet ſaſinam: imò ipſe, & hæredes ſui, amittunt clameum in perpetuum.

DIFFERENTIA INTER HAEREDITATEM & *conquæſtum.*

CAP. 97.

ITem, ſtatutum eſt, quòd conquæſtus cujuſlibet liberi hominis legitimi, qui moritur de ipſo ſaiſitus, ſine hærede de corpore ſuo; gradatim vſque ad primogenitum aſcendit, hæreditas verò deſcendit gradatim. Lib. 2. c. 22. §. 5.

FELONIS

FELONIS ACCVSATI, ET NONDVM convicti vxor dotem, & filius hæreditatem recuperat.

CAP. 98.

SI quis feloniam fecerit, & nunquam convictus fuerit in Curia, per judicium: vxor sua dotem suam non amittet, nec filius ejus hæreditatem.

Iure nõvissimo hujus Regni, memoria ejus qui est Reus Majestatis, dãnari post mortem, ejusque hæres exhæredari potest. Lac. 3. part. 6. c. 69.

2. Et licet esset in Curia, coram justitiario auditurus judicium suum; & in aliquo casu ceciderit mortuus ante judicium, neque vxor dotem, neque filius hæreditatem amittet.

ANNOTATIO.

VERS. 2. Mortuus ante] *In omnibus actionibus criminalibus, morte Rei, vel accusati, crimen vnà cum pœna extinguitur.* l. 1. l. 2. C. si reus vel accusat. mort. fuerit. *Et præterea bona delinquentis mortui, non pertinent ad fiscum; nisi vivens fuerit condemnatus.* Bart. in l. 10. C. de jur. fisci. lib. 10. *Nam qui in reatu discedit; integri status est, nisi in crimine læsæ majestatis.* l. 11. ff. ad leg. Iul. majestat.

MINOR TENETVR RESPONDERE mulieri dotem suam petenti.

CAP. 99.

MInor tenetur respondere in Brevi de dote: & in hoc casu custos ejus debet summoneri, quia petitio dotis non præjudicat proprietati juris hæredis, à quo dos petitur. Nam cùm mulier petit dotem, id est, tertiam partem hæreditatis; manifestum est, quòd eâ decedente, tertia pars revertitur ad duas: & sic non habet locum exhæredatio hæredis.

Supr. hit. c. 80.

2. Et præterea si mulier exspectare debet ad ætatem minoris; possit interim penuriam inevitabilem incurrere; vel in fata decedere; Et sic dotem suam amittere. Ideoque in hoc casu, minor respondere debet.

BARONES COGNOSCVNT DE MANIfesto furto, & non de furto nec manifesto.

CAP. 100.

BArones qui libertates habent, de *sok*, & *sak*, *toll* & *theame*, *infang-thief*, *out fang-thief*, possunt judicare in Curia sua, si aliquis inventus fuerit infra libertatem suam, saisitus de aliquo latrocinio manifesto: sicut [a] *hand-habband*, *and bak-bearand*, & insecutus fuerit per *ficker-borgh*.

Lib. 1. c. 41.
[a] *i. Manu tenens aut in dorso portãs rem furtivam.*

2. Quia

2. Quia[b] nisi fuerit in saſina, licet alius ſequatur adverſus eum, ſicut latronem: non pertinet ad Curiam Baronis, de hujuſmodi furto cognoſcere, nec inde facere inquiſitionem per patriam, vtrum talis, qui non fuit ſaiſitus, ſit culpabilis vel non.

[b] *i. Niſi fur deprehendatur in poſſeſſione rei furtivæ.*

3. Nec vadietur duellum inter aliquos ſine ſaiſina.

ANNOTATIO.

VERS. 3. Nec vadietur] *Hoc eſt duellum non habet locum, de furto: niſi fur deprehenſus fuerit in ſaiſina. & poſſeſsione rei furtivæ; veluti furto manifeſto: Et in hoc caſu, non pugnatur de ſaiſina (de hac enim conſtat) ſed de ſaiſinæ cauſſa, ſitne licita, an illicita; veluti ſi accuſatus, rem ſuam eſſe affirmat, & furtivam eſſe negat.*

DE RESIDENTIA JVDICIS, POST *officium dimiſſum.*

CAP. 101.

OMnes officiarii, vtputa Juſtitiarii, Camerarii, Vice-comites, Præpoſiti, & Ballivi, poſtquàm quocunque modo reliquerunt officia ſua, tenentur ſecundum leges, remanere in locis, in quibus officium geſſerunt, per quadraginta dies completos & continuè ſubſequentes à tempore exitus ſui, ab officio.

2. Nec ſe abſcondant, & tenebunt in locis ſacris, nec privilegiatis; ſed in publico manebunt, ſicut ante depoſitam adminiſtrationem fecerunt, vt pateat omnibus libera facultas, contra eos querimonias commovendi.

Digitized by Google

IN MY DEFENCE GOD ME DEFEND.

LEGES ET CONSVETVDINES BVRGORVM.

EDITÆ PER D. DAVID REGEM SCOTIAE, EIVS NOMINIS PRIMVM, APVD NOVUM-CASTRVM ſuper Tynam.

Has leges burgorũ eſſe authenticas, probat. Iac.3.parl.7.c.52.per. c.125.infr.hoc tit.&c 133.

DE REDDITV REGIS IN BVRGO. CAP. 1.

De privilegiis Burgenſium. vid.Iac.4.parl.6.c.84. Iac.5.parl.4.c.26.Mar Reg.parl.6.c.50.parl.9 c.86. Iac.6.parl.1.c.26.parl. 5.c.64.parl.7.c.119.

IMPRIMIS QVILIBET Burgenſis, debet Domino Regi Burgagio, quod defendit, pro particata terræ, quinque denarios annuatim.

Particata. Al. perticata. ane ruid of land

DE NOVO BVRGENSE. CAP. 2.

Infr.h.t.c.29.c.119 iter.Camer.c.3.

QVicunque factus fuerit de novo, Burgenſis Domini Regis, primò, jurare debet fidelitatem Domino Regi & Ballivis ſuis, & communitati illius Burgi, in quo factus eſt novus Burgenſis.

Hujuſmodi redditus Burgorum (burrow mealis) *incorporantur fiſco & patrimonio Regis annexantur* Iac.1.parl.1.c.8.

DE NAMIS CAPIENDIS A [a] FORINSECIS. CAP. 3.

[a] *Extraneis habitantibus extra Burgum ſive ſint Burgenſes alterius burgi, ſive non ſint.*

QVilibet Burgenſis poteſt namare foris habitantes etiam Burgenſem alterius Burgi, infra & extra forum, infra domum.

&

& extra.

2. Nisi commercia, vel nundinæ teneantur in Burgo, & nisi ipse foris habitans, fuerit in exercitu Regis, vel in custodia Castri Domini Regis.

DE NAMO CAPIENDO INTER COMburgenses.

CAP. 4.

BVrgensis non potest namare Burgensem in eodem Burgo commorantem, sine licentia Præpositi sui.

EXTRANEVS RESPONDEBIT BVRgensi infra Burgum.

CAP. 5.

SI Burgensis foris habitantibus de suo aliquid commodaverit in Burgo: si debitor concedat, & fateatur debitum, reddat ei:

2. Si verò negaverit, faciat rectum in Burgo.

ANNOTATIO.

Quia ratione libertatis Burgi, Reus sequitur forum Actoris contra communem juris regulam, per quam Actor sequitur forum Rei. c. cùm sit generale, de foro competent. extr. l. juris ordinem. C. de jurisd. om. judic.

DE PLACITIS AD JVRISDICTIONEM Burgi pertinentibus.

CAP. 6.

PLacita quæ in Burgo surgunt: ibidem in Burgo teneantur.

Leg. Malc. 2. c. 11. 2. Et omnes querelæ, quæ fuerint exortæ infra Burgum: debent terminari infra Burgum.

3. Præter eas querelas, quæ pertinent ad Coronam Domini Regis. Quæ debent in breviari & custodiri, vsque ad adventum Justitiarii, & tunc coram justitiario, in Curia Burgi debent placitari, & sine debito terminari.

BVRGENSIS NON PLACITABIT extra Burgum.

CAP. 7.

SI Burgensis appelletur de aliqua quetela: non placitabit extra Burgum, nisi ex defectu Curiæ.

2. Nec

2. Nec debet reſpondere ſine die & termino, niſi priùs inciderit in ſtultam reſponſionem.

3. Exceptis illis placitis, quæ pertinent ad coronam Domini Regis, & tàm de his, quàm de aliis judicare debet per ſuos [a] pares & ſecundum leges, & aſſiſas burgorum.

[a] *Per eos qui ſunt tales, qualis ipſe eſt.* Infra, c. 24.

DE PLACITO INTER BVRGENSEM & mercatorem.

CAP. 8.

SI placitum oriatur inter Burgenſem & mercatorem, terminari debet infra tertiam refluxionem maris.

DE TERRA TENTA IN PACE PER annum & diem.

CAP. 9.

QVicunq; tenuerit terras ſuas in pace, per vnum annum & vnum diem, & ſine calumnia; quam fideliter emit per teſtimonium duodecim vicinorum ſuorum: ſi quis eam calumniaverit poſt annum & diem, & fuerit in eadem regione, & de ætate & non in carcere, & ipſe infra prædictum terminum, clameum inde non moverit ſuper hoc, nunquam audietur.

2. Sed ſi fuerit infra ætatem, vel extra regnum, cùm venerit ad ætatem, vel reparaverit ad domum, vel è carcere liberatus fuerit, non amittet jus ſuum.

DE MERCATVRIS PER NAVEM Adductis.

CAP. 10.

QVæcunque navis per mare adduxerit mercaturas, illæ ad terram debent ferri præter ſal & haleces, quæ in navi poſſunt vendi.

PATER POTEST REVOCARE TERRAS DATAS filio ob ingratitudinem filij.

CAP. 11.

SI contingat, quòd aliquis habens terras de hæreditate, ſeu cõquæſtu & ipſe tantũ dilexit filium ſuum hæredem, quòd ipſe eidem filio omnes terras ſuas in ſua legitima poteſtate dederit. Et Vid. Iac. 6. parl. 4. c. 60. parl. 6. c. 16.

postea inexcusabilis necessitas patri evenerit, & ostenderit filio suo inopiam suam, & ipse filius noluerit patri suo succurrere, pater potest easdem terras de hæreditate; & conquæstu vendere, aut [a] invadiare, cuicunq; voluerit.

[a] *Oppignerare.* Leg. burg. c. 127. Bart. in l. 5. §. qui nu. 7. ff. qui tamd. cog

2. Et debet illa paupertas probari ante venditionem, vel alienationem, seu invadiationem per duodecim legales, & fideles homines vicinos; videlicet, per quatuor manentes ex vna parte, domus ipsius vendentis, & quatuor ex altera, & quatuor ex opposito ejusdem domus, aliter hujusmodi alienatio, nullius est momenti vel valoris.

DE TERRIS DATIS A PATRE LIberis suis.

Cap. 12.

[a] *Al. extra.*

SI quis habuerit plures terras & plures pueros, & dederit vnicuique vnam terram: Et fortè omnes pueri sunt [a] infra ætatem & extra custodiam patris; tunc fortè dicet hæres post decessum patris; quòd donatio illa nulla est; quia pater suus cepit in tota vita sua, fructus earundem terrarum. In hoc hæres non debet audiri. Quia pater suus, eas dedit in legitima potestate sua.

DE RVSTICO BVRGENSE.

Cap. 13.

SI rusticus manens extra burgum, in burgo burgagium habeat, non tenebitur in alio loco aliquo pro burgense, nisi in eodem burgo in quo burgagium habet.

2. Si verò burgensis ille rusticus, calumniet burgensem in burgo manentem: Burgensis contra rusticum se lege burgi defendet.

3. Si autem burgensis in burgo die ac nocte manens, hujusmodi rusticum appellaverit de aliqua re, vnde oriatur duellum, ille rusticus potest se bello defendere contra burgensem.

DE DVELLO INTER FORINSECVM & burgensem.

Cap. 14.

SI quis forinsecus burgensem de aliqua re appellaverit, non potest super burgensem pugnare, sed burgensis per legem burgi, se defendet.

2. Nisi

2. Nisi fuerit de proditione, vel de [a] *theme*, vnde se debet defendere bello.

[a] *i. De quæstione status Al. de furto.*

3. Nec burgensis super forinsecum hominem pugnare, nisi pro prædictis poterit, nisi priùs exierit de burgo suo.

BVRGENSIS REGIS POTEST COGERE alios burgenses pugnare sed non contra.

CAP. 15.

BVrgensis Domini Regis, potest habere duellum de burgensibus Abbatis, Comitis, Prioris, vel Baronis & nō è converso.

DE LIBERTATE FILII BVRGENSIS.

CAP. 16.

FIlius Burgensis quandiu fuerit ad mēsam patris sui, habebit eandē libertatē emendi & vendendi, quam & pater suus habet.

2. Sed cùm ab eodem recesserit, ista libertate non gaudebit, nisi ipse filius fuerit burgensis.

SERVVS MANENS IN BVRGO PER ANNVM & diem, tanquam burgensis sit liber.

CAP. 17.

SI homo Comitis vel Baronis, seu cujuscunq; servus fuerit, venerit in burgo; & emerit sibi burgagium, & manserit in eodem burgagio, per vnum annum & vnum diem, sine calumnia Domini sui, vel ejus Ballivi: Semper erit liber, & libertate Burgi gaudebit, sicut burgensis, nisi sit servus Domini Regis. lib. 2. c. 12. & 27.

ANNOTATIO.

Nisi sit] *Quia præscriptio non currit contra Regem, ejus nativos, aut Domanium seu proprietatem* lib. 2. C. de fund. & salub. rei dominic. lib. 11. l. 2. C. de agric. & mancip. domi. l. 11.

EXTRANEVS DEDET EMERE A burgensibus.

CAP. 18.

NVllus mercator extraneus, vel alienus potest emere lanam aut coria, aut alia mercimonia seu merciantias, extra burgum, nec infra, nisi emerit à Burgense. vid. Iac. 6. part. 18. c. 152. Iac. 4. part. 4. 41.

DE BLVDE-VITE ET CONSIMILIBVS.

CAP. 19.

SCiendum est, quòd in burgo non debet audiri *bludewite*, stingis dint, marchetæ, herrezeld, nec aliquid de similibus.

ANNOTATIO.

Hujuſmodi privilegia & immunitates pertinent ad Barones & non ad Burgenſes; & ſi ſus Baronum & Vice-comitum habeant ſibi conceſſum, vt Edinburgh, Lanark, Perth & Strivilin.

SOLIS BVRGENSIBVS LICET HABERE FVRNVM. CAP. 20.

QVilibet burgenſis Domini Regis, poteſt habere furnum ſuum, per terram ſuam, & nullus alius præterquam burgenſis Domini Regis.

DE FORIS-FACTO PANIS ET CERVISIÆ. CAP. 21.

De jure civili, quidam piſtores erant, qui faciebant panem in palatio imperatoris, & hi comiti horreorum ſuberant l.vnic. C. de piſtorib. lib. 11.

SI aliquis vel aliqua ſit in foriſ-facto de pane vel cerviſia, nullus debet ſe inde intromittere niſi Præpoſitus.

1. Et ſi bis foriſ-fecerit, bis caſtigetur per ſuum foriſ-factum.

3. Et ſi tertiò foriſ-fecerit, juſtitia de eo vel de ea fiet (videlicet piſtor ponatur ſuper [a] colliſtridiũ, quod dicitur *pillorie*) Braſiatrix ſuper tumbrellum, (quod dicitur caſtigatorium.)

4. Si verò Præpoſitus juſtitiam facere neglexerit, corpus & catalla illius Præpoſiti in voluntate Domini Regis permaneant.

[a] *Al. colliſtrigium, quia collũ ſtringit.* ane halſſang. Iac. 2. parl. 14. c. 77.

DE LANÆ ET PANNI EMTIONE. CAP. 22.

NVllus niſi Burgenſis, poteſt emere lanam ad tirgendum nec facere pannum; nec pannum ſecare, nec in burgo, nec extra burgum: Secus eſt ſi quis habeat lanam de proprijs ovibus.

Iac. 2. parl. 14. c. 67.

LICET BVRGENSI CONQVÆSTVM SVVM ALIENARE. CAP. 23.

QVilibet burgenſis poteſt terram ſuam de conquæſtu ſuo, lare vel vendere: & ire quo voluerit liberè & quietè, niſi fuerit ſub calumnia alicujus.

lib. 4. c. 3.

SENECTVS EXCVSAT BVRGENSEM A DVELLO. CAP. 24.

SI Burgenſis calumniatus præterijt ætatem pugnandi, & hoc eſſoniaverit in ſua reſponſione non pugnabit.

2. Sed juramento duodecim taliũ, qualis ipſe fuerit, ſe purgabit.

3. *Item*, Burgenſis debet ſe purgare contra Dominum Regem vel ejus Ballivum, de querelis inter ſe motis in burgo, [a] vndecimâ ma-

[a] *i Suo & decem cõjuratorum juramento.*

Digitized by Google

manu, vbi querela tangit perſonam Domini Regis, vel vitam aut membra, aut terram, aut tenementū, tunc cum [b] duodecima manu ſe purgabit.

[b] *i. Suo & undecim coniuratorum Juramento.*

DE HAEREDE ET VXORE BVRGENSIS.

CAP. 25.

SI burgenſis terram vel terras in burgo acquiſierit, & puerum hæredem habuerit; & eas non aſſignaverit alicui ante mortem ſuam: ipſo mortuo, filius ejus vel filia, ſuccedet hæres iu hęreditatē totius terræ quam habuit, die quo fuit vivus & mortuus.

2. Salvus hoc quod vxor ejuſdem defuncti diſponſata, tota vita ſua, quandiu erit vidua interiorem partem domus Capitalis (quæ dicitur flet) tenebit.

3. Hæres verò ejus habebit vlteriorem partem ejuſdem domus, ſi in ea habitare voluerit.

4. Et hoc dico, ſi uxor illa aliam dotem non habuerit: Nam ſi aliam dotem habuerit, ipſa ſuam dotem tenebit, & hæres domo Capitali gaudebit.

DE HAEREDE BVRGENSIS, HABENTIS plures vxores.

CAP. 26.

SI burgenſis duas vel plures vxores & plures terras acquiſierit, pueros quoque de vtraque vxore genuerit, omnes terræ quas habet die quo fuit vivus & mortuus, tàm de hæreditate quàm de conquæſtu, quæ acquiſitæ fuerunt tempore primæ vxoris, revertentur ad pūerum hæredem primæ vxoris.

2. Et ita de terris acquiſitis, tempore ſecundæ vxoris, quæ revertentur integræ, ad primum hæredem ſecundæ vxoris. Si tamen priùs alicui non fuerint aſſignatæ ante mortem viri.

3. Et ſecunda mulier non erit in domo primi hæredis, mortuo marito ſuo, niſi per ſpatium quadraginta dierum.

DE QVERELIS INTER NAVTAS extraneos.

CAP. 27.

SI naves de diverſis regionibus, applicuerint in terra Domini Regis Scotiæ, & inter nautas oriatur contentio, infra portum

fuerit prætet Militem.

2. Nam si Miles denegaverit debitum Burgensi, potest ponere Senescallum, vel Ballivum suum, cum cæteris liberis hominibus suis, ad faciendū [a] juramentum, si burgensis non Babuerit testes super illum.

[a] *i Purgationē seu acquietantiam.*

DE JVRAMENTO INTER BVRGENSEM, & rure-manentem.

CAP. 24.

SI aliqua querela fuerit inter Burgensem & rure-manentem, vnde debeat fieri juramentum; Burgensis purgabit se contra rure manentem cum sex Burgensibus: Et ille contra Burgensem cum totidem talibus, qualis ipse est.

2. Et si per testes probare debeat, vnus contra alterum, oportet quòd habeat medietatem de Burgensibus & aliam medietatem de rure manentibus.

l. *Iuris iurandi C. de testib.*

DE JVRAMENTO TESTIVM.

CAP. 32.

SCiendum est, quòd ille qui ducit testes in aliqua querela ad probandum ipse non tenetur jurare: Sed testes jurabunt quòd verum est illud quod testificantur.

2. Et erit in juramento suo, quòd nihil deponent, propter odium vnius, nec propter amorem alterius, sed propter veritatem.

3. Et tunc fieri debet [a] recordatio coram testibus de appellatione & responsione, vt audiant quòd jurare debeant, antequam juraverint.

l. *Iuris iurandi, C. de testib. de pœna falsi testis.* Mar. Reg. part. 6. c. 48.

[a] *i. Declaratio libelli, & exceptionis vel repetitio clamei Actoris, & responsionis rei.*

MARITVS POTEST RESPONDERE pro vxore.

CAP. 33.

QVilibet sponsus potest respondere pro sponsa sua, & stare in jndicio pro ea, quod ei adjudicatum est, si fuerit calumniata in aliqua Curia burgi, & pro ea defendere *wrang* & *vnlaw*.

DE MODO NAMANDI FORINSECVM.

CAP. 34.

QVilibet Burgensis potest namum capere de forinsecis, infra burgum pro debito suo, in domo vel extra domum.

2. Et

2. Et ſi ſederit ſuper equum ſuum, non debet deponere eum de equo ſuo.

[a] *Nemo debet bis namari eodē die.*

3. Et ſi fuerit priùs [a] namatus, eodem die.

4. Vel venerit ad intrandum namum ſuum priùs captum, non capiatur. Sed ſi quis dixerit ſe priùs captum fuiſſe; [b] affidet hoc, & habeat namum ſuum quietum.

[b] *Probet ſe fuiſſe captum & namiatum.*

BVRGENSIS NON COGITVR CAPERE plegium niſi alium Burgenſem.

CAP. 35.

SCienduni eſt, quòd non oportet burgenſem capere alium plegium, pro namo ſuo, quam Burgenſem niſi ſponte voluerit.

DE HIS QVAE IMPEDIVNT NAMORVM captionem.

CAP. 36.

[a] *Ne ſcilicet negotia domini Reip eam abſentis negligantur, quæ fuerint comiſſa ejus ſervo.*

QVatuor ſunt impedimenta namorum capiendorum in Burgo. [a] Primùm ſi Dominus ejus qui namatur, fuerit in exercitu Domini Regis.

2. Vel ſi fuerit in caſtro Domini Regis ad cuſtodiendum caſtrum pro ſpacio 40. dierum.

3. Vel ſi fuerit in comitatu, ſeu in Curia Vice-comitis.

4. Quartò ſi venerit in burgum pro cibo domini ſui emendo.

DE REPLEGIATIONE NAMORVM.

CAP. 37.

[a] *i. Animalia ſua ſive averio capta, tamquam namos*

RVre manentes poſſunt replegiare [a] namos ſuos, per tres vices de ſeptimana in ſeptimanam. Et poſteà per tres dies, & non ampliùs.

2. Et ſi ex contrarietate, noluerint replegiare namos ſuos, & nami moriantur fame burgenſis (ſi fuerit *equus*, vel aliud animal) jurabit extrahi & excoriari. Et retinebit ſibi frontem & caudam, & poſteà capiat alium namum pro debito ſuo.

PISCES ET FOCALIA APPORTANTES, non debent namari.

CAP. 38.

NVllus debet namare piſcatorem qui portat piſcem ad vendendum, niſi pro proprio ſuo debito.

2. Simi-

2. Similiter nec alios, qui portant boſcum, turbas vel petas, ad vendendum, niſi pro boſco, petis vel turbis, ſeu proprijs debitis ſuis.

DE REDDITV BRASIATRICVM.
Cap. 39.

QVicunque braſiaverit per totum annum, dabit Præpoſito quatuor denarios. Et braſiare poteſt per tres vices ſine dando firmam. Sed ſi quartò braſiaverit, dabit firmam dimidij anni, & non plùs.

DE REDDITV STALANGIATORVM & mercatorum.
Cap. 40.

QVilibet [a] ſtallangiator, vel faciat finem cum Præpoſito, ſecundum quod cum eo convenire poterit, vel dabit obolum quolibet die fori.

2. Mercator ſive inſtitor qui habet ſtallum coopertum in die fori, vel botham in foro die fori, dabit obolum pro conſuetudine & cuſtuma ſua.

3. Ille verò qui non habet coopertum, dabit in die fori quadrantem.

[a] *Qui habet ſtallum & locum in publica via, tempore fori, autnũdinarum: vulgò* ane cremar

[b] *Mercator extraneus, forenſis vel forinſecus.*

DE EO QVI ASSISAM FREGIT.
Cap. 41.

PRæpoſitus de jure non poteſt ponere aliquem ad juramentum, pro fractione legis & aſſiſæ, niſi aliquis conqueratur de eo.

Stat. David, 2. c. 12. 1. & ibi gloſſ. de accuſa.

2. Et ſi negaverit & conquerens non habeat teſtes, tunc lege Burgi ſe purgabit coram Præpoſito, ſcilicet, [a] ſextâ manu.

[a] *i. Suo juramento, & quinque aliorum conjuratorum.*

DE FORISFACTO BVRGI.
Cap. 42.

FOriſ-factum in burgo non excedit octo ſolidos, de convictis in placitis burgi. Sed rarò plenè capiuntur.

Qu. 11. Attach. c. 5. *Foriſfactum ſignificat mulctam pecuniariam quæ Reo criminis irrogatur, ratione delicti.*

DE PLACITIS PRINCIPALIBVS IN BVRGO.
Cap. 43.

TRia ſunt placita principalia in burgo per annum, vbi quilibet burgenſis debet interelle: Primùm eſt, poſt feſtum S. Michaelis

Thrie head courtis within burgh.

S. Michaelis. Secundum eſt, poſt natale Domini: Tertium eſt, poſt Paſcha.

2. Quicunque burgenſis ad hæc non fuerit, niſi ſe legaliter eſſoniaverit, vel niſi fuerit infirmus, vel extra patriam; vel ad nundinas, ſed fuerit manens in burgo, dabit quatuor denarios ad foriſ-factum ſuum.

3. Si verò extrà[a] dabit octo ſolidos, & hæc eſt cauſſa: quia burgenſis rure manens, non compellitur venire ad aliqua placita, niſi ad hæc tria principalia per[b] annum.

[a] *i. Si fuerit burgenſis extra burgum habitans,* Sup. c. 13. h.t.

[b] *Ideoque ſi ad ea non venerit, graviùs mulctatur quàm burgenſis in burgo habitans.*

DE CVRIALITATE SCOTIAE IN BVRGO

CAP. 44.

SI aliquis capiat[a] burgagium cum aliqua in liberum maritagium, & cum ea genuerit maſculum vel fœminam, & caſu contingente moriatur vxor viri illius. Et poſt mortem, ſi filius, vel filia vivat, vel moriatur: vir illo burgagio omnibus diebus vitæ ſuæ gaudebit.

[a] *i Tenementum, vel terras aliquas infra burgum.* Lib. 2. c. 51.

2. Sed illud nec vendere, nec impignorare poterit.

[b] *Quia eſt ejuſcuſ ſtos, tantùm.* Quon. Attach. c. 20. lib. 2. c. 17. 3. c. 29. §. *Officium autem cuſtodis eſt cuſtodire, non autem alienare, vel dilapidare.* l. 10. ff. de curat. furiof.

3. Et ſi illa nocte, qua naſcitur filius vel filia, ſimul moriantur, mater, filius vel filia: adhuc vir gaudebit bonis illius terræ, in tota vita ſua.

4. Ita tamen quòd vir ille habeat teſtimonium duorum legalium virorum vel mulierum vicinarum, qui audierunt infantem clamantem vel plorantem.

5. Et ſic, ſi plures terras acceperit in maritagium cum vxore ſua, & prolem non habuerit, nec genuerit cum dicta vxore, omnes illæ terræ revertentur ad proximos hæredes vxoris.

Curialitas non habet locum niſi puer vivus naſcatur.

DE ALIENATIONE CONQVAESTVS, ET HAEREDITATIS *in burgo.*

CAP. 45.

QVilibet poteſt dare in ſua legitima[a] poteſtate terram ſuam, quam habet de conquæſtu ſuo, cuicunque voluerit. Sed ſi ſit neceſſitate compulſus; ita quòd ipſam hæreditatem vendere oporteat; tunc debet illam ad tria placita capitalia, ſuis proximis hæredibus offerre. Et ſi proximi hæredes, terram illam emere voluerint: inveniant ſibi neceſſaria, ſcilicet, victum & veſtitum, victum, ſicut ſibimetipſis: Et veſtitum vnius coloris, ſcilicet, griſei,

[a] *Inter vivos* in his liege powſtie. Infr. c. 115. c. 127.

vel

vel albi. Quòd ſi facere noluerint, vel ſi ad hoc faciendum potentiam non habuerint, licebit ei dictam terram, prout meliùs poterit, alibi vendere: Et ſi hæres fuerit extra regnum, in alio regno proximo exſpectari debet per quadraginta dies. Si autem in ſecundo regno, per bis quadraginta dies exſpectari debet, & ſic de regnis exterioribus. Si autem hæres malitioſè vltra dictum terminum ſe abſentaverit, licebit ſibi tanquam indigenti, alicui de ſua terra diſponere.

ANNOTATIO.

Proximiori conſanguineo emtoris, licet rem venditam, & nondum ſibi priùs oblatam retrahere. Ideoq; jus retractus illi competit: quod juri divino congruit Levit. c. 25. 23. *& juri Canonico.* c. conſtitutus de Integr. reſtitut.

DE CALVMNIA TERRARVM IN BVRGO.

CAP. 46.

SI quis calumniatus fuerit de terra ſua, vel tenemento in burgo, non tenetur reſpondere ſuo adverſario ſine Brevi Domini Regis, niſi ſponte voluerit. Et qui calumniatus eſt, poteſt currere per dilationes & rationabilia eſſonia, ſemel, ſecundò, tertiò: Et quartò die debet venire ad warantizandum eſſonia ſua, ſi quæ habeat.

NON LICET VNI BVRGENSI NAMARE alium.

CAP. 47.

NVllus Burgenſis poteſt capere namum alterius Burgenſis; Sed veniet ad domum ſuam cum Bedello, & ponat ei diem ad proxima placita, vt veniat reſponſurus, ſi debitum reddere noluerit. Si debitum reddere voluerit, reddat. Et ſi ad ſtatutum diem non venerit, erit in foriſ-facto. Et citabitur iterum, vt veniat reſponſurus, ad proxima placita ſubſequentia.

DE BVRGENSE PEREGRINANTE.

CAP. 48.

SCiendum quòd ſi calumniatus de terra fuerit in peregrinatione, vel in negotijs, in tranſmatinis partibus, antequàm calumniator monſtraverit literas ſuas in Curia, exſpectari debet, donec[a] venerit; niſi fraudulenter ſe abſentaverit, & tunc exſpectabit

[a] *Donec calumniatus domum redierit.*

ẽtabit ſecundum legem venditionis hæreditatis pro neceſſitate, ſcilicet, per ſpatium quadraginta dierum.

DE QVERELA INTER BVRGENSEM & [a] Caſtellanum.

[a] *Caſtelli Regii cuſtodem.*

CAP. 49.

SI aliquis de caſtro foriſ-fecerit burgenſi, Burgenſis petat jus ſuum ad caſtrum extra portas. Si verò burgenſis foriſ-fecerit Caſtellano, caſtellanus petat jus ſuum in burgo de eo.

QVATENVS LICEAT CASTELLANO CAPERE porcos & alia a Burgenſibus.

CAP. 50.

vid. Iac. 6. part. 7. c. 325. Henr. 3. An. 9. c. 19. in Magna Charta.

NVllus caſtellanus debet intrare domum Burgenſis ad interficiendum porcos ſuos, porcellos, aucas vel gallinas. Sed veniat ad oſtium Burgenſis, & petat ſi habeat aliquid de prædictis ad vendendum ad opus Domini Regis. Si habeat, vendat. Et ſi habeat & non vult vendere, & inveniantur in vico, licebit caſtellano illa occidere. Et vicini appretiabunt illud animal, & dabitur pretium poſſeſſori, cujus eſt animal, & hoc non faciant caſtellani, vel miniſtri Regis, niſi ter in anno, videlicet ad Natale Domini, ad Paſcha, & ad Pentecoſten, & non vlteriùs.

DE TERMINIS PLACITORVM.

CAP. 31.

SCiendum eſt quòd de quindena in quindenã, currunt placita in burgo per annum, tàm de terris, quàm de mobilibus: Nec poteſt judex contra voluntatem illius, qui petit juſtitiam, aliquem diem ponere, vltra quindenam, niſi ipſe qui petit voluerit, aut conſenſerit. Aut ipſe judex ex debilitate Curiæ & penuria conſilij, diem prolongaverit.

DE MENSVRIS ET PONDERIBVS.

CAP. 52.

Stat. david. 1. c. 18. Leg. Burg. c. 52. Iter. Cam. c. 30.

QVilibet Burgenſis poteſt habere in domo ſua menſuram ad menſurandum grana ſua, vlnam, lapidem, & pondus ad ponderandum & menſuræ omnes & lapides ſub ſigillo Burgi debent ſignari

Digitized by Google

signari: Sciendum est, quòd quicunque inventus fuerit cum falso pondere & mensura, erit in forisfacto.

Iac. 4. parl. 4. c. 47. & Infra. c. 74. c. 132. Iac. 5. parl. 7. c. 114. Prov. 11. 1. & 16. 11. & 20. 10. Ezech. 45. 10. Hos. 12. 7. Amos. 8. 5. Mic. 6. 11.

PRO QVANTA TERRAE POTEST ALIQVIS esse Burgensis.

Cap. 53.

NVllus potest esse Burgensis Domini Regis de aliqua terra, nisi faciat servitium Domino Regi, quantum pertinet ad vnam particatam terræ.

Infra. l. 1. c. 136.

DE COMBVSTIONE DOMORVM AVT torralium.

Cap. 54.

SI ignis exierit de domo alicujus, vnde fiat combustio plurimarum domorum vicinorum suorum; nullum gravamen, vel molestia super hoc debet inferri ei de cujus domo ignis exijt, ampliùs quàm habet: Quoniam satis dolore concutitur & tristitia.

Stat. 2. Rob. 1. c. 29. Iac. 1. parl. 4. c. 71. 75.

2. Et similiter de eo erit, qui combuscerit torralia: Sed combustores hujusmodi amittent sua servitia.

3. Et si aliquis commodaverit torrale suum alicui, & fuerit combustum tempore quo commodatur, ipse cui commodatur, restituere astringatur.

4. Sed si locaverit pro suis denarijs & comburatur, nihil pro hoc solvere tenetur.

Annotatio.

Vers. 2. Torralia] *Torrale dictum à torrendo: Est ædificium in quo frumenta & grana torrentur, & exsiccantur*, ane Kill.

Dolore concutitur] *Afflicto non est addenda afflictio, sed potiùs ipsius miseriæ miserendum.* c. 5. de Cleric. ægrot. c. 4. de censib. l. 4. 5 cum autem & ibi gl. ff ad leg. Rhod. de jactu.

Vers. 3. Restituere] *Quia commodatum est gratuitum, ideoque commodatarius tenetur ad rei commodatæ conservationem, & restitutionem in integro statu.*

Vers. 4. Sed si] *Quia locatio fit interveniente mercede. Ideoq; qui conducit torralium, non præstat ejus periculum, nisi ejus dolo aut culpa perierit.* l. 28. e. de locat. l. 15. ff. eod. tit.

DE REPLEGIATIONE BVRGENSIS capti extra Burgum.

CAP. 55.

SI Burgensis capiatur extra burgum suum pro aliquo debito, aut forisfacto; vicini sui ibunt suis expensis proprijs ad replegiandum illum, & hoc si captus fuerit infra Vice-comitatum.

2. Si autem captus fuerit extra Vice-comitatum, vicini ibunt super expensis illius qui captus est.

[a] *i. Crimine vel delicto. Nam forisfacere idem est quod delinquere.* lib 2. c. 49. 1.

[b] *Al. comunitatem.*

DE MODO CAPIENDI SAISINAM TERRA. rum in Burgo.

CAP. 56.

QVIcunque vendiderit terram suam, vel partem terræ suæ, ille qui vendidit, erit infra domum, & exibit, [a] & alius foris stans, intrabit; & vnus dabit Præposito, vnum [b] denarium, pro exitu de terra, & alius dabit denarium, pro introitu & saisina.

2. Si autem excambiaverint [c] inter se terram, vterque illorum dabit duos denarios.

[1] id. ac. 6 part. c. 2 M. part. 9. c. 80.

[a] *Exitor terræ.*

[b] *Qui denarius vulgò, dicitur* out hoill.

[c] *i. Permutaverint terram pro terra*

LICET CAPERE NAMVM PRO FIRMA terræ.

CAP. 57.

SI firmarius tuus non reddiderit tibi redditum tuum ad terminum suum, benè licebit tibi capere namum in terra tua, infra domum suam, sine licentia Præpositi vel Ballivi.

DE STALLANGIATORE NAMANDO.

CAP. 58.

SI stallangiator debeat aliquod debitum burgensi, benè licebit Burgensi capere namum suum, vbicunq; illum invenerit, infra burgum de rebus suis proprijs.

DE LOT, CVT, ET CAVIL.

CAP. 59.

ET sciendum est, quòd stallangiator non potest habere *lot, cut* vel *cavel*, vllo tempore de aliquo mercimonio, cum burgense, nisi infra nundinas. Quando quilibet potest habere, propter

propter libertatem nundinarum.

DE REBVS COMMODATIS BALLIVIS castrorum.

CAP. 60.

NVllus Burgenſis commodabit Ballivis caſtri, per legem & aſſiſam villæ, niſi ad valorem quadraginta denariorum de ſuis rebus,& hoc per ſpatium quadraginta dierum.

2. Et ſi infra illos quadraginta dies, Ballivus ejuſmodi, debitum non reddiderit; Burgenſis non commodabit ei plus, niſi ſponte voluerit.

DE BVRGENSE CITATO AD CVRIAM Regis.

CAP. 61.

QVicunque Burgenſis calumniatus fuerit de aliqua querela, in quacunque curia, & citatus fuerit ad curiam Domini Regis; veniat ibidem, & eſſoniet[a] curiam Domini ſui, & liber erit, dicens quod in curia ſua, in burgo faciet plenum rectum, coram Præpoſito ſuo.

[a] *Petat Curiam domini, vel burgi ſui, & cauſſa tranſferri ad Curiam eorum.*

2 Si autem citatus fuerit à Bedello ſuo, coram idoneis teſtibus & non venerit ad curiam Domini Regis, veniet ad cuſtodem illius feodi,& habebit plenarium foriſ-factum de eo, ſi non habuerit rectum eſſonium.

De replegiatione burgenſium in itinere juſticiarij.

Iac. 3. parl. 1. c. – *Primus actus judicii, eſt Judicis approbatorius & litiſconteſtatio affirmat judicium, & replegiationem impedit.*

3. Si verò ad curiam Domini Regis venerit,& ibi plenarium reſponſum dederit; & non fecerit mentionem de libertate ſua, vel feodo Domini ſui, faciet in curia Domini Regis plenarium jus.

DE BVRGENSE CALVMNIATO, NON HAbente plegium.

CAP. 62.

SI aliquis Burgenſis fuerit calumniatus vel rectatus[a] de aliquo maleficio, & non poterit plegios invenire; burgenſes villæ cuſtodiãt eum in domo ſua propria,in vinculis per quindecim dies.

[a] *i. Citatus ad faciendum rectũ* to do richt.

Et poſteà vicini ſui, ducant eum ad Præpoſitum Regis, & ibi capietur ab eis, & adducetur ad domum Bedelli Domini Regis: ſi Burgenſes non habuerint carcerem,& cuſtodiatur à calumniatoribus ſuis: Bedellus verò inveniat vincula bona & fortia.

In omnibus burgis domini Regis, debet eſſe carcer. Iac. 6. parl. 15. c. 373.

DE PACE PEREGRINANTIVM.

Cap. 63.

SI aliquis in Burgo fuerit peregrè profectus, per Eccleſiæ licentiam, & vicinorum ſuorum in terram ſanctam, vel ad ſanctum Jacobum, vel in aliquem alium ſanctum locum, cauſſa peregrinationis, domus ejus, & familia ſua propria, tota ſint in pace Domini Regis & Præpoſitorum, donec eum *Dominus Deus* reduxerit.

DE LEPROSIS.

Cap. 64.

vid. Iac. 1. parl. 7. c. 105. Numer. 5. 2. Levit. 13. 3. 40. & 14. 2. 34. Deuter. 24. 8. 2. Reg. 15. 5.

SI aliquis manens vel natus in burgo Domini Regis, percuſſus fuerit lepra, & habuerit facultates quibus poterit ſuſtentari & veſtiri, ponatur in hoſpitali illius burgi.

2. Et ſi nihil habuerit in proprio vnde vivere poſſit, burgenſes villæ, facient inter ſe collectã vnde paſcent & veſtient eum: Et ſit illa collecta inter ipſos de viginti ſolidis.

3. Leproſi non intrent villam, niſi per tranſeundo; nec eant oſtiatim, ſed ſedeant ad exitum villæ, & ibi petant eleemoſynam ab introeuntibus & exeuntibus.

4. Præterea nullus præſumat, ſeu audeat hoſpitare aliquem leproſum infra burgum, ſuper plenarium foriſ-factum.

NON LICET PRÆPOSITO, BALLIVIS, *vendere panem vel cerviſiam.*

Cap. 65.

Edward. 2, An. 12. c. 6.

NVllus Præpoſitus, nec Ballivus, nec Bedellus faciat panem, vel cerviſiam ad vendendum in domo propria.

DE CONSVETVDINIBVS ET SERVIentibus in furno.

Cap. 66.

QVicunque proprium furnum habet, teneat in furno ſuo conſuetudines Domini Regis factas, ſecundum conſiderationem proborum hominũ villæ, videlicet, quòd nullus habeat in furno ſuo, plures ſervientes quàm quatuor, ſcilicet, magiſtrum, duos ſervientes & garciferum. Dominus autem furni, habeat vnum denarium, ſingulis vicibus pro ſuo furno, duo ſervientes denarium, & garcifer quadrantem.

De

DE PANIBVS ET PISCIBVS VENDENDIS. CAP. 67.

PIstores qui faciunt panem ad vendendum, faciunt albos panes & benè piſtos, ſecundum conſuetudinem & probationem proborum hominum villæ, prout tempus ſe habuerit.

2. Et piſtor habeat ad lucrum, de qualibet celdra, ſecundum quod probis hominibus villæ videatur.

3. *Item*, nullus qui facit panem ad vendendum, abſcondat panem, ſed ponat in ſua feneſtra, vel in foro, vt communiter vendatur: Et qui fecerit, & in hoc convictus fuerit, dabit octo ſolidos, & panis abſconditus pauperibus erogetur. Iac. 5. parl. 7. c. 98.

4. Similiter erit de piſcibus venalibus, qui publicè & in foro vendi debent.

DE SERVIENTIBVS IN MOLENDINO. CAP. 68.

QVi ſerviunt in molendino Domini Regis, vel habent molendinum ad firmam; non habeant ſervientes in molendino, niſi per conſiderationem proborum hominum villæ.

2. Et hi ſint fideles & bonæ famæ, & jurent fidelitatem Domino Regi, & miniſtris ſuis, ac hominibus qui venient ad molendinum. Et magiſtris de multura capienda & ſervanda. Hominibus etiam ad molendinum venientibus, de blado ſuo ſervando, rectam multuram capiendo, & locum molendini, vnicuique ſine fraude ſervando.

DE [a] BRASIATRICIBVS. CAP. 69.

QVæcunq; fœmina braſiare voluerit cerviſiam venalem, braſiet ſecundum conſuetudinem villæ per totum annum. [a] Browſterit. *Que cerviſiam coquunt.*

2. Quòd ſi non fecerit per vnum annum & vnum diem, ſuſpendatur ab officio.

3. Et ſi cerviſiam faciat probabilem, prout tempus ſe habuerit, benè ſtabit.

4. Si verò malam cerviſiam fecerit, & contra conſuetudinem villæ egerit, & in hoc convicta fuerit, dabit octo ſolidos ad foriſfactum, vel juſtitiam villæ patietur, ſcilicet, quòd ponatur ſuper *le cuk ſtule*. Et cerviſia pauperibus erogetur, cujus tertia pars fratribus hoſpitalis mittatur.

5. Simile judicium erit de meda, ſicut de mala cerviſia.

6. Et quælibet braſiatrix, ponat ſignum cerviſiæ, extra domum ſuam, per feneſtram vel per oſtium, vt viſibile ſit omnibus & commune. Quòd ſi non fecerit, dabit quatuor denarios ad foriſ-factum.

DE CARNIFICIBVS ET CARNIBVS vendendis.

Cap. 70.

QVicunque carnes vendere voluerit, vendat bovinas, vaccinas, ovinas, porcinas, & vervecinas. Et vendat per conſiderationem proborum hominum villæ, & ponat illas in feneſtra, vt ſint communes omnibus.

2. Carnifices autem ſerviant Burgenſibus tempore occiſionis, ſcilicet, à feſto S. Michaelis, vſque ad Natalem Domini, de carnibus ſuis præparandis, & in lardam conficiendis.

3. Si verò carnes malè præparentur, carnifex ei reſtituat damnum cujus erant animalia.

4. Carnifices dum ſerviunt Burgenſibus, comedant ad menſam illorum cum ſervientibus ſuis, & habent pro quolibet bove, vel vacca obolum, pro quinque ovibus obolum, & pro porco obulum ad ſervitia ſua.

DE TEMPORE EMENDI ET OCCIdendi carnes.

Cap. 71.

NVllus manens extra Burgum Domini Regis, emat animalia ad occidendum ante tertiam pulſatam in hyeme & primam in æſtate.

2. Proprij verò carnifices emant animalia, ad proprios vſus villæ, qualibet hora diei.

3. *Item* nullus carnifex occîdat animalia de nocte, nec emat ſed clara diei luce, & in propria botha ſua. Et ponat in aperta feneſtra ſua. Qui aliter faciendo convictus fuerit, dabit plenarium foriſ-factum.

Annotatio.

Ante tertiam] *Quæ fuit veteribus hora tertia ab exorto ſole nobis eſt octava vel*

vel nona. Illis hora nona, nobis eſt tertia à meridie. Sexta autem hora, incidit in noſtrum meridiem, quo tempore legimus Chriſtum Servatorem noſtrum fuiſſe cruci-fixum: vt ſcribit Petrus Martyr in commentarijs ſuis in lib. Judicum. cap. 20. in fine.

DE VENDENTIBVS CERVISIAM CARnes, piſces, & alias res in Burgo.

CAP. 72.

GEneraliter, omnes qui vendunt, videlicet, piſtores, braſiatores, carnifices, & qui piſces vendunt, & omnes Regratarij, qui vendunt communiter in burgo, vendant omnibus tàm tranſeuntibus, quàm alijs quibuſcunque, tàm extraneis, quàm intraneis. Iac. 5. parl. 7. c. 98.

2. Et non retineant in domibus ſuis, ad opus ſuum & familiæ ſuæ, plùs quàm valorem quatuor denariorum. Quia totum reſiduum eſt in commune omnibus ementibus. Et qui aliter in faciendo, convictus fuerit, dabit octo ſolidos ad foriſ-factum.

DE REGRATARIIS, HVKSTERS.

CAP. 73.

REgratarij qui emunt & vendunt ad lucrum in Burgo, non emant aliquam rem, ad revendendam, ante tertiam pulſatam, neq; lanam operatam, nec aliam, quàm albam, nec filetum, vel aliquid aliud de conſimilibus emant, aut recipiant, excepto tempore nundinarum. Et qui ſuper hoc convictus fuerit, dabit octo ſolidos: & rem ſic emtam amittet. Iac. 5. parl. 4. c. 26. parl. 7. c. 113. Iac. 6. parl. 6. c. 88. parl. 12. c. 148.

DE FALSO PONDERE ET MENSVRA.

CAP. 74.

SI quis convictus fuerit de falſitate in ponderibus vel menſura, caſtigetur per ballivos burgi, pro foriſ-facto ſuo, primò, ſecundò & tertiò. l. pen. ff. ad leg. Corn. de falſ. l. arbitrio. 15. §. de eo. ff. de del. mal. Ezech. 45. 10. Hoſ. 12. 7.

2. Et quartâ vice, ſit in miſericordia Domini Regis, de vita & membris: Quia hujuſmodi falſitas, pertinet ad coronam Domini Regis.

DE FALSO PRAECONE.

CAP. 75.

SI aliquis præco vel ſerjandus in burgo Domini Regis, falſitati conſentiat, aut falſiat, aut mercedem capiat, cauſſa conſtitutionis

Digitized by Google

ónis villæ peſſundandæ vel minorandæ, & in hoc convictus fuerit, dabit octo ſolidos ad foriſ-factum: & privabitur officio ſuo, & mercede, & non ſtabit vlteriùs in teſtimonio.

DE ELECTIONE PRÆCONVM.
Cap. 76.

PRæcones in burgo, eligendi ſunt communiter ab omnibus Burgenſibus, & ſint fideles, ac bonæ famæ. Et jurent fidelitatem Domino Regi, Præpoſito, ac hominibus villæ in pleno & plano placito.

DE ELECTIONE PRÆPOSITORVM, *& eorum juramento.*
Cap. 77.

De electione concilii in burgo.
Vid. Iac. 3. parl. 5. c. 2. parl. 7. c. 56. parl. 10. c. 108 Iac. 5. parl. 4. c. 25.

AD primum placitum S. Michaelis, eligendi ſunt Præpoſiti de conſilio communi proborum hominum villæ, qui ſint fideles, atque bonæ famæ.

2. Et jurent fidelitatem Domino Regi, & hominibus villæ: Et jurent ſe etiam obſervaturos conſuetudines & jura villæ: & quòd non facient juſtitiam de aliquo vel aliqua propter iram, odium, timorem vel amorem alicujus, ſed juxta conſiderationem, conſilium, & judicium ſapientium, & probetum hominum villæ: jurabunt etiam, quòd nec timore, amore, vel odio alicujus, nec conſanguinitate cujuſcunque, vel rerum ſuarum amiſſione, parcent alicui in juſtitia facienda.

DE FORISTALLATORIBVS IN BVRGO.
Cap. 78.

Eliz. Ar. 1. c. 8. Edward. 6. c. 8. Ann. 5. & 6. c. 14. Edward. 1. Ann. 25. c. 7. In the ordinances of Backerie. Stat. with. c. 16. Iac. 5. parl. 4. c. 20. parl. 7. c. 113. & 6. parl. 12. c. 148. parl. 6. c. 88. Iac. 5. parl. 7. c. 98.

NVllus infra burgum habitans, vel extra, ſit auſus in die fori, exire portas burgi, ad emendum aliquam rem, antequam veniat, infra portas burgi: & qui ſuper hoc convictus fuerit, dabit octo ſolidos ad foriſ-factum.

DE TEMPORE VENDENDI PISCES.
Cap. 79.

QVicunque tulerit piſces ad vendendum in villa, non ſerantur in aliqua domo, ſed in foro Domini Regis, ſi de die venerit.

2. Si autem in nocte venerit, poterit hoſpitare piſcem ſuum, vbi

Digitized by Google

vbi ſibi placuerit: Ita quòd cùm mane fuerit, integer portetur in foro Domini Regis.

3. Et communiter omnibus ementibus vendatur: Nec præſumat aliquis emere piſcem ad mare, vel alibi, quàm in foro Domini Regis ad revendendum. Et qui ſuper hoc convictus fuerit, dabit octo ſolidos ad foriſ-factum.

4. *Item*, ſi aliquis piſcator aſſuetus fuerit de nocte venire ad vendendum, cauſſa lucri; & ſuper hoc convictus fuerit: dabit octo ſolidos pro foriſ-facto.

5. *Item*, nullus emat piſces ad revendendum, nec ſcindantur piſces ante horam primam in æſtate, & horam tertiam in hyeme. Et ſi fecerit aliter, dabit octo ſolidos ad foriſ-factum.

DE BVRGENSE DICENTE SE habere plegium.

Cap. 80.

SI quis fuerit [a] irretitus de aliquo malefacto, & retentus à calumniatoribus ſuis infra burgum, & dicat ſe habere plegios, ducatur à calumniatoribus ſuis infrà burgum vſq; ad domum, in qua dicit ſe habere plegium, ſi de die captus ſit.

[a] *i. Al. rectatus i. vocatur in jus vt rectum faciat* to do richt.

2. Et ſi de nocte capiatur cum clamore, retineatur à calumniatoribus ſuis, & cuſtodibus villæ vſque mane, & vicini qui propè ſunt, ſciant, qua de cauſſa captus eſt.

3. Et ſi poterit habere plegium, habeat. Si non, ducatur ad ad domum præconis; & ibi cuſtodiatur à calumniatoribus ſuis, ſi carcere careant, donec patiatur judicium ſuum.

DE TEMPORE VENIENDI AD PLACITA burgi.

Cap. 81.

QVicunque debet jus capere, vel facere in burgo, veniat ad placita in hyeme ante horam tertiam, & in æſtate ante horam primam.

2. Et ſi veniat ante judicia facta, appellator, appellet; & calumniatus reſpondeat coram Præpoſito, & alijs hominibus villæ in plana curia.

DE MODO DEFENSIONIS CONTRA Præpoſitos & Præcones.

Cap. 82.

SI Præpoſiti vel Præcones villæ, habeant calumniam verſus aliquem

Henr. 3. An. 9. c. 23.

Digitized by Google

liquem, vel aliquos; non debent nec possunt ducere testes contra illos, in aliqua calumnia. Sed pars defendens se [a] acquietabit per legem.

[a] *Purgabit se suo juramento, & quorundam aliorum prout curia considerauerit.*

DE CALVMNIATO PLVRIBVS CALVMnijs vno die.
Cap. 83.

NVllus debet (nisi sponte voluerit) alicui, ad plures calumnias, quàm vnicam, vno die, in eadem Curia respondere, sed diversis personis, de pluribus calumnijs respondeat.

DE TERRA INVADIATA.
Cap. 84.

SI aliquis habuerit terram in vadio positam, potest eam acquietare quando voluerit, nisi fuerit ad certum terminum posita.

Lib. 3. c. 3. c. 4.

2. Et cùm perventum fuerit ad terminum, offeretur ei vadium suum, per tres dies placiti. Et si noluerit acquietare, vendatur; & sumat creditor pecuniam suam. Et si quod residuum fuerit, detur ei, cujus est vadium.

DE PRIVILEGIO EXISTENTIS INfra ætatem.
Cap. 85.

NVllus faciat juramentum, aut ferat testimonium, aut faciat responsionem in burgo, qui sit infra ætatem. Sed custos, sive tutor ejus det responsionem pro eo, & patietur justitiam seu judicium secundum consuetudinem burgi.

DE VIGILIIS IN BVRGO.
Cap. 86.

De modo, & numero vigilum in statuto winchester.

Edward. 1. An. 13. c. 4.

Infra, c. 107.

DE omni domo in qua aliquis habitat, vnus tenetur propter metum periculi, vigilare. Qui cum baculo ostiatim circumibit. Et erit de ætate virili. Qui etiam cum duabus armaturis exibit, quando pulsatur igni tegium (*cover-feu.*) Et sic vigilabit cautè & sollicitè, vsq; ad diei auroram. Et si inde defecerit, dabit quatuor denarios ad foris-factum.

2. Exceptis viduis, quæ tamen si communicaverint cum vicinis suis, in emendo & vendendo; vigilare debent, & alia onera supportare.

DE

DE BLAE ET BLVDIE.

CAP. 87.

SI quis verberando aliquem fecerit *blae* & *bludie*, ipſe qui fuerit *blae* & *bludie*, priùs debet exaudiri, ſi priùs venerit ad querimoniam ſuam faciendam: Quia priùs audiendus eſt, cujus damnum habetur magis notorium. Quon. Attach. c. 83.

2. Si vterquè fuerit *blae* & *bludie*, qui priùs accuſaverit, priùs audietur.

POENA PERJVRII ET FALSI TESTIMONIJ.

CAP. 88.

SI quis ſemel convictus fuerit de perjurio, vel falſo teſtimonio, nunquam poſteà audietur de juramento faciendo, vel teſtimonio perhibendo in aliqua cauſſa.

DE PORCIS IN BVRGO.

CAP. 89.

NOn licet Burgenſi nec alicui in burgo manenti, porcos tenere, niſi habuerit cuſtodem eos ſequentem, vel paſcat eos in hara, id eſt, *Stye* vnde vicini ſui damnum inde non incurrant.

DE ADVENIS NON HOSPITANDIS.

CAP. 90.

NVllus in Burgo manens, debet aliquem advenam, in hoſpitio, plùs quàm vnâ nocte retinere; niſi plegium pro ipſo dare voluerit, vel pro eo plegius devenire voluerit. Edward. 1. An. 13. c. 4. in ſtatuto winthe. ſter.

DE PACE NVNDINARVM.

CAP. 91.

POſtquam pax nundinarum in burgo proclamata fuerit; nullus capiatur, nec attachietur in illis nundinis.

2. Niſi infregerit pacem nundinarum, verſus nundinas veniendo, vel inde redeundo, aut in ijs moram faciendo; vel fuerit vtlagatus Domini Regis, vel proditor, aut talis malefactor, quem pax Eccleſiæ defendere, vel tueri non debet.

3. Quòd ſi talis fuerit malefactor, aut pacem nundinarum infregerit; attachiabitur firmiter, vſq; ad placitum nundinarum & tunc calumniabitur, & recto ſtabit, ac juſtitia fiet de eo vnde calumniatus fuerit.

Leges

DE REBVS FVRATIS, VEL AMISSIS, POSTEA INVENTIS IN NUNDINIS.

CAP. 92.

De probatione rei amissæ. Bart. in l. 4. §. an nec hæredi. ff. de edend.

QVisquis invenerit rem suam in nundinis quam dicit sibi esse robatam, furatam vel amissam, debet ducere eum, cum quo res inventa fuit, ad Ballivos nundinarum; & is coram eis debet nominare Dominum suum, & vbi domum habeat.

Edward. 4. An. 17. c. 8. Richard. 3. An. 1. c. 6.

2. Debet quoque calumniatus invenire plegium, coram Ballivis nundinarum calumniatori, quinto-decimo die proximo post nundinas, quòd habebit rem calumniatam in loco quem nominaverint Ballivi, & stabit recto calumniatori.

3. Si verò plegium non habuerit, Ballivi debent rem retinere, vsquedum calumniatori plegios invenerit securos, & amplius vsque ad placita nundinarum.

4. Et si calumniatus tunc venerit, & plegios invenerit sicut dictum est; res ei commendabitur, & calumniator rem suam, vel loquelam prosequatur.

5. Si autem calumniatus, ad placita nundinarum non venerit, res tradatur calumniatori, per bonos & securos plegios. Ita quòd si aliquis alius veniat, qui inde loqui voluerit: ipse ad summonitionem dictorum Ballivorum, producet rem illam, eo loco quo eam recepit, talem qualem accepit, aut rei valorem, si ipsa res perierit, aut in ejus custodia pejorata fuerit: ad faciendum ibidem, quod justum fuerit de eadem.

DE NATIVIS FVGITIVIS.

CAP. 93.

SI quis nativum suum, fugitivum in nundinis invenerit: dum pax nundinarum durat non potest eum capere, nec attachiare.

DE PLEGIO BVRGENSIS MORTVI.

CAP. 94.

Quon. Attach. c. 51. Stat. 2. Rob. 1. c. 10. 1 Hent. 3. An. 9. c. 8.

SI Burgensis traxerit Burgensem in plegiagium, & ipse debitor postea moriatur; & hæres non habeat vnde possit debitum patris sui persolvere, præter terras, quas pater suus sibi dimisit; oportet plegium dictas terras retinere, per spatium quadraginta dierum.

2. Et

Digitized by Google

2. Et infra quadraginta dies, debet dictas terras offerre propinquioribus amicis,& parentibus ad tria placita.

3. Si autem emere vel acquietare,voluerint; habebunt.

4. Si autem noluerint licebit plegio,vendere ipsas terras,vbicunque melius poterit;& respondere creditori de debito suo,& si quid fuerit residuum, restituat debitoti.

LICET CREDITORI TERRAS DEBITORIS capere pro debito.

Cap. 95.

Si aliquis Burgensis debet alteri debitum ad terminum, & non habeat vnde possit solvere, nisi terras suas; opportet creditorem dictas terras retinere, per vnum annum,& vnum diem. Et infra annum & diem istum, eas offerre propinquioribus amicis. Et si eas emere,vel acquietare voluerint;habebunt. Si autem noluerint,licebit illi creditori eas vendere, vbicunque melius potuerit,& si quid residuum fuerit debitori restituatur.

Iac.3.parl.5.c.95.

Annotatio.

Si creditorũ fraudandorum caussâ,debitor latitat;judex caussâ cognitâ permittit creditori, ejus bona possidere & vendere. l. 7. § 1. quib. ex causs. in possess. eat. l. finita.15. de dam. infect. l. 1. & tot. tit. de reb. auct. judic. possid.

DE FRAVDVLENTA TERRAE REdemtione.

Cap. 96.

Si aliquis Burgensis vendiderit terram suam pro necessitate, & oblata fuerit parentibus propinquioribus, & ipsi non habuerint vnde possint eam emere tempore venditionis; & postea cùm viderint terram illam [a] promotam, atque benè hospitatam, si venerint quidam de propinquioribus amicis;& obtulerint se emere, dictas terras pet pecuniam,eis fraudulent.. commodatam, nullo modo debẽt audiri, nec venditionem illam vllo modo revocare.

[a] *i. Benè cultam & inhabitatam.*

De alienatione facta in fraudem creditorum.
Iac.6.parl.7.c. 117.
De re duobus alienata fraudulenter.
Iac.5.parl.7.c.105. vid.l.quotes.& ibi Dd,C.de rei vindic.

DE ESSONIIS IN BVRGO.

Cap. 97.

NVllum essonium debet fieri in burgo,in aliqua querela, inter Burgensem & Burgensem, nisi de terra calumniata, & pro

infirmitate probata per teſtes: Et pro ſervitio Domini Regis.

DE SVTORE TANNANTE.

CAP. 98.

vid.c.97. Eliz beh. An.5.c.8.An.18.c.9.

NVllus ſutor poteſt emere cotia ad tannandum, majoris pretij, quàm quòd cornua, & aures ſunt æqualis longitudinis.

TINCTOR, SVTOR ET CARNIFEX, NON poſſunt eſſe fratres gildæ.

CAP. 99.

NVllus tinctor, ſutor, vel carnifex, poteſt eſſe in gilda mercatoria; niſi abjuret facere officium ſuum manu propriâ, ſed per ſervientes ſuos ſub ſe.

DE TERRA AD FEVDI-FIRMAM DATA & cauſſa neceſſitatis vendita.

CAP. 100.

Leviticæ.25.25.

SI aliquis dederit alicui aliquam terram, ad feudi-firmam, ſalvâ & retentâ ſibi & ſuis hæredibus quaſi firmâ nominatâ: Et poſteà feudi-firmarius neceſſitate compulſus, voluerit dictam terram vendere; ipſe qui dedit dictam terram ad feudi-firmam, & ſui erunt propinquiores ad dictam terram emendam, quàm aliquis alius.

DE BVRGENSE DEJECTO A POSSESSIONE

CAP. 101.

CÙm aliquis Burgenſis fuerit in poſſeſſione alicujus terræ, ſive juſtè, ſive injuſtè: & ſuperveniat alius, dicendo ſe verum eſſe hæredem de illa terra: Et evertit eum de dicta terra, & extra poſſeſſionem propriâ auctoritate, & ſine judicio; ipſe qui fuit priùs in poſſeſſione, debet recuperare ſaſinam de dejectore, antequam reſpondeat ei.

2, Nam qui priùs fuit in poſſeſſione, ſive juſtè, ſive injuſtè, ſemper debet primò recuperare ſaſinam, & eam tenere, vel amittere in forma judicij, & dejector erit in foriſ-facto Domini Regis.

DE LINEATORIBVS TERRAE.

CAP. 102.

PRæpoſitus debet eligere lineatores, per conſilium communitatis, ad minus quatuor viros providos & diſcretos: Ita

quòd

quòd nullus clamor ad Camerarium Domini Regis veniat pro defecto lineationis.

2. Et ſi veniat clamor, omnes erunt in foriſ-facto, tàm ballivi quàm lineatores.

3. Et jurabunt, quòd fideliter lineabunt, tàm in longitudine, quàm in latitudine; ſecundum rectas diviſas burgorum. Et lineabunt priùs frontem, deinde partem poſteriorem.

DE DAMNIS TAXATIS IN CAVSSIS injuriarum.

CAP. 103.

SI aliquis calumniat aliquem, quòd eum verbetavit, vel aliam injuriam ei fecit; & ponit ad damnum ſuum, centum libras, vel quadraginta ſolidos, vel quantum voluerit dicere: & ipſe Reus in reſponſione ſua negat *wrang* & *vnlauch*. Et dicit, recolo benè quod feci tibi aliud quàm facere debui, & hoc paratus ſum emendare, per viſum proborum hominum: Si tale reſponſum dederit, benè facit, debet enim emendam facere.

In omnibus cauſſis victus debet condemnari in expenſis ſacramento victoris taxandis.

4. Sed ſi tale reſponſum non dederit, ſed totum clameum ſuſtineat, & præciſè negaverit; & ad diem legalem, legem [a] facere non poterit, erit convictus in foriſ-facto, & in toto damno, quod adverſarius ſuus poſuit ſuper ipſum.

l. 11. §. ſive autem. C. de judic. vid. Mar. Reg. parl. 7. c. 64.

[a] *i. Non poterit ſe purgare, & innocentem oſtendere.*

DE DISPERSONATIONE PRAEPOSITORVM

CAP. 104.

SI aliquis deſpexerit Præpoſitum, vel Ballivum in plana Curia, oportet eum cum amicis, vt deneget expreſſè, & aperto ore, dicens quod mentitus eſt, & cum [a] vadimonio miſericordiæ veniam poſtulare. Et poſteà tactis ſanctis Ev-angelijs jurabit ſe nihil mali ſcire de eo.

Exod. c. 22. 28. Quon. Attach. c. 40. Iac. 4. parl. 6. c. 87. Iac. 5. parl. 3. c. 26.

Defamans aliquem, debet contrariis verbis reddere famam.

2. Si autem aliâs, auſu temerario ipſum diſperſonaverit, erit in juriſdictione Præpoſiti, vel Ballivi, & vicinorum ſuorum, vt emendet quod maledixit de eo.

[a] *i. Dato fidejuſſore de iterũ non offendendo.*

DE NAMANDO BVRGENSEM ALTERIVS Burgi.

CAP. 105.

NVllus debet namare vicinum ſuum de alio burgo, pro alicujus debito, vel foriſ-facto, niſi ſit Capitalis debitor, vel plegius

gius, vel ſi præpoſiti ſui defecerint ei de jure, quod abſit.

DE CVSTODIA HAEREDIS BVRGENSIS mortui.

CAP. 106.

SI Burgenſis moriatur, hæres & catella ſua, erunt in cuſtodia parentum ſuorum ex parte matris. Et tota hæreditas in cuſtodia parentum ſuorum ex parte patris.

DE VIDVIS.

Supra. c. 103.

CAP. 107.

SI vidua ſit in burgo, & vult emere & vendere cum vicinis ſuis, debet communicare in omnibus auxilijs cum eis.

DE BVRGENSE MANENTE EXTRA Burgum.

CAP. 108.

NVllus Burgenſis qui manet extra burgum, poteſt aliquid emere, nec vendere, nec liber eſſe in aliquo burgo, niſi in illo burgo in quo eſt Burgenſis.

DE [a] PECTRICIBVS.

CAP. 109.

a Kemeſtaris web. ſter.

SI pectrices reliquerint burgum, propter campeſtres, capiantur & incarcerantur: Dummodò infra Burgum poterunt opera quærere ſufficienter.

DE ALIENATIONE [a] CAPITALIS meſſuagij.

CAP. 110.

a The head meſſuage.

NVllus poteſt alienare ab hærede ſuo capitale meſſuagium, nec inde dotare vxorem ſuam, ſi terram aliam habuerit, vel aliquas alias terras, ad vxorem ſuam dotandam; vel pro neceſſitate vendendam.

DE DILATIONIBVS ET ESSONIIS IN burgo.

CAP. 111.

SCiendum eſt, quòd tot dilationes, & tot eſſonia, habet appellator, quot & ille qui defendit de dānis & injurijs, vel de terris calum-

calumniatis.

DE CITATIONE IN BVRGO.

CAP. 112.

CItatio facta in Burgo ſuper Burgenſem, per ſervientem Domini Regis, ſine Bedello ejuſdem burgi, non eſt valida, nec aliqualiter audienda: Nam omnis citatio in burgo, debet fieri per Bedellum burgi, qui debet citare talem, tali die, ad domum ſuam, coram talibus teſtibus, videntibus, & audientibus, quòd ſit coram talibus Præpoſito & Ballivis, ad reſpondendum tali, ſuper tali re, ſeu cauſſa vel tali Brevi. Et ſi compareat Bedellus, ſive non, jurare non tenetur. Sed teſtes jurabunt de recordo faciendo in plena curia, de citatione legaliter facta.

Hoc caput latius expreſſi in tranſlatione vulgari, ſequutus fidem vnius veteris codicis.

DE PLVRALITATE DEBITORVM, PLEGIorum, & amerciamentorum.

CAP. 113.

DE vno debito, non erit niſi vnus debitor, & vnum plegium, & vnum [a] foriſ-factum: De vno [b] foriſ-facto, non erit niſi vnum amerciamentum, licet ſint plures plegij.

[a] *i. Vnum amerciamentum ſeu mulcta pecuniaria.*

[b] *i. De vno delicto. Hinc igitur patet foriſfactum non ſolùm ipſum, delictum, ſed etiam mulctam ratione delicti debitam ſignificare.*

ANNOTATIO.

De vno] *Nemo duplici pœnâ, ex eodem delicto puniri debet.* l. 41. ff. de Pœna.

Sint plures] *Quia vnius ſolutione cæteri liberantur.* lib. 3. § ſi à fide-juſſore ff. de eo per quem. *Quod verum eſt in mulcta pecuniaria, non autem in pœna corporali: Nam quod vnus ſolvit in pœnalibus, alium non liberat, cùm ſingulos delinquentes ſua pœna teneat.* l. 7. l. 8. ff. de juriſd.

DE SAISINA DATA IN BVRGO.

CAP. 114.

SI ſaſina data fuerit in Burgo coram vicinis Burgi, licet ſit extra Curiam ſufficit talis ſaſina.

HAEREDITAS VENDENDA DEBET OFferri proximis hæredibus alienantis.

CAP. 115.

SI aliqua hæreditas burgagij cadat alicui viro, vel fœminæ, vel fratri, aut ſorori, ex parte patris aut matris, & oportet

Supr. c. 1 et 6. c. 45. Infr. c. 127.

hujuſmodi hæredem, propter ſui paupertatem, hujuſmodi burgagiū vendere vel invadiare, aut ad feudi-firmam dimittere: Seu quocunque alio modo alienare, non licebit ei, id facere cuicunque extraneo, ſi proximi hæredes illud Burgagium emere, vel habere voluerint, ad feudi-firmam, vel per vadium, aut per emtionem quovis modo.

2. Nec licebit alicui, terras illas, aut liberum tenementum earundem, aliquo modo emere, hærede vivente, antequàm venditor obtulerit eas, vel ea proximis ſuis amicis.

DE MANENTE INFRA BVRGVM Attachiato.

CAP. 116.

SI aliquis manens infra burgum attachiatus fuerit ob aliquam cauſſam per Ballivos Domini Regis, non ducatur extra libertatem burgi, ad caſtrum vel clauſuram niſi defecerit de plegijs.

DE RESIGNATIONE TERRARVM IN Burgo.

CAP. 117.

SI quis reſignavit ſuas poſſeſſiones terræ, aut liberi tenementi à ſe purè in manibus Ballivorum, poſt hoc ille non poteſt dare poſſeſſionem illius terræ, vel liberi teneméti alijs, donec priùs fuerit legitimè poſſeſſus in eiſdem.

Vid. Mat. Paris. a. 81. Lec. 6. Paul. 12. c. 233.

DE TRANSEVNDO DE NOCTE.

CAP. 118.

NVlli liceat tranſire de nocte ſine legalibus teſtibus, niſi ſit homo boni teſtimonij, vel ob iſtas cauſſas, videlicet, pro Sacerdote ad infirmum, pro blado ad molendinum portando, & inde redeundo, aut pro bonis ab eo noviter furatis, vel amiſſis.

2. Et ſi ob iſtas cauſſas, vel alias neceſſarias, oporteat aliquem de nocte tranſire; capiat teſtimonium virorum fidelium, de villâ de qua tranſierit, & de prima villa per quam tranſierit.

DE MENSVRA PERTICATAE TERRAE.

CAP. 119.

PErticata terræ in Baronia, debet menſurari per ſex vlnas, quæ faciunt octodecim pedes mediocres, hoc eſt, neq; de majoribus

bus neque de mineribus. Perticata terræ in burgo, continet viginti pedes.

DE LIBERTATE BVRGENSIVM.

Cap. 120.

SI Burgenſes mercatores, & pede pulveroſi, quando exeunt extra quatuor portas burgorum ſuorum, in merchandiſijs ſuis agendis, malè egerint, extra ipſas quatuor portas vel in aliqua Baronia; habebunt ſine conditione legem mercatorum, in hora diei craſtina, ſeu tertiam horam diei, prout communiter dicitur, hora cauſſarum.

De curia de pede pulveroſo.
Edward. 4. An. 17. c. 2: apud weſtminſter. Richard. 3. An. 1 c. 6. Infra c. 134. c. 140. hiſt.

DE FVRIBVS IN BVRGO PVNIENDIS.

Cap. 121.

SI quis captus fuerit in burgo cum pane vnius oboli, debet per mediam villam verberari: Et de obolo vſque ad quatuor denarios, debet arctiùs verberari.

2. Et pro pari vno ſotularium, de quatuor denarijs, ponatur ſuper colliſtridium, & poſteà ducatur ad caput villæ, & ibidem villam abjuret.

Al. colliſtrigium.

3. Et deinceps de quatuor denarijs, vſque ad octo denarios, & quadrantem, ita ponatur ſuper colliſtridium, & poſteà ducatur ad caput villæ, & is à quo captus eſt, debet facere alteram auriculam ei amputari.

4. Et de octo denarijs vſque ad ſexdecim & obulum, ponatur ſuper colliſtrigium, & poſteà ducatur ad finem villæ, & is à quo captus eſt, debet facere alteram auriculam ei amputari.

2. Et ſi poſteà captus fuerit aliquis talis, cum octo denarijs, & quadrante, ab illo á quo captus eſt, ſuſpendatur.

6. *Item*, de triginta duobus denarijs & obulo, cum aliquis fut captus fuerit, ab eo ſuſpendatur à quo captus eſt.

POENA REBELLIVM IN BVRGO.

Cap. 122.

SI quis fuerit rebellis in burgo contra communitatem villæ, vel fraudem fecerit in damnum burgi, & de hoc fuerit convictus, domus ejus proſternatur ad terram, & ipſemet amoveatur à villa.

Iac. 4. parl. 6. c. 87. Vid. Mar. parl. 9. c. 83

DE

DE LINEATIONE TERRAE.

CAP. 123.

SI vtraque parte præſente, terra aliqua ſit lineata, per Ballivos & fidèles homines villæ; & metæ poſitæ fuerint, & ſaſina illarum metarum tenta, & viſa fuerit per vnum annum, & vnum diem, aliâ vice non debet lineari.

2. Sed ſi aliqua illarum metarum remota fuerit, Ballivus tenetur juſtitiam facere conquerenti.

DE DIVISIONE BONORVM BVRGENSIS.

CAP. 124.

CONſuetudo eſt in Burgis *Scotiæ*, à tempore de quo non exſtat memoria in contrarium. Quòd cùm aliquis Burgenſis, liberos procreaverit de vxore ſua, & poſteà decellerit: Tertia pars omnium bonorum debetur filijs, & filiabus ſuis legitimis.

2. Filius autem primogenitus, & hæres ejuſdem viri & vxoris, habebit eandem portionem bonorum quam alij, videlicet, æqualem cum alijs liberis. Niſi ipſe primogenitus fuerit foriſfamiliatus à patre ſuo.

DE VASIS ET VTENSILIBVS AD HAEREdem pertinentibus.

CAP. 125.

Lib. 2. c. 33. 8. c. 109. Lac. 3. part. 7. c. 53.

SI homo vel fœmina Burgenſis moriatur, ſive teſtamentum fecerit de omnibus bonis ſuis, ſive non; hæres habebit ad domum ſuam iſta vtenſilia, videlicet, menſam meliorem, mappam, manutergium, pelvim, lavatorium, lectum principalem cum linteaminibus, & cæteris pannis ad lectum pertinentibus, lectum plumalem, melius plumbum cum *le maſk-fat*, cupam, barrellum, lagenam, cacabum, tripodem, *brander*, fiſcinam, vncum, caminū, vrceolum. Iſta præmiſſa à domo legari non poſſunt. *Jtem*, quicquid ædificatur, plantatur, aut inſeritur ſolo, totum ſolo cedit. *Jtem*, habebit ciſtam, hucham, aratrum, plauſtrum, bigam, rhedam, ollam æream majorem & minorem, patellam, cratem ferream, girdellam; mortarium, pilum, diſcum, paropſidem, quod dicitur *le dibler*, vel chargerum, cyphum. Et ſi ſint duodecim cochlearia, vel plura, habebit duodecim; ſi non ſunt duodecim, vnicum tantùm accipiet. Scamnum, ſcabellum, tribulum, ſtatêram

ram cum pondéribus, vangam, ſecurim.

2. [a] *Item*, per decretum Burgenſium de *Berwick*, *Edinburgh*, *Roxburgh*, & *Stirlin*, factum anno Domini 1395. die lunæ poſt *Epiphaniam Domini*, apud monaſterium *ſanctæ Crucis* de *Edinburgh* ſtatutum eſt, quòd naves, naviculæ, batellæ, & equi alicujus Burgenſis defuncti, nullo modo hæreditariè ſpectant ad hæredem. Sed tantùm melior palfredus, quem ipſe Burgenſis habuit, ſpectat ad hæredem; dum tamen non fuerit legatus alicui domui religioſæ. Quòd ſi legatus fuerit; hæres de ratione poteſt petere alium equum meliorem poſt illum.

[a] *Quæ ſæpiùs non inveniuntur in veteribus codicibus.*

3. *Item*, quilibet Burgenſis, poteſt legare & conferre arma ſua & vtenſilia ſua cuicunq; voluerit in lecto ægritudinis, aut extrà, ſalvis hæredi ſuo armis, & vtenſilibus principalibus.

4. *Item*, per idem decretum, ſi aliquis burgenſis procreaverit liberos legitimos ex vxore ſua, ſive ipſe, ſive ipſa diſcedat, tertia pars omnium bonorum, debetur filijs & filiabus ipſius. Et hæres dictorum viri & vxoris, habebit eandem portionem, quam alij accipiunt, niſi ipſe hæres fuerit foriſ-familiatus, vt ſuperiùs eſt expreſſum.

5. Sed omnia iſta quæ ad jus hæreditarium pertinere dignoſcuntur, vendi poſſunt in legitima ſua poteſtate; ſi Dominus eorundem paupertate, vel neceſſitate compulſus fuerit. Et hoc teſtificetur, per duodecim legales homines.

6. Et de prædictis vaſis, & vtenſilibus omnibus, & ſingulis ſemper de jure, meliora pertinent ad hæredem.

DE DAMNO ANIMALIVM IN BVRGO.

Cap. 126.

Item, ſi burgenſes teneant in burgo porcos, vel alibi, vnde vicini incurrant damnum: Porci inventi in damno, ſine homine ipſos inſequente, benè poſſunt ſecundum legem burgorum ab ipſo inventore occidi tanquam eſcheta & comedi.

2. Si alia animalia fuerint, dabitur pro quolibet pede, vnus denarius; vel Dominus damnum emendet. Sed erit in electione burgenſis, vtrum voluerit quatuor denarios, pro quatuor pedibus, vel pretium habere, vel reſtitutionem damni.

3. *Item*, ſi quis burgenſis fecerit capitalem ſepem, vel alia loca clauſa, & animalia vicini ſui, invenerit ibidem; per quæ damnum incurrit; ipſe cujus animalia ſunt: damnum emendabit, & nihilominus

dominus dabit quatuor denarios ſervienti illius, qui paſſus eſt damnum. Et loca quæ animalia infregerunt, reficiet.

4. *Item*, ſi quis invenerit in damno ſuo aucas, gallinas, aut capros, capiat capita & roſtra aucarum, & gallinarum, & ea in terra figat, corpora verò ſi voluerit comedat: Capros etiam occîdat, & habeat pro eſcheta, & eas comedat ſi voluerit.

DE MODO PROBANDI TERRAMEMTAM & venditam in Burgo.

CAP. 127.

QVilibet homo poteſt probare terram emtam, ſecundum leges & aſſiſam burgi, per duodecim legales & ſufficientes burgenſes, & vnum Præpoſitum.

2. Qui probabunt, quòd terra illa in tribus placitis capitalibus, propinquioribus amicis, & parentibus venditoris per ipſum oblata fuit.

3. Secundò, quòd intrans habuit ſaſinam ſupra ſolum, coram prædictis duodecim hominibus, & Præpoſito; & quòd dedit vnum denarium pro introitu: Ita, quòd ipſe ſaſinam dictæ terræ, per vnum annum, & vnum diem tenuerit ſine calumnia alicujus.

4. Et ſi omnes duodecim & Præpoſitus, ſunt mortui, poteſt probare per tot modernos. Qui jurabunt per magnum ſacramentum quòd verum inde dicent, nec veritatem tacebunt ad ſcientiam ſuam: Et dicent quòd de illa re, de qua interrogabuntur, proprium viſum vel auditum habuerunt, vel notitiam, ſeu per verba patrum ſuorum, vel per tales, quibus fidem adhibere tenentur, vt proprijs perſonis ſuis.

5. Et teſtabuntur quòd vendens, vendidit illam terram, ratione paupertatis, & illa paupertas fuit probata ante venditionem, per duodecim legales, & fideles homines; videlicet, per quatuor manentes ex vna parte, & quatuor ex alia parte. Et quatuor ex oppoſito domus ſeu manſionis: Aliter enim venditio nulla eſt.

DE REBVS EMENDIS IN BVRGO.

CAP. 128.

NVllus emat aliquam rem in burgo, niſi habeat legalem plegium, exceptis cibo, potu, aut pannis ſciſſuratis ad induendum, & hujuſmodi minutis mercantijs.

2. Et

2. Et ſi aliter emerit, rem emtam amittet, licet hanc emerit per legem. Et ſi res emta ab eo calumnietur, recuperabitur ab ipſo (plegius tamen ſibi ſalvat vitam & membra)

Inclauſa in multis libris deſiderantur, & rectè.

BVRGENSIS DEBET ESSE PLEGIVS pro Burgenſe.

CAP. 129.

QVilibet Burgenſis debet eſſe plegius pro alio, primò, ſecundò & tertiò, & quouſque pro eo aliquid amiſerit: Et tunc non tenetur plus eſſe plegius ſuus, niſi ſponte voluerit, & damna ſua ſibi reſtituat.

DE BRASIATORE, CARNIFICIBVS, & piſtoribus.

CAP. 130.

SImiliter erit (vt dictum eſt) de braſiatore, carnificibus & piſtoribus, qui commodabunt vicinis ſuis panem, cerviſiam & carnes, quandiu fuerint in venditione. Et ſi non [a] pacaverint, non tenentur plus commodare.

[a] *Non ſolverint.*

DE POENA VXORIS DELINQVENTIS.

CAP. 131.

VXor burgenſis ſi deliquerit aliquo modo vicino ſuo, & invenerit plegios ſtare juri, ſine aſſenſu viri ſui; & in Curia, in ſtultam reſponſionem proceſſerit, & convicta fuerit ſuper hoc, per judicium curiæ: Vir ſuus non tenetur reſpondere, neque de [a] miſericordia, neque de petitione partis adverſæ, vlteriùs quàm ad valorem quatuor denariorum, niſi ſponte voluerit. Sed tenetur eam neſcientem, & ſine conſilio viri ſui facientem, caſtigare, quaſi puerum infra ætatem exiſtentem, cùm non ſit ſui juris.

[a] *Foriſfacto vel amerciamento curiæ.*

Stat. David. 2. c. 16.

GRAVIS POENA DE PONDERE ET menſura.

CAP. 132.

SI aliquis vel aliqua convictus fuerit, de falſo pondere, vel menſura, per inquiſitionem Ballivorum; erit in voluntate Regis de vita & membris, de terris & tenementis: Et hæredes ejus omninò exhæredabuntur, niſi gratia Domini Regis intervenerit.

DE

DE LEGIBVS BVRGORVM SERVANDIS.

Cap. 133.

[a] *Al. Major, & aldermanni, & recti.*

IN omni burgo totius regni *Scotiæ*, [a] Vice-comes faciet duodecim legales homines de ſufficientioribus, & diſcretioribus illius Burgi, ſacramento ſuo aſſerere, quòd omnes leges, & conſuetudines iſtas prædictas, apud ſe pro poſſe ſuo obſervabunt, & in ipſo Burgo obſervari facient.

DE PLACITO INTER PEDE PVLVEROſium & alium.

Cap. 134.

Ex libro Scoticensi.
Vid. Supt. c. 120. h. t.

SI quis extraneus mercator, tranſiens per regnum, non habens terram, vel manſionem infra Vice-comitatum, ſed vagans, qui vocatur *pie-pouldreux*, hoc eſt, anglicè, *duſtie-foote*: Et invenerit aliquem, qui ſibi feloniam fecerit, vel injuriam aliquo modo; vbicunque eum invenerit, poterit ſive in burgo, ſive extra burgum, ſi velit invenire plegium, ſuper ipſum, de ſuo clamore proſequendo.

2. Et ſi non invenerit aliquem qui velit eſſe plegius pro eo, ſed ipſe offert pedem ſuum pro ſuo plegio; ipſe debet cuſtodiri ſine damno.

3. Et ille homo ſuper quem invenit plegium, attachiabitur ad reſpondendum ipſi, infra tertiam refluxionem maris, ſine vlteriori dilatione, ſcilicet, infra vnum diem, & vnam noctem.

4. Et iterum debet vocari, ad ſeptem horas diei, vel noctis legitimè, ſcilicet, ad tres horas, pro tribus dilationibus, & tres horas pro tribus eſſonijs; & ad ſeptimam horam debet comparere, & reſpondere peremtoriè.

5. Et ſecundum ſequêlam Actoris, & reſponſionem Rei, ac ſecundum probationem Actoris, ſi quam habeat, ſecundum acquietantiam Rei, fiat judicium de injurijs, damnis, & expenſis.

6. Et ſi ſit de furto, vel felonia; ibidem debet dicta querela determinari, & declarari ſine favore. Et ſi appellatus victus fuerit, reſpondebit appellatori, de damnis omnibus ſuper ipſum proſequutis; & ſatiſfaciat domino Regi de vita, aut juſtitia fiet de eo, ſecundum formam legis.

STA-

STATVTVM ROBERTI BRVSE SVPER RE-centi deforciatione in Burgo.

Cap. 135.

IN ſubſidium pauperum ſtatuit *Robertus Bruſe*, Rex primus illius nominis, ſuper recenti deforciatione in Burgo.

2. Quòd ſi aliquis conqueratur Præpoſito, vel Ballivis Burgi, mediante plegio, quòd injuſtè deforciatur per talem, de tali terra, tali tenemento, vel tali annuo redditu, deforcians citabitur per ſimilem plegium incontinente; quòd compareat ad talem terram ſuper ſolo terræ, coram Ballivis, vel Præpoſito Burgi, parti conquerenti reſponſurus. Stat wilh. c. 4. Stat. 1. Rob. 1. cap. 1 lac. 6. part. 7. c. 117

3. Et Curia tenebitur ſine dilatione, ſuper ſolium dictæ terræ.

4. Ad quam Curiam, ſive venerit deforcians, ſive non; procedet aſſiſa.

5. Et in illo die, immediatè ante levationem judicis per bonam, & non ſuſpectam aſſiſam terminabitur; cui eorum de jure debetur dicta terra, dictum tenementum, vel dictus annuus redditus. Ita quòd ille contra quem terminatum fuerit, nunquam inde poſtmodum audietur.

6. Et ſciendum eſt, quòd in hoc placito non debent audiri dilationes, eſſonia, defaltæ, ſeu plegia, ſicut in alijs placitis, ſed de plano debet procedi; non tantùm ad cognitionem poſſeſſionis, ſed etiam feudi, & liberè tenementi.

7. Quia placitum recentis deforciamenti, tangit liberum tenementum, feudum, & poſſeſſionem, quandoq; ſimul, quandoq; quamlibet eorum per ſe; quia recens deforciatio, idem eſt quod recens ſpoliatio, vel recens intruſio.

8. Nam quandoque deforciatur quis de poſſeſſione, quando aliquis poſſidet terram tanquam vadiatam, & inde ejicitur injuſtè.

9. Quandoque de libero tenemento, quando aliquis habens terram pro vita ſua, & inde ejicitur injuſtè.

10. Quandoque de feudo, quando aliquis non poteſt habere ingreſſum, neque recurſum ad terram ſuam, poſt mortem patris ipſius, qui habebat liberum tenementum.

11. Quandoq; de poſſeſſione, libero teneméto, & feudo ſimul ſicut ſæpe accidit; quando aliquis de terra ſua hæreditaria, ejicitur

injustè, sive spoliatur per alium, qui inde nullum jus, neque rectum habet.

FORMA PROCESSVS RECVPERANDI TENEMENTUM, propter non solutum annuum redditum.

CAP. 136.

Lac.4.part.2.c.10. SI quis voluerit facere processum, contra tenentem ratione redditus annui sui non soluti, & agere ad recuperationem terræ seu tenementi; debet primò accedere ad terram cum duobus testibus ad minus, burgense, & serjando burgi. Et capere terram, & petram de dicta terra, & præsentare eas in Curia corã Ballivis: Et sic facere, ad tria capitalia placita Burgi.

2. Et debent illa terra & petra, in sacculo poni, sigillo Ballivi signato, & custodiri per Dominum annui redditus, vsque ad quartam curiam capitalem, et tunc præsentabit Dominus capitalis terras & petras, trium placitorum præcedentium, & petet inde judicium possessionis, & dabitur ei de jure.

3. Sed ante judicium, potest tenens petere visum processus, & lecturam rotulamenti curiæ, & concedetur ei. Aliâs potest præstare plegium, quod judicium non debet reddi super dicta terra. Et si contrarium judicetur; judicium potest contradici, & de jure falsari.

4. *Item*, si non præsententur terra & petra, vt suprà dicitur, tenens potest præstare plegium, quòd processus non valet.

5. *Item*, si terra & petra capiantur sine testimonio, vt suprà dicitur, non valet processus.

6. *Item*, si terra & petra non signentur sigillo Ballivi, non valet processus.

Mora potest purgari ante latam sententiam Vel infra annum & diem post sententiam.

7. *Item*, si tenens in Curia ante judicium datum comparuerit, & offerat persolvere totum annuum redditum, debitum tempore quo fuit dicta terra indistringibilis, non potest contradici, quin recipiatur.

8. *Item*, si venerit post judicium datum, infra annum & diem; & persolvat arrieragia illius annui redditus, (viz. omnia debita de terminis transactis) gaudebit sua terra de jure; & à multo fortiore ergo si venerit ante judicium.

9. *Item*, sciendum est, quòd tenens tenetur semper solvere Domino superiori suum annuum redditum, sive terra fuerit distringibilis

ſtringibilis, ſive non.

10. Poteſt tamen ſuperior Dominus, quandiu terra eſt diſtringibilis, diſtringere pro ſuo annuo redditu, & arrieragijs vniverſis.

11. Et ſi terra fuerit vacua, vaſta, & non diſtringibilis, dominus poteſt agere ad recuperationem totius terræ, ſeu tenementi, & hoc propter defectum ſolutionis annui redditus. Iac. 6. part. 15. c. 24.

12. Et ſciendum eſt, quòd licet Dominus ſuperior poteſt de jure diſtringere, pro ſuo annuo redditu, & arrieragijs vniverſis, tamẽ rigore, juris, ad hoc non tenetur. Sed juris rigore, tenens tenetur annuũ redditum ſolvere, & reddere ad terminos in Charta ſua ſpecificatos, & ad hoc obligatur tenens, juxta tenorem Chartæ ſuæ perpetuò, ſive terra fuerit vaſta, vacua, diſtringibilis, ſive indiſtringibilis, quia tenens de jure debet ſervare ſuam terram, ſemper quietam, ab omni onere annui redditus, ad terminos.

3. Et licet Dominus ad terminos non levaverit ſuum annuum redditum, neque pro illo diſtringit; abſit quòd propter hoc, Dominus amittat annuum ſuum redditum.

14. Et licet tenens malitiâ, fraude, ſeu aliâs ad terminos differat ſolutionem annui redditus; aut ipſum ſolvere noluerit, abſit, quòd propter hoc Dominus defraudetur ſuo annuo redditu: Nam Dominus jure poteſt habere ſemper actionem, & recurſum ad terram, ob defectum ſolutionis annui redditus.

15 Nam tenens obligatur ratione terræ ad terminos, ſuam firmam annualem ſolvere. Et ſi ad terminos non ſolvatur; generabitur inde præjudicium tenenti, & non Domino.

16. Quia Dominus, nec poteſt, nec debet jure defraudari ſuo annuo redditu quoquo modo.

17. Et ſic patet, quòd ſi tenens venerit, ante judicium proprietatis, & ſolverit arrieragia debita, terra pacificè, ſine quæſtione gaudebit.

QVILIBET BVRGENSIS DEBET HABERE *terram diſtringibilem.*

CAP. 137.

NVllus debet gaudere libertate Burgenſis, niſi habeat infra diem & annum, poſt introitum ſuum, vnam terram hoſpitatam & diſtringibilem. Supr. c. 52. h. t.

BVRGAGIVM NON ACQVIRITVR, sine consensu Domini Capitalis.

CAP. 138.

ITem, feudi-firmarius non potest firmarium facere, de aliqua terra, nisi reddatur Domino Capitali, & ipse faciet illum firmarium; & tunc ille firmarius habebit libertatem Burgi. Quia duo homines, simul & semel, non possunt habere libertatem Burgi, de vno & eodem Burgagio.

DE LIBERTATE BVRGENSIVM.

CAP. 139.

Item, statuit Dominus Rex David, quòd omnes Burgenses sui, sint liberi per totum regnum suum, tàm per aquam quàm per terram, ad emendum & vendendum; & ad commodum suum faciendum, absque perturbatione, super plenariam suam forisfacturam, quia sunt in firma sua protectione.

LEX DE FARAND-MAN, SIVE DE PEDE-pulverosa.

CAP. 140.

DE statuto partibus litigãtibus, per legem de *farand-man*, vel Pede-pulverosum, si Actor sit absens ad diem statutum, remaneat in misericordia, & clameum suum amittet, & defensor erit quietus.

2. Et si defensor sit absens, erit in misericordia,[a] & Actor veniet ad damnum suum si taxetur in plegiatione sua.

[a] *i. Actor recuperabit damnum suum si illud sit taxatum, & plegius de eo inventus fuerat per Reum.*

POENA CVSTVMAM NON SOLVENTIS.

CAP. 141.

SI aliquis emat aliquid, & transeat per locum vbi debet reddere custumam; & non dederit eam Ballivo Domini Regis, & super hoc convictus fuerit; pro quadrante, amittet quinque solidos, & pro obulo, amittet decem solidos: Pro denario, viginti solidos, & sic deinceps. Et rem tanquam eschetam Domini Regis amittet; nisi ponat custumam suam, ad locum statutum, sub terra, vel sub lapide. Et nihilominus forisfactum octo solidorum, ipse persolvet.

Stat. wilh. c. 6.

DE

DE EO QVI FRAVDEM FACIT IN SOLVTIone cuſtumæ.

CAP. 142.

SI quis liber homo vadat ad Nundinas, cum proprijs animalibus ſuis, & recipiat animalia aliorum in ſua ſocietate, & nihil dederit pro eis, ſicut pro ſuis animalibus, & tranſierint in pratum in loco telonæi: & warantizaverit illa animalia, ſicut ſua propria, & convictus ſuper hoc fuerit: corpus ejus, & animalia ſua omnia erunt in voluntate Regis, quia ſeductor eſt Domini Regis.

vid. lac. 4 parl. 4. c. 46 lac. 6 parl. 13. c. 165.

DE QVIETIS A TELONAEO ET CVSTVMA.

CAP. 143.

COmites, Barones, Milites, & libere-tenẽtes per Chartam, & ad firmam, ad terminum vitæ, & omnes qui tenent terram eleemoſynatam, erunt quieti à dando, ſeu præſtando telonæo, & cuſtuma, infra burgos. Videlicet, vbi ſunt in comitatibus vbi manent, ad emendum, & vendendum victum, & veſtitum, ad vſus proprios; niſi aliqui ipſorum fuerint communes mercatores. Et tunc debent cuſtumam dare, qui non habent eandem libertatem quam Barones.

l. in lege cenſoria. 103 ff. de verb. ſignif.

CVRIA QVATVOR BVRGORVM.

Viz. *Edinburgh*, *Stirling*, *Berwick*, & *Roxburgh*.

Leg.burg.c.1:8.

Si Iudicium aliquod fuerat contradictum in aliquo burgo, Camerarius cum consilio quorundam burgensium de quatuor burgis principalibus, specialia mandata habentium, in burgo de Hadintoun *de illo judicio falsando, cognoscendi potestatem habebat.*



IN CVRIA QVATVOR BVRGORum tenta apud *Stirling* 12. die mensis *Octobris* Anno Domini 1405. decretum est, quòd duo vel tres sufficientes, de quolibet Burgo Domini Regis, ex parte *Australi* aquæ de *Spey*, sint quolibet anno secum commissionem habentes ad dictum Parliamentum quatuor Burgorum, vbicunque tenendum fuerit; ad tractandum, ordinandum & determinandum, super his omnibus quæ ad vtilitatem Reipublicæ, burgorum vniversorum, dicti Domini nostri Regis, & ad eorum libertates & Curiam, dignoscuntur pertinere.

2. *Item*, quòd nullus cujuscunque status fuerit, replegiare poterit hominem suum de transgressione foris-stallis, extra Curiam Burgi, vel Itineris Camerarij, exceptis his qui habent burgum propinquum, vel eis proximum ab antiquis temporibus ad hoc privilegiatum.

3. *Item*, quòd nullus gaudeat libertate burgi, nisi habuerit vnam terram hospitatam, & distringibilem infra diem & annum, post introitum.

4. *Item*, quòd nullus Burgensis rure manens, habeat *lot*, neque *cavil*, æqualiter cum Burgensibus inhabitantibus.

5. *Item*, quòd nullus Templarius debet se intromittere cum aliquibus mercimonijs, vel bonis pertinentibus ad gildam, emendo vel vendendo, infra terram suam vel extra: Nisi fuerit confrater Gildæ.

6. *Item*, quòd duo homines bonæ famæ, qui audierunt &

Digitized by Google

runt, poſſunt probare quamcunque ſummam, tàm excedentem quinquaginta ſolidos, quàm infrà: Servatâ tamen formâ in lege ſcripta de burgenſe ad burgenſem, qui poſſunt ponere ſe ad ſolum juramentum ſuum ſi teſtes defuerint.

7. *Item*, Ballivus poteſt omni die, exceptis diebus feſtivalibus cognoſcere & corrigere ſuper fracturam aſſiſæ, panis, cerviſiæ, & carnium. Et rebelles, & perturbatores infra villam quotieſcunque opus fuerit, & querela advenerit.

DE BĒRVVICK ET ROXBVRGH.

Cap. 2.

IN Parliamento tento apud *Perth* 6. *Martij* 1368. Ordinatum fuit & ſtatutum, per tres Comitates congregatas & electas, quòd quandiu villæ de *Berwick* & de *Roxburgh* detentæ erunt per Angles (quæ ſunt & eſſe debent, duo de quatuor burgis, qui habent ex antiquo Curiam facere Camerarij, ſemel in anno apud *Hadintoun*, ſuper judicijs, ſi quæ forent coram ipſo in Itineribus ſuis, vbicunque contra dicta) burgi de *Lanark* & de *Lythew* erunt accepti in præmiſſis. D. vid. 2.

2. Et ex nunc præmoniti ſunt, quòd ad hoc compareant, & deſerviant interim.

3. Ita quòd tantùm valeat Curia tenenda, vt præmittitur, quoad communem juſtitiam, ac ſi nullum eſſet impedimentum vel obſtaculum, de dictis duabus villis detentis per *Anglos*.

4. Ita tamen quòd cùm ijdem duo Burgi, ad manus, & partem Domini Regis pervenerint: Privilegijs priſtinis, ſine objectu, indilatè gaudebunt.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDVAE TRINITATIS, INCIPIUNT Statuta GILDÆ, per dispositionem Burgensium constituta: vt multa corpora vno loco congregata, vnio consequatur, & vnica voluntas, & in relatione vnius ad alterum, firma & syncera Dilectio.

VNA GENERALIS GILDA OBSERVARI debet.

Cap. 1.

Gilda est verbum Saxonicũ, & significat Religiosorum, artium mechanicarum, vel mercatorum societates vt scribit Gulielmus Lambardus *de priscis Anglorũ legibus.*
Stat. willhel. 36.
De Gilde Decano
Iac. 6. parl. 13. c. 180.
De mercibus pertinentibus ad fratres Gilde.
Iter. Camer. c. 21. 4.

NE PARTICVLARIS ALIqua Burgensium nostrorum congregatio, in aliquo generalis GILDAE libertates, vel statuta possit elidere. aut nova consilia contra hanc Gildam concipere. Primò statuimus, quòd omnes particulares Gildæ, hactenus in Burgo nostro habitæ, abrogentur. Et catalla ijs rationabiliter, & de jure debita, huic Gildæ exhibeantur. Et nullo modo, aliquam aliam Gildam, ab ista præsumant in burgo procurare. Sed habito omnium membrorum, ad vnum caput, vno respectu; vnum inde in bonis actibus, proveniat consilium, vna societas firma & amica.

DE

DE FORIS-FACTIS GILDAE.

CAP. 2.

STatuimus, quòd omnia foris-facta excedentia octo ſolidos, (niſi de telonæo Regis, aut ad jura & libertates communes Præpoſitorum ſpectantia) huic Gildæ exhibeantur.

DE LEGATIS RELINQVENDIS GILDAE.

CAP. 3.

STatuimus, quòd fratres hujus Gildæ, in diſpoſitione ſuorum teſtamentorum, certo loco, ſecundum quod ijs libuerit; de parte eis contingente, delegent aliquid huic Gildæ, niſi ex negligentia hoc fuerit omiſſum, ita quòd aliquid legent.

DE RECIPIENDIS IN GILDAM POST *teſtamenta ab illis facta.*

CAP. 4.

SI aliquis non fuerit confrater hujus Gildæ, & in extremis de bonis ſuis aliquid eidem Gildæ delegaverit; recipimus eum in confratrem noſtrum ad debita ſua perquirenda, & in alijs neceſſitatibus ſuis, ac ſi eſſet confrater dictæ Gildæ; eidem conſilium, & auxilium noſtrum concedentes.

DE POENA CONFRATRVM DELINQVENTIUM *verbo contra alium.*

CAP. 5.

STatuimus, quòd ſi quis fratrum noſtrorum, verbo-tenùs in alium delinquat confratrem ſuum, quod emendatione dignum eſt, Gildam adeundo, vel in ea ibidem morando, ſeu inde redeundo, primò, ſecundò, tertiò, emendationem faciet Gildæ, in quadraginta denarijs. Et ſi quartò deliquerit, verbo vel facto condemnetur, & puniatur ſecundum arbitrium Alder-manni, Ferthingmannorum, Decani, & aliorum confratrum Gildæ, & læſo faciet emendam, ſecundum decretum eorum.

DE INJVRIA REALI CONFRATRVM *Gildæ.*

CAP. 6.

ITem, ſi quis confratrum noſtrorum alium pugno percuſſerit, emendet Gildæ in dimidiam marcam: Et ſecundum arbitrium, Alder-

Alder-manni, Ferthingmannorum, Decani, & aliorum confratrum, læso satisfaciat competenter. Et si quis confratrum nostrorum, ab alio sanguinem extraxerit violenter; emendet in viginti solidis, & læso satisfaciat, secundum arbitrium Alder-manni, Ferthingmannorum, Decani, & aliorum confratrum, secundum quantitatem delicti; nec aliquid de emendis istis, precibus relaxetur. Statuimus etiam, quòd nullus contumelios⁹ audeat, vel præsumat infra limina Gildæ nostræ cultellum cum puncto portare. Quòd si fecerit, emendet Gildæ in duodecim denarijs.

Item, si quis cum baculo, aut alijs armis ferreis, ab alio sanguinem violenter extraxerit, secundum arbitrium Alder-manni, Ferthingmannorum, Decani, & aliorum confratrum condemnetur.

DE MINGENTIBVS AD PARIETES Gildæ.

CAP. 7.

SI quis minxerit in porta Gildæ, aut super parietes durante Gilda, emendet Gildæ in quatuor denarios.

DE PRECIO RECIPIENDORVM IN GILDAM.

CAP. 8.

STatuimus, quòd nemo recipiatur in confraternitatem, hujus Gildæ, minus quàm pro quadraginta solidis, exceptis filijs & filiabus Gildæ.

DE RELEVATIONE CONFRATRVM.

CAP. 9.

SI quis confratrum nostrorum Gildæ, in decrepitam ætatem aut paupertatem inciderit, seu in morbum incurabilem, & de proprio non habuerit, vnde possit sustineri, seu sustentari; relevetur secundum æstimationem, & dispositionem Aldermanni, Decani, & confratrum Gildæ, secundum quod facultates gildæ suppetant & fuerint.

DE RELEVATIONE FILIARVM GILDAE.

CAP. 10.

SI quis confratrum nostrorum Gildæ, relinquat post obitum suum filiam ex vxore conjugata, quæ sit laudabilis conversationis

onis, & bonæ famæ, & non habeat de proprijs, vnde ſibi providere valeat de vito, aut ſi in domo Religionis caſtè vivere voluerit, ſecundum æſtimationem, & diſpoſitionem Alder-manni, Decani, & confratrum, ſecundum facultates Gildæ, ſibi de viro vel de domo Religionis, prouideatur.

DE SVBSIDIO IN SEPVLTVRIS.
Cap. 11.

SI quis confrater Gildæ defunctus, non habuerit de proprijs, vnde exſequias ſuas poſſit celebrare: confratres Gildæ corpus defuncti honorificè facient humari.

DE RELEVAMINE CONFRATVM PRO crimine vexatorum.
Cap. 12.

SI quis confratrum noſtrorum, aut plures, vexatus fuerit extra Burgum noſtrum, de vita & membris; probi viri duo vel tres de Gilda laborabunt cum eo per duas diætas. Reſidendo ſuper expenſis Gildæ; ſi vltra duas diætas cum eo laboraverint, tunc Reus proprijs expenſis ſuis, eos cum eo adducet, & reducet. Similiter ſi neceſſe fuerit, vlteriùs ſuper expenſis Rei, cum eo laborabunt. Si verò juſtè vexatus fuerit Reus, adducet ſuper proprijs expenſis, confratres, & ſecundum arbitrium Aldermanni, & confratrum condemnabitur.

DE EO QVI GILDAM NEGLIGIT.
Cap. 13.

STatuimus etiam, quòd ſi quis Burgenſium noſtrorum hanc confraternitatem noſtrorum contumaciter neglexerit, nullus confratrum noſtrorum, ei conſilium vel auxilium, verbo, vel facto infra burgum, vel extra miniſtrabit; aut ſi ſuper periculo vitæ, & membrorum placitatus fuerit, aut in aliquo onere terreno incurrerit.

DE POENA NON VENIENTIVM AD Gildam.
Cap. 14.

STatuimus quòd quotieſcunque Alder-mannus, Ferthingmanni, Decanus, voluerint congregare confratres Gildæ, ad negotia

negotia Gildæ tractanda: Omnes fratres Gildæ veniant audito claſſico, ſuper foriſ-factum duodecim denariorum.

DE LEPROSIS.
Cap. 15.

NVllus leproſus ingrediatur limina portarum noſtri Burgi, & ſi quis caſualiter ingreſſus fuerit, per ſervientem Burgi noſtri, ſtatim ejiciatur: Et ſi quis leproſus contra hanc prohibitionem noſtram conſuetudinariè portas burgi ingredi præſumſerit; indumenta quibus indutus fuerit, capiantur ab eo, & comburantur, & nudus ejiciatur. Quia de communi conſilio proviſum eſt, vt per aliquem probum virum, colligantur eis eleemoſynæ, ad eorum ſuſtentationem, in loco aliquo eis competente extra burgum. Et hoc de leproſis indigenis, & non alienigenis.

Leg. burgc. 64. Iacob. parl. 7. c. 105.

DE FIMIS REPONENDIS.
Cap. 16.

NVllus infra certos limites ſupra ripam *Twedæ* præfixos, fimum [a] audeat apponere: Aut aliquid pulverulentum, quod fit in damnum, aut læſionem circumhabitantium. Quòd ſi quis contra hoc fecerit, in octo ſolidis condemnetur.

[a] *Ne aqua in vrbem Bervicum decurrens, aut propè ripam habitantibus inſerviens, ſimo vel pulvere inficiatur.*

DE TACITVRNITATE IN CVRIA GILDAE.
Cap. 17.

NVllus loquatur in placitis, de his quæ tangunt cauſſam; niſi tantummodo Actor & Reus, & eorum Advocati, & Ballivi qui tenent Curiam, & hoc ad inquiſitionem cauſſæ. Sed Actor, & Reus ad conſilium ſuum poterit vnumquemque indifferenter evocare. Et ſi quis contra hanc prohibitionem venerit aut facere præſumſerit, in octo ſolidis puniatur.

DE EQVIS CONFRATRVM GILDAE.
Cap. 18.

QVicunque Burgenſis habuerit in catallis quadraginta libras, habeat equum in ſtabulo appretiatum ad minus viginti ſolidos. Et ſi quis equo ſuo, aliquo caſu privatus fuerit morte vel venditione, aut quocunque aliquo caſu vel donatione, equum alium acquirat infra quadraginta dies, poſtquam equo privatus fuerit

fuerit. Sin autem; condemnetur in octo ſolidis ſterlingorum.

DE MOLENDINIS MANVALIBVS.
Cap. 19.

NVllus frumentum, maſtilionem, vel ſiliginem ad molas manuales molere præſumat, niſi tempeſtate cogente, vel penuria molendinorum hoc faciente. Et ſi quis in tali caſu moluerit, ad molas manuales, det ad multuram, decimum tertium vas. Et ſi quis hanc prohibitionem noſtram præſumſerit contravenire, molis manualibus privetur in perpetuum; & molet braſium ſuum ad molendina, dando viceſimum quartum vas.

DE EMTIONE LANAE, CORIORVM ET *pellium.*
Cap. 20.

NVllus emat lanam, coria, aut pelles lanitas, ad revendendum, aut pannos ſcindat, niſi fuerit confrater Gildæ noſtræ, niſi ſit extraneus mercator, ad ſuſtentationem ſui officij. Neque *lot*, neque *cavil* habeat cum aliquo confratre noſtro.

NVLLVS CONFRATER DABIT PECVNIAM *ſuam mercatori extraneo.*
Cap. 21.

Leg. burg. c. 59

SI quis confratrum Gildæ exhibeat denarios noſtros alicui mercatori alienigenæ ad negotiandum. Et de his per forum certum lucrum capiat, de ſacco lanæ, de laſta coriorum, de pellibus & alijs mercimonijs, condemnetur in quadraginta ſolidis ſemel, ſecundò & tertiò. Et ſi quartò ſuper hoc convictus fuerit, amittat Gildam. Simili, & eodem modo puniatur confrater Gildæ, ſi acceperit denarios vlteriùs mercatoris alienigenæ, ad negotiandum modo prædicto.

DE EMTIONE MERCIVM, QVAE IN NAVI *advehuntur.*
Cap. 22.

NVllus emat haleces, vel piſces aliquos, qui per navem deferuntur ad villam, antequàm navis jaceat ſuper ſiccam terram, & remus ponatur foras. Nec alia mercimonia, ſcilicet, de

bladō.fabis aut ſale. Si quis in hoc convictus fuerit, dabit dolium vini Gildæ pro foriſ-facto, aut per vnum annum & diem â villa ejiciatur.

2. *Jtem*, ſi aliquis emerit haleces, ſal, bladum, fabas, aut piſces, vel aliquid de conſimilibus mercimonijs; non negabit vicino ſuo partem, quantum voluerit emere ad cibum ſuum, ſcilicet, ad domus ſuæ ſuſtentationem, pro foro [a] quo ille emit. Sin autem, condemnabitur in foriſ-facto vnius dolij vini.

[a] *Propretio.*

3. Similiter qui plùs emerit, quàm ad cibum ſuum, & vendiderit, eadem pœna puniatur. Qui a dixit ſe tantùm ad cibum emere; & ſuper hoc petiit partem, & obtinuit.

Jtem, quòd quarta pars remaneat emtori, & quòd ſolvat infra [b] bordam cum obtinuerit.

4. *Jtem*, ſi quis emerit haleces, vel alia mercimonia; & dederit denarium Dei, vel aliquod argentum in [c] arrhis, pacabit mercatori, à quo prædicta mercimonia emit, ſecundum forum priùs ſtatutum. Et ſi non fecerit, & in hoc convictus fuerit, dabit dolium vini ad foriſ-factum, ſine miſericordia Gildæ applicandum, aut de villa per annum & diem ejicitur.

[b] *Scil navis. Infr. c. 44.*

[c] *Arrha dicitur denarius Dei, quia debet dari pauperibus nomine eleemoſinæ idcoque denarius charitatis dicitur teſte* Fran. Raguello.

DE MERCIBVS VITIOSIS.

Cap. 23.

ET ſi contigerit, quòd emtor emerit aliquod mercimonium, quod bonum ſit ſuprà & deterius ſubtus, ab initio emendari debet per viſum, & conſiderationem proborum hominum, ad hoc aſſignatorum.

DE PRETIO MVTONVM.

Cap. 24.

STatuimus, quòd nullus carnifex de cæterò vendat infra burgum de Bervico carcaſia mutonum, a feſto *Paſchæ*, vſque ad feſtum *Pentecoſtes* cariùs ſedecim denarijs, & a feſto *Pentecoſtes*, vſque ad feſtum *S. Jacobi* cariùs duodecim denarijs. Et a feſto *S. Jacobi*, vſque ad feſtum *S. Michaelis*, cariùs decim denarijs. Et à feſto *S. Michaelis* vſque ad *Paſcha*, cariùs octo denarijs. Et ſi quis convictus fuerit quòd iſtam aſſiſam infregerit, dabit octo ſolidos pro foriſ-facto.

DE

Digitized by Google

DE CARNIFICIBVS MERCATORIBVS.
Cap. 25.

Item, ſtatutum eſt, quòd nullus Carnifex, donec voluerit ſuum officium exercere, emat lanam aut coria, niſi velit abjurare ſecurim ſuam, & manum beſtijs non apponat.

DE BRASIATRICIBVS.
Cap. 26.

STatutum eſt, quòd nulla fœmina vendat lagenam cerviſiæ, à *Paſcha*, vſque ad feſtum S. *Michaelis*, cariùs duobus denarijs. *Item*, à feſto *S. Michalis* vſque ad feſtum *Paſchæ*, carius vno denario. Et ſine delatione vlteriore, nomina eorum imbrevientur, per commune conſilium

DE BROCCARIIS.
Cap 27.

STatuimus quòd Broccarij ſint electi per communiam villæ, qui dabunt ſingulis annis, vnum dolium vini, villæ ad feſtum *S. Michaelis*, ſine vlteriore dilatione, & nomina eorum imbrevientur, per commune conſilium.

Annotatio.

Broccarij, in jure Civili ſunt proxenetæ, qui ſunt interpretes, & conſiliatores contractuum, & operam ſuam navant his qui contrahunt. l. 2. ff. de proxenet. *vt ſunt fœminæ conciliatrices nuptiarum.* Alciatus lib. 1. diſpunct. c. 22.

DE REGRATARIIS.
Cap. 28.

NVllus Regratarius emat piſces, fœnum, avenas, caſeum, butirum, vel aliquid quod ad burgum defertur vendendum ante pulſationem campanæ in Berefrido (in campanili) Et ſi quis contra hanc prohibitionem noſtram venire præſumſerit: Res emtæ capiantur, & pauperibus erogentur per conſiderationem Ballivorum.

Annotatio.

Great] *apud nos ſignificat Magnum, Re, in compoſitione auget; itaque Regratarij ſunt, qui res emunt, vt poſſunt poſteà pluris vendere, & in jure*

Civili, dicuntur Dardanarij. l. 6. ff. de ver. & extraord. *criminib. à quodam Dardano, qui annonam flagellabat, teste* Alciato.

DE ANTICIPATORIBVS FORI.

Cap. 29.

Iac. 6. parl. 6. c. 86. c. 88.

STatuimus, quòd nullus emat mercimonia quæ ad burgum deferuntur ad vendendum, antequàm ad commune forum burgi perveniant. Si quis verò super hoc convictus fuerit, rem emtam amittet, & commodum illius ad Gildam nostram vertetur.

DE EMENTIBVS LANAM ET CORIA.

Cap. 30.

* *i Vnum famulum.*

NVlla mulier habens virum, lanam in vico emat: Nec aliquis Burgensis habeat nisi vnum * garcionem tantùm ad lanam & coria emenda. Et si quis irrationabiliter emat lanam, vel coria extra locum statutum villæ, dicta lana, & coria capiantur ad commodum Gildæ, & dictus homo, vel garcio, sit in forisfacto octo solidorum. Et bona sua condemnentur pro sua forisfactura.

NEMO PROCVRET FORINSECVM IN PLACITO contra vicinum.

Cap. 31.

NVllus Burgensis nostet procuret aliquem forinsecum, extra libertatem nostram manentem, ad placitandum pro eo, contra aliquem vicinum suum, super plenariam foris. facturam vnius dolij vini.

DE CONSPIRATORIBVS CONTRA Gildam.

Cap. 32.

STatuimus, quòd nullus faciat conspirationem aliquam contra Gildam retroactam, ad eam separandam, vel spargendam. Quòd si aliquis fecerit, & super hoc convictus fuerit, dabit vnum dolium vini, ad foris-factum.

DE

DE GVBERNATIONE COMMVNITATIS.
CAP. 33.

STatuimus quòd commune consilium, & communia gubernentur per viginti quatuor probos homines, de melioribus, discretioribus & fide dignioribus ejusdem burgi ad hoc delectos; vna cum Majore, & quatuor Præpositis. Et quandocunque prædicti viginti quatuor homines fuerint ad commune negotium tractandum vocati: qui non venerint ad citationem sibi factam vltra noctem, emendet in duos solidos.

DE ELECTIONE MAJORIS ET PRAEPOSITORUM.
CAP. 34.

STatuimus, quòd Major & Præpositi eligantur per visum, & considerationem totius communitatis. Et si aliqua controversia fuerit in electione Majoris vel Præpositorum: Fiat tunc electio per sacramentum viginti quatuor hominum, prædicti burgi, electorum per communiam.

DE REVELATIONE CONSILII CONTRA sacramentum.
CAP 35.

STatuimus insuper, si aliquis Burgensis contra sacramentum suum præstitum, consilium arcanum, vel secreta Gildæ nostræ ostendere præsumserit, primâ vice secundum considerationem Alder-manni & aliorum fide dignorum Gildæ nostræ, puniatur Si verò secundâ vice, in tali casu deliquerit; libertatem Burgi nostri per annum & diem amittet. Et si tertiâ vice super talia convictus fuerit, libertatem Burgi amittet, pro termino vitæ suæ. Et sciendum est vltrà, quòd infra illum burgum, nec in aliquo alio infra regnum, ampliùs libertate gaudere de jure poterit, quia infamis reputatur.

DE CHIROTHECARIIS ET [a] PELLIPARIIS.
CAP. 36.

[a] *Al. pelliteriis à Gallica voce* pelletier.

STatutum est, quòd nullus Pelliparius, aut Chirothecarius, aut aliquis alius Burgensis, faciat lanam de aliquibus pellibus,

à feſto *Penticoſtes* vſque ad feſtum *Michaelis:* ſed vendat pelles quales fuerant, ſecundum quod meliùs poterit. Et ſi quis Chirothecarius, aut pelliparius ſuper hoc convictus fuerit, dabit vnum dolium vini ad Gildam.

DE PARTICIPATIONE HALECVM EMTORVM inter confratres.

CAP. 37.

QVicunque Burgenſis emerit haleces, omnes vicini ſui quicunque præſentes fuerint ad emtionem dictorum halecum, habebunt pro eodem pretio, quo ipſe emit, ſine aliqua fraude. Et ſi quis voluerit partem habere, qui ad emtionem dictorum halecum præſens non fuerat; dabit emtori ad lucrum, duodecim denarios: Quòd ſi quis convictus fuerit de contrario, dabit vnum dolium vini ad Gildam, & hoc intelligendum eſt de fratribus Gildæ.

Vid. lac 6. part. 4. c. 60.

DE CARIAGIO VINI.

CAP. 38.

ITem, ſtatutum eſt, quòd quilibet Burgenſis dabit plenum cariagium pro quolibet dolio vini, quod ponet in taberno, & quod ponat innavim, & extra pro dolio removendo, de vno cellario ad aliud, dabit duos denarios, & obolum: viz. vnum denarium villæ & denarium & obolum pro berevagio. Et pro vno dolio ad potum ſuum dabit denarium pro bervagio.

DE BRASIATRICIBVS EMENTIBVS avenas.

CAP. 39.

[a] *Burgi, vel villæ.*

NVlla mulier emat in foro avenas ad faciendum braſium ad vendendum, plùs quàm vnam celdram. Et ſi plus emerit, amittet quantum emit. Tertia pars remaneat[a] cuſtodibus, & duæ partes Ballivis, & ad hoc braſiandum in domo ſua tabernando.

DE TEMPORE EMENDI ANIMALIA.

CAP. 40.

NVllus Carnifex à feſto *Sancti Martini* vſque ad *natale*, debet exire extra villam, ad obviandum beſtijs venientibus ad villam

Digitized by Google

lam vendendis: Nec in aliquo die infra dictum tempus, beſtias emere in foro ante prandium: Nec in fraudem procurabit ſibi beſtias vſque ad prandium teneri. Si quis contrarium fecerit, ab officio ſuo per annum & diem deponatur.

DE VENDITIONE CORII TANNATI.
Cap. 41.

NVllus extraneus ferens coria tannata ad vendendum, vendat ea infra domum; ſed in foro communi, & hoc tantùm per diem fori ſtatutum: & licet coria fuerint cæſa in fruſta, tamen venditor dabit telonæum.

DE MOLIS.
Cap. 42.

NVllus habeat, niſi duo paria molarum; & qui plura habuerit, molis ſuis per totum annum & diem privetur.

DE LOT ET CAVIL.
Cap. 43.

NVllus confrater Gildæ noſtræ debet habere *lot*, neque *cavil* cum alio minùs quàm in dimidio quarterio pellium, & dimidio dacræ coriorum, & duabus petris lanæ. Leg. Burg. c. 596

DE LOCO ET TEMPORE EMENDI MERCIMONIA in navi delata
Cap. 44.

NVllus emat aliquod genus bladi, fabarum, piſarum, ſalis, carbonum, ſeu cætera venalia apud burgum venientia per mare niſi ſit ante bordam navis, viz. *at the bray*. Nec portet dicta bona emta de navi ante ortum ſolis, ſed ab ortu ſolis, vſque ad declinationem, ſive requiem ſolis, fiat portagium. Et ſi quis hujus rei contrarium fecerit; dabit confratribus, vnum dolium vini.

DE AMERCIAMENTO EXTRANEORVM mercatorum.
Cap. 45.

ITem, omnia amerciamenta capta ab extraneis mercatoribus, pertinere debent fratribus[a] Gildæ, & burgenſibus villæ, exceptis illis

[a] *Al. pertinere debent ad majorē, & ballivos villæ.*

illis, quæ pertinent ad Dominum Regem.

NON LICET FORIS-HABITANTIBVS emere vel vendere niſi in die fori.

NVllus Burgenſis, vel confrater Gildæ noſtræ foriſ-habitans, audeat vel præſumat aliqua mercimonia ad Gildam noſtram pertinentia infra burgum noſtrum emere vel vendere, niſi tantùm in die fori. Et quòd nullus foriſ-habitans, emat aliqua victualia, ad Burgum noſtrum per naves venientia. Et ſi contrarium fecerit, & ſuper hoc convictus fuerit, dabit vnum dolium vini ad Gildam noſtram.

Hæc ſuprà dicta, ſtatuta ſunt per *Robertum Durhame* tunc Majorem *Bervici* ſuper *Twedam*, & *Simonem Martel*, & alios probos homines in diebus *Mercurij*, proximè ante feſtum *S. Marci Euangeliſtæ*. Et in craſtino *S. Cuthberti* in Eccleſia *S. Nicolai*, anno gratiæ Milleſimo, Ducenteſimo, octuageſimo tertio. Et die *Sabbathi* proximè poſt feſtum *S. Trinitatis*. Et die *Jovis* proximè ante feſtum S. *Matthæi Apoſtoli*. Et die *Jovis* ante feſtum *Pentecoſtes*, in Eccleſia fratrum prædicatorum ordinis *S. Trinitatis*, anno gratiæ milleſimo, ducenteſimo, octuageſimo quarto.

Digitized by Google

ASSISA REGIS DAVID
FACTA APVD NOVVM CASTRVM SVPER TYNAM, DE PONDERIBVS ET MENSVRIS.

Hunc tractatum esse authenticum, & à Davide ejus nominis primo scriptum esse probat. Iac. 1. parl. 4. c. 68

CAP. 1.

IMPRIMIS *Sterlingus*, debet ponderare triginta duo grana, boni & rotundi frumenti.

2. *Vncia* debet ponderare triginta denarios de sterlingis electis. Sed *vncia* modò ponderabit viginti vnum denarios propter diminutionem monetæ. *Robert. 3. c. 12.*

3. *Libra* debet ponderare in argento, viginti sex solidos, & quatuor denarios; & hoc propter[a] minoritatem denariorum, qui fuerunt moderno tempore: Nam antiquitùs *libra* continebat viginti quinque solidos.

[a] *Al. innovationem.*

4. *Petra* ceræ continebit octo libras.

5. *Petra* ad lanam ponderandam, & ad alias res, continebit quindecim libras.

6. *Vaga* (*le waw*) debet continere duodecim petras; cujus pondus continet octo libras.

7. *Vlna* debet habere in se triginta septem pollices mensuratos, cum pollicibus trium hominum; scilicet, ex magno, mediocri & ex parvo; & secundum mediocrem pollicem debet stare. Aut secundum longitudinem trium granorum hordei sine cauda, debet mensurari ad radices vnguis pollicis.

8. *Lagena* debet continere duodecim libras aquæ; videlicet, quatuor libras de aqua marina, & quatuor libras de lacu vel stagno, & quatuor libras de aqua currente & clara. *Lagena* debet esse in profunditate, sex pollices, cum dimidio pollicis. In latitudine inferiore debet esse octo pollicum, cum dimidio pollicis; & cum spissitudine ligni vtriusque partis: & in rotunditate partis superioris debet esse viginti septem pollicum. Et in rotunditate inferiore debet esse viginti trium pollicum.

DE

DE BOLLA.

Cap. 2.

Bolla debet continere in se duodecim lagenas aquæ, cujus forma talis debet esse. Debet habere in profunditate, à labio inferiore novem pollices.

In latitudine superiore, debet esse viginti quatuor pollicum infra tabulas, ex transverso; cum spissitudine ligni vtriusque partis: In latitudine inferiore infra tabulas ex transverso, viginti quatuor pollices, & dimidium debet continere.

In rotunditate partis superioris, debet esse septuaginta duorum pollicum. Spissitudo ligni, vel duarum tabularum, de quibus *Bolla* fit, erit vnius pollicis.

DE MENSVRATIONE PARTICATAE TERRAE.

Cap. 3.

Leg. Burg. c. 1. *Al. perticata.*

PArticata terræ in Baronia debet mensurari per sex vlnas, quæ faciunt octodecim pedes mediocres.

DE VINI MENSVRATIONE.

Cap. 4.

SI dolium vini fuerit ad viginti solidos, lagena vendatur ad denarium.

2. Si verò dolium vendatur ad quadraginta solidos; lagena vendatur pro duobus denariis.

3. Et sic semper cùm libra augetur ad dolium; denarius augmentabitur ad lagenam,

DE PONDERIBVS IN EMENDO ET vendendo.

Cap. 5.

Deut. 25. 13. 14. STatutum est à Rege David, vt commune & æquale pondus (quod dicitur pondus *Cathanie*) in emendo & vendendo, omnes homines in tota *Scotia* custodiant.

2. Divina namq; lex præcipit, dicens, non habebis in sacculo tuo diversa pondera, majus & minus, nec erit in domo tua, modius major & minor; sed pondus habebis justum.

3. Si quis contra decretum divinæ legis, aliquod inæquale pondus sibi vsurpaverit; Regiæ injustæ octo vaccas emendet pro transgressione.

ITER

Digitized by Google

ITER CAMERARII, PRAECEPTVM ITINERIS CAMERARII.

Cap. 1.

CAMERARIVS Scotiae, PRAEpositis & Ballivis, Burgi de *Edinburgh*; Salutem. Quia Deo disponente, Iter nostræ Cameratiæ, apud Burgum vestrum die *lunæ* penultimo die *Novembris*, proximè futuro, cum continuatione dierum inchoare proponimus Vobis igitur mandamus, & præcipimus quatenus summoneri, & præmoneri faciatis omnes & singulos comburgenses vestros, tàm inhabitantes quàm extra; quòd sint ibidem coram nobis, seu deputatis nostris pluribus aut vno, dictis die, & loco, cum eadem continuatione dierum, ad audiendum, tractandum, subeundum, perficiendum, & determinandum, ea quæ in dicto Itinere, secundum leges, & consuetudines burgorum fuerint audienda, subevnda, perficienda, determinanda. Et præmoneatis etiã omnes & singulos Ballivos, servientes, pistores, brasiatores, carnifices, appretiatores carnium, gustatores cervisiæ, tabernatores vini, custumatores, seu custumarios tam magnæ quam parvæ custumæ, custumarios Tronæ, custodes gaugeriæ, piscatores tam salmonum quam alborum piscium, molendinarios, ac omnes alios officiarios, qui se intromiserunt infra dictum burgum ab vltimo Itinere Cameratiæ nostræ, ibidem coram nobis, seu dictis deputatis nostris pluribus aut vno, dictis die & loco, cum præfata continuatione dierum super sibi objiciendis responsuros, & juri parituros, & haberi faciatis ad tunc ibidem omnia nomina prædicta, & omnia nomina sectæ curiæ, dicti burgi, & nomina fratrum Gildæ, & tenentium bothas mercimonij, tàm inhabitantium, quam forinsecorũ. Et omnia nomina porcos tenentũ extra custodiâ in

Stat. wilh. c. 35.

legibus

legibus ſtatutam, in rotulamento ſufficienter, & diſtinctè ſcripta, Præmoneatis etiam operarios quoſcunque, quòd ibidem præſentēt omnes menſuras ſuas, ſtatêras, vlnas, & pondera, ac omnia alia ac ſingula inſtrumenta ſua quibus vtūtur, vel vſi ſunt in ſuis officinis; quolibet inſtrumēto, nomine cujus opus ſit, diſtinctè ſcripto. Et publicè proclamari faciatis, quòd omnes & ſinguli qui coram nobis in dicto Itinere, proſequi vel defendere voluerint, in forma juris, quacunque de cauſſa, quòd captis inde per vos plegijs, tàm ſuper proſequutione, quàm defenſione; quòd ſint ibidem ad placita ſua proſequenda & defendenda, pro-vt dictaverit ordo juris. Et deliberari faciatis ſub ſigillis veſtris inſcriptis Vice-comiti & Ballivis ſuis de A. omnia nomina foriſ-ſtallatorum forinſecorum dicti burgi, emendo vel vendendo foriſ-ſtallantium, ac omnia nomina omnium purpræſturam in proprietate, vel communi Domini Regis, infra burgum, vel extra facientium, quoquo modò. Ad comparendum coram nobis, ſeu dictis deputatis noſtris, pluribus aut vno, dictis die & loco, cum eadem continuatione, ſuper ſibi objiciendis reſponſuri, & juri parituri. Et ſitis vos Præpoſiti & Ballivi ibidem, coram nobis, dictis die & loco, cum eadem continuatione, ſuper ſibi objiciendis reſponſuri & juri parituri, pro-vt in præmiſſis dictaverit ordo juris; habentes vobiſcum veſtræ ſummonitionis, præmonitionis, & attachiamenti teſtimonium, & hoc breve. Et hoc non omittatis, ſub pœna quæ competit in hac parte.

PRAECEPTVM DE ATTACHIANDIS forinſecis.

CAP. 2.

Forinſecos intelligit, burgenſes rure manentes, & extra burgum habitantes, qui per vicecomitem debent attachiari, quia in ejus territorio habitant.

CAmerarius Vice-comiti, & Ballivis ſuis de A. ſalutem. Vobis præcipimus & mandamus, quatenus omnes illos forinſecos, quorum nomina Ballivi Burgi de E. vobis in ſcriptis præſentaverint; attachietis indilatè, ponentes ipſos ſub ſalvis, & ſecuris plegiis, quòd compareant coram nobis, aut deputatis noſtris pluribus aut vno, apud E. die *lunæ*, penultimo die menſis *Novembris* proximè futuro, cum continuatione dierum, ſuper ſibi objiciendis reſponſuri, & juri parituri. Et ſitis vos Vice-comes, & Ballivi veſtri ibidem coram nobis, ſeu dictis deputatis noſtris, dictis die & loco cum eadem continuatione dierum, habētes vobiſcum veſtri attachiamenti teſtimoniū, & hoc Breve, & hoc nullo modo omittatis.

MODVS

Digitized by Google

MODVS TENENDI ITER.

Cap. 3.

PRimò, compareant coram Camerario, vel locum ſuum tenente, omnes Burgenſes tàm intus, quàm extra habitantes ſeu forinſeci. Qui debent nominatim vocari, & qui inveniuntur abſentes, per judicium amercientur. Secta tamen priùs vocetur, & Curia affirmetur. Hinc inde vocentur Ballivi, & Bedelli anni præſentis, & præteriti, quoniam debent accuſari à tempore vltimi itineris, vſque ad tempus novorum Ballivorum. Deinde levetur aſſiſa pro inquiſitione facienda, ſuper articulis itineris Camerarii. *Item*, quæratur, ſi Ballivi habeant commiſſionem, vel non; & quibus legibus clamant Burgum Domini Regis gubernare. Poſteà vocentur omnes querelæ, & ſuper his levetur bona aſſiſa, & non ſuſpecta de melioribus & fidelioribus Burgi. *Item*, petatur [a] retornatus præcepti Camerarii, cum plegiorum inventione, ſuper adminiſtratione ipſius præcepti in omnibus. Deinde petatur rentale Burgi, per quod firmæ perticatarum terræ, leventur, vel levari debeant, tàm de terris vaſtis, quàm ædificatis. *Item*, petantur in ſcriptis, omnia nomina Burgenſium infra habitantiũ & extra, videlicet, nomina fratrũ Gildæ per ſe; & nomina aliorũ per ſe. *Item*, petatur rotulus ſectæ Curiæ, tàm infra habitantium quàm extra; tàm de terris vaſtis, quã ædificatis. Poſtremò vocentur ſũmonitiones, & probentur, vnà cũ attachiamentis legitimè.

[a] *Rotulus, ſive retornatio.*

DE MODO [a] CALVMNIANDI BALLIVOS.

[a] *Accuſandi.*

Cap. 4.

PRimò quòd non faciunt juſtitiam, & quòd non ſunt parati facere omni tempore, cum inde fuerint requiſiti, ſecundum formam juramenti ab illis præſtiti, quando fuerunt conſtituti.

2. Quòd non faciant juſtitiam æqualiter, tàm pauperibus quàm divitibus.

3. Quòd omittũt facere juſtitiã favore, odio, vel amore alicujus.

4. Quòd capiunt munera pro juſtitia faciẽda, vel omittenda.

5. Quòd faciunt panẽ, & cerviſiã venales; cõtra jura Burgorũ.

6. Quòd dant ſaſinam hæreditariam, vel ad longum tempus de aliquo Burgagio alienando, antequàm legaliter offeratur, in judicio propinquioribus de ſanguine alienantis.

7. Quòd dant ſaſinam de terra aliqua in Burgo, contra defenſam opponentis.

8. Quòd nõ perſcrutãtur Burgũ legaliter, pro leproſis ejiciẽdis.

9. Quòd non cuſtodiunt, nec faciunt cuſtodiri aſſiſam panis, vini, cerviſiæ, & carnium legaliter.

10. Quòd non faciunt juſtitiã de frangentibus aſſiſam, quoties leges requirunt.

11. Quòd non faciunt examinationem ſingulis ſeptimanis, vel ſaltem ſingulis qnindenis, de pane, vino, cerviſia, carnibus, ac cæteris examinandis in Burgo.

12. Quòd faciunt ſe partem in Curia; per quod juſtitia fieri non poteſt, aut jus partis proſequentis, vel defendentis plus ſolito retardatur.

13. Quòd non exſequuntur legaliter mandatum Domini Regis, vel Camerarii ſibi directum.

14. Quòd imponunt collectas indebitè, non conſultâ communitate Burgi.

15. Quòd vendunt, & concedunt libertates Burgi, ſervientibus extraneis, vt poſſunt emere, & vendere cum Burgenſibus, & vti cæteris commoditatibus, & libertatibus Burgi.

16. Quòd non faciunt vigilare Burgum de nocte, per ſufficientes vigiles, vt tenentur: Ita quòd non damnificentur vicini, propter inſufficientem vigilem.

17. Quòd faciunt pauperes, & non divites vigilare.

18. Pendente inquiſitione ſeu aſſiſâ, querelas acceptant, & non [b] determinant.

[b] *Al. determinant.*

DE SERVIENTIBVS, VEL [a] BEDELLIS *calumniandis.*

CAP. 5.

[a] *Tedellus à pedo, hoc eſt, à baculo præſertim paſtorali.*

INde vocentur, & calumnientur Bedelli, ſeu ſerjandi, qui ab vltima ſeſſione Camerarii in illo Burgo miniſtraverunt.

2. Quòd non præſentant fideliter omnes plegios in manu ſua inventos, Ballivos in Ballivorum ſeſſione, nec Camerario in ſeſſione ipſius.

3. Quòd non præſentant omnes diſtrictiones Ballivis, pro defectibus contingentes, ad eorum officia pertinentes.

4. Quòd nõ capiũt æquè vigilias, tàm divitũ, quàm pauperũ.

5. Quòd in captionibus, & oneribus neceſſariis pro Domino noſtro Rege, Juſtitiario vel Camerario, non æquè ſe gerunt, ſed amicis, & benevolis ſuis parcunt, & cæteros de civitate nimis infeſtant & ponderant.

6. Quòd

Digitized by Google

6. Quòd in ſolutionibus hujuſmodi faciendis in eorum manibus detentis, minùs ſolvunt quàm receperunt, & in commodū ſuū, ac in damnū cōmunitatis, cauſſa rigoris officii ſui, cōvertant.

7. Quòd non capiunt omnia genera panis, & cerviſiæ, vt in mandatis habent, pro examinatione facienda, ſed pro lucro ſuo, à quibuſdam capiunt; & quibuſdam parcunt, per quod aſſiſa non poteſt fideliter cuſtodiri.

DE GVSTATORIBVS CERVISIAE *calumniandis.*

Cap. 6.

CAlumnientur primò, quòd non ſunt parati ſigno expoſito, ad cerviſiam guſtandum.

2. Quòd non ſunt parati ad guſtandum, quotieſcunque braſiatrix tunnaverit.

5. Quòd farciunt ventres ſuos, in potando ſeu guſtando, ita quòd amittunt diſcretionem guſtandi.

4. Quòd intrant in domo, vbi deberent ſtare foris in media platêa ante oſtium, & mittere vnum de ſociis ſuis intus, cum Bedello, qui eligat de qua olla, ſibi placuerit guſtare: & inde præſentabit ſociis ſuis ad guſtandum, & ad diſcernendum, ſecundum aſſiſam impoſitam.

5. Quòd non præſentant defectus inde Ballivis, ad proximam Curiam ſequentem.

6. Quòd non ponunt aſſiſam de cerviſia, ſed dicunt ſimpliciter eam eſſe bonam, vel malam.

DE APPRETIATORIBVS CARNIVM.

Cap. 7.

APpretiatores carnium debent calumniari.

2. Quòd non ſunt ſemper parati, ad appretiandum carnes, ſigno expoſito tam pro vtilitate carnificum, quàm populi.

3. Quòd non ſcrutantur forum [a] Regis, quolibet die fori, de modo emtionis animalium comeſtibilium, videlicet, boūm, mutonum, porcorum; & ſecundum emtionem fori, per eorum diſcretionem ponitur aſſiſa, non admiſſo juramento alicujus carnificis, in hac parte.

4. Quòd dono, prece, vel pretio, favorabiliter appretiant carnes in damnum populi Regis.

5. Quòd non faciunt pretium de prædictis carnibus, quoties fuerint requiſiti.

[a] *Pretium Regis* the kings price.

Iter.

DE CARNIFICIBVS.

Cap. 8.

CAlumnientur primò, quòd non vendunt carnes juxta aſſiſam, proborum villæ.

2. Quòd vendunt carnes antequam appretientur.

3. Vendunt pro majori pretio, quàm fuerunt appretiatæ.

4, Emunt, & occidunt animalia de nocte, contra legem Burgorum.

5. Foriſtallant Burgenſes, et Burgum, emendo in patria.

6. Vendunt carnes ſine ſigno, vel ante expoſitionem ſigni.

7. Bonas carnes vendunt extraneis, & malos vicinis, & è converſò.

8. Negant, & occultant pretium alicui petenti pretium.

9. Vendunt carnes in coopertura, ſeu in ſecreto, clauſa feneſtra, & non apertè in feneſtra, & in ſtabello.

10. Quod [a] non faciunt lardarium in groſſo, & illud vendunt minutè tabernando, contra jura, & ſtatuta Burgorum.

[a] *Al. quod faciũt lardarcum, & recte.*

DE PISTORIBVS.

Cap. 9.

IMprimis calumnientur Piſtores.

1. Quòd tenent in ſuis furnis plures ſervientes, quàm lex permittere vult, vbi de jure non tenentur habere, niſi quatuor perſonas; magiſtrum, duos ſervientes, & garcionem.

2. Vbi debent capere ſingulis vicibus, pro magiſtro vnum denarium, pro duobus ſervientibus denarium, & pro garcione vnum quadrantem, pro hujuſmodi debito pluſquam debent accipiunt à populo, pro libito ſuo.

3. Quòd non faciunt panem concordantem monetæ, panem pro denario, panem pro obulo, panem pro quadrante.

4. Quòd non faciunt quodlibet genus panis, vt lex Burgi requirit, videlicet, quachetum ſymmellum, vaſtellum, panem azymum, purum panem, panem mixtum, & panem de *trayt.*

5. Quòd minuunt pondus datum iis per Ballivos Burgi.

DE BRASIATORIBVS.

Cap. 10.

DEbent braſiatores calumniari.

1. Quòd non ſervant aſſiſam in vendendo cerviſiam, juxta impoſitionem proborum villæ, & juxta emtionem braſii.

2. Quòd

Digitized by Google

2. Quòd non faciunt guſtari cerviſiam, ſeu tunnari, antequam illam vendant.

3. Non exponunt ſignum, ad certificandum guſtatores cerviſiæ, vt decet.

4. Vendunt cerviſiam non præeunte guſtatore, vel ſigno præoſtenſo.

5. Non habent menſuras, videlicet, quartam, pintam, tertiam, & partes concordantes monetæ Domini Regis, per quas menſuras, populus poſſit deſerviri, debitè cum indiguerit.

6. Quamvis illas menſuras habuerint, tamen recuſant vendere in minuto: ſed in integro, vt ollæ ſtant.

7. Poſt guſtationem, de novo tunnant.

8. Quòd illæ ollæ quas habent non continent in cerviſia clara ſine fece, lagenam Regis, vbi de jure, continere debeant, lagenam regiã menſuratã in cerviſia clara ſine fece, vel fermento.

9. Quòd adhuc vtuntur officio ſuo, poſtquam per aſſiſam ab eodem poſiti fuerint, & per juris obſervantiam abjurare debet dicto officio, per vnum annum, & vnũ diem, ſi convicti fuerint.

DE MOLENDINARIIS.

Cap. 11.

IMptimis calumniandi ſunt.

1. Quòd tenent plures ſervientes in molendino, quàm eis conſideratum eſt à Burgenſibus, in damnum Regis, & populi.

2. Non tenent vnicuique ſuum locum *le rowm* vt tenentur, ſed pro lucro permitunt alterium alterius locum occupare.

3. Majus ſpatium occupant malitioſè & contra legem inter *le haper*, & lapidem molarem, pro eorum lucro, vbi lex non permittit ibidem ampliùs ſpatium eſſe quam vna virgola æſtiva de corylo.

4. Capiunt ſalmunculos in ſtagnis molendini, contra prohibitionem juris.

5. Vtuntur binis menſuris.

6. Plus capiunt à molentibus, quàm de jure, ſeu conſuetudine debent.

DE CVSTVMARIIS PARVAE CVSTVMAE.

Cap. 12.

PRimò capiunt cuſtumam largiore modo, quàm impoſitum eſt à Domino Rege, contra formam contentam in legibus, in

quibus cuſtuma eſt redacta in ſcriptis.

2. Capiunt majorem cuſtumam quàm debent de jure capere, ad exhæredationem & præjudicium Domini Regis.

DE CVSTVMARIIS MAGNAE *cuſtumæ.*

CAP. 13.

HI debent calumniari.

1. Quòd non capiunt juramentum, cujuſlibet perſonæ præſentantis modum ſuorum bonorum, ſecundum quem cuſtuma capi debet: Sed à quibuſdam capiunt, & à quibuſdam non; ſed eis favorabiliter parcunt.

2. Vbi habent hæſitationem de præſentatione bonorum cuſtumandorum non ſufficiente, non perſcrutantur vlteriùs, pro commodo Regis, tàm per interiorem per ſcrutationem populi, quàm per manuum appoſitionem ad ponderationem ſaccorum; ſed ſinunt talia præterire in damnum Regis: neque perſcrutantur naves pro lanis, vel bonis non cuſtumatis, vel non tronatis, vel etiam pro rebus malè tronatis.

3. Vbi recipiunt mandata Domini Regis, vel Camerarii, ſuper ſolutionibus faciendis: quibuſdam ſolutiones pro lucro faciunt, & à quibuſdam malitioſè ſubtrahunt.

DE GAVGIATORIBVS.

CAP. 14.

Edward. 3. An. 31. c. 5
Richard. 2. An. 3. c. 4.
In the ſtatute at northamtoun. An. 4. c. 1.
Henr. 6. An. 23. c. 16.
Eliz. An. 31. c. 8.

GAugiatores debent calumniari quòd capiunt feudum, & non faciunt ea quæ ſpectant ad ſuum officium. Quia debent ſignare pannum, panes, dolium, ſigillo officii ſui quòd non faciunt, propter quod damnificantur emtores: ex quo ignotum eſt, eis vtrum habeant quod juris eſt, an non.

DE TRONATORIBVS.

CAP. 15.

[a] *Al. tronandi.*

TRonatores calumniabuntur, quòd non cuſtodiunt officium ſuum in tentando [a] lanas, ſed quibuſdam perſonis lanas tentant, & quibuſdam non; pro donis inde capiendis, in damnum Regis. Et eodem modo debent calumniari, de omnibus ponderibus majoribus, & minoribus.

DE

DE PISCATORIBVS SALMONVM.
Cap. 16.

CAlumniabuntur piſcatores, qui piſcantur in aquis, quòd non ſervant filum aquæ, ſcilicet, medium *ſtreame* prout debent.

2. Quòd piſcantur in nocte, & omni tempore injuſtè, non habendo conſiderationem ad leges & ſtatuta, vbi captio ſalmonum inhibita eſt eis, à die Sabbathi poſt veſperas vſque ad diem *Lunæ* ad ortum Solis.

3. Vendunt piſces ad aquas, vbi debent præſentare, & vendere in foro.

DE PROVISORIBVS REGIS JVSTI-
tiarii vel Camerarii.
Cap. 17.

PRimò calumniari debent, quòd habent in mandatis providere; providentplus, & abundantiùs, quàm habent in mandatis, & ſub colore pretii regii, cumulãt ſibi cõmodum ſingulare.

2. Non faciunt plenam ſolutionem de denariis ſibi allocatis, pro hujuſmodi ſolutionibus: ſed ſolvunt quibus volunt, & quantum volunt, vnde populus grave damnum incurrit, ex eo quòd non audet conqueri de ipſis ob rigorem officii ſui.

DE TABERNARIIS VINI.
Cap. 18.

QVi iſto modo calumniabuntur.

1. Quòd vendunt vinum ſine guſtatione.
2. Vendunt cum menſuris propriis, non probatis à Ballivis.
3. Miſcent vina corrupta cum ſanis.
4. Vendunt ſine appretiatione priùs facta.

DE PISCATORIBVS ALBORVM PISCIVM.
Cap. 19.

PRimò quòd vendunt piſces ſuos ad littus maris, cum vendere debeant in foro Regis, vnde foriſtallatores plenariè dici poſſunt.

2. Vendunt piſces de noctu, & abſcondunt in domibus ſuis, & in hoſpitiis ſuis ad ſeductionem populi malitioſè, vnde plenariam forisfacturam incurrunt.

DE

SVTORES.

Cap. 22.

SVtores debent calumniari, quòd tannant corium : faciunt calceos, contra leges, et ſtatuta, videlicet, ex corio et pellibus animalium, quorum cornua, et aures ſunt ejuſdem longitudinis.

2. Faciunt calceos, ocreas, et alia, ex corio, priùs quàm fuerit tannatum.

3. Conſuunt falſo, et putrido filo : vnde calcei perduntur antè quàm plenè conteruntur.

4. Debent addere corio, oleum, et ſevum : tamen addunt tantùm aquam, et ſalem.

5. Faciunt calceos, et res alias operantur ex corio, priùs quàm fuerit benè mollitum ſeu mollificatum : in magnum damnum, et præjudicium ligiorum Regis.

PELLIPARII, SEV PELLIONES.

Cap. 23.

PElliones debent accuſari, quòd faciunt chirothecas, et res alias, priùs quàm pelles, bene et ſufficienter curantur.

2. Corrumpunt pelles, propter defectum rerum neceſſariarum ad eas curandas, et perficiendas hoc eſt, aluminis, ovorum, et rerum aliarum.

3. Corrumpunt pelles, ſive coria in aquis, quando in illis merguntur.

4. Conſuunt, falſo et corrupto filo, aliiſque vtuntur falſis inſtrumentis.

5. Faciunt tales, magiſtros artis, qui illam ignorant.

SARTORES.

Cap. 24.

SArtores debent calumniari, quòd faciunt multas reliquias, et fruſta multa ex panno, cum eum ſecant : vel propter feſtinationem, vel propter ignorantiam artis.

2. Accipiunt ſibi particulas panni, et ſciſſiones manicarum : et alias minutias.

3. Faciunt hominibus ſua veſtimenta, aliter quàm ipſi mandant, et præcipiunt.

4. Conſuunt,

4. Conſuunt, falſo, et putrido filo, et aliis rebus.

5. Non obſervant omnibus hominibus dies ſuos.

6. Faciunt multos magiſtros artis, qui ejus artis ſunt ignari: in magnum præjudicium ipſius Regis, & ſui populi.

7. Operantur in diebus feſtis, contra legem Dei.

TEXTORES.

Cap. 25.

TExtores debent calumniari, et accuſari, quòd faciunt nimis multas filorum reliquias, et etiam nimis Longas, in damnum et præjudicium populi.

2. Cum accipiunt pannum per pondera, et per pondus eundem reſtituunt, faciunt eum humidum, et aſpergunt eum vrina, et aliis, vt ſit majoris ponderit: et hoc modo magnam ejus quantitatem ſibi retinent.

3. Capiunt malum, & putridum filum, ex lino vel lana, illud imponunt telæ, & intexunt, feſtinationis cauſſa

POLENTARIJ.

Cap. 26.

POlentarij, qui braſium curant & faciunt *Malt-makers* calumniari debent, quòd faciunt bonum braſium, & malum, & ſimul & conjunctim: cum debent ea facere ſeparatim, & pro diverſis pretijs.

2. Non ſatis, neque benè mergunt in aquis hordeum, quòd eſt ejus perfectionis magnum impedimentum.

3. Cùm in horreo illud faciunt, permittunt & tolerant ipſa grana ſubſtantiam ſuam emittere ex vtraque cauda: cum ex vna cauda tantùm, id fieri debeat.

4. Faciunt braſium ſuper mala terra, ſeu pavimento horrei: vnde redditur malum, et inſalubre.

5. Braſium non fumatur ſuper molendino.

6. Molunt in molendino nimis tenuiter: vel in nimis parvas partes: et ea eſt cauſſa, quòd cùm coquitur in *lie masking fat*, non currit, quia in molendino vnumquodque granum, debet frangi tantùm in duas, vel tres particulas.

SELLARII,

Digitized by Google

SELLARII, SIVE EPHIPPIARII.

Cap. 27.

SEllarii debent accusari, quòd sellas faciunt ex ligno viridi: cum fieri debeant ex ligno arido.

2. Non ligant neque conjungunt partes sellæ corio, vel glutine, sicut debent facere.

3. Apponunt sellis mala et vitiosa ephippia, fræna falsa, fractas et corruptas stapedas, vnde multi læduntur et occiduntur.

4. Consuunt malo, et putrido filo.

5. Non custodiunt dies suos, his cum quibus habent negotiū.

6. Non custodiunt, neque observant dies festos.

DE CLERICO CAMERARII.

Cap. 28.

STatutum est, quòd Clericus sit specialiter deputatus per Regem non habens aliquam ligam, vel domicilium cum Camerario. Et sit obligatus Regi duntaxat & juret, quòd nihil faciet de mandato Camerarii, in præjudicium Regis: sed semper avisset Regem in omnibus & singulis; secundum ejus consilium, & instructionem operetur. *Ex libro Sconensi.*

DE TEMPORE ITINERIS.

Cap. 29.

ITem, Camerarius non faciet iter suum in hyeme; sed in æstate, ad evadendum sumtuosas expensas.

PONDERA, ET MENSVRAE.

Cap. 30.

IN omni Itinere, Clericus Camerarii deferat secum pondera, & mensuras, & faciat quòd strictissimè examinentur pondera tronarum, & quòd omninò concordent, cum ponderibus suis, & nec minus, nec plus. Iac.3.parl.4.c.22. Iac.4.parl.3.c.33.parl 6.c.96.Matth.7. Marc.4.24. Luc.6,38.

FORISSTALLATORES.

Cap. 31.

ITem, prædictus Clericus apportet, & præsentet Regi, per indenturam in scriptis, omnia nomina indictatorum, per quodlibet Burgum pro foris-stallatione.

DE

DE AMERCIAMENTIS.
Cap. 32.

ITem, nullum amerciamentum modificetur, per Camerarium, vel Clericum ſuum ſine ſpeciali mandato, & conſenſu Domini Regis.

DE PRETIO VICTVALIVM.
Cap. 33.

aVid. Lib 6. Part. 7. c. 121.

ITem, pretia victualium, & aliarum rerum, conſtituantur infra Burgum, & Camerarius diligenter inquirat, in ſuo itinere, de omnibus infringentibus dictum pretium.

DE ESCHETIS, ET ALIIS.
Cap. 34.

ITem, prædictus Clericus Comerarii, apportet & præſentet Domino Regi, in ſcriptis, omnia eſcheta in Burgis, in tenementis & aliis; & nomina illorum, qui ſunt poſiti in voluntate Regis, pro ſuis forisfactis vna cum omnibus judiciis falſatis, infra Burgum, ac nominibus eorum.

DECRETA CAMERARII NON DEbent devolvi ad judicem inferiorem.
Cap. 35.

ITem, actiones ſive placita mota, ſive intentata coram Camerario, de jure, nunquam debent devolvi vel deſcendere ad judicem inferiorem.

POST QVADRAGINTA DIES, DEcreta Camerarii, mandantur exſecutioni.
Cap. 36.

ITem, damna et expenſæ taxatæ in itinere Camerarii, neque debita per ejus ſententiam, et decretum recuperata, et judicata, ſolvi debent; donec quadraginta dies (à tempore latæ ſententiæ numerandi) præterierint.

DECRETA

DECRETA CAMERARII DEBENT MANDARI exſecutioni per Magiſtratus Burgi.

CAP. 37.

ITem, quicquid Camerarius in ſua ſententia ordinaverit, ſeu decreverit: Alder-mannus & Ballivi, ipſius burgi, debent curare vt ſolvatur (ei in cujus favorem ſententia eſt lata)

BALLIVI BVRGORVM DEBENT JVDICARI a Camerario.

CAP. 38.

ITem, quicunque calumniaverit Ballivum alicujus burgi, in aliquo, quod tangit ejus officium, non cogitur reſpondere, niſi coram Camerario.

ARTICVLI INQVIRENDI IN PRIVATA & ſecreta inquiſitione.

CAP. 39.

IMprimis, ſi quis diſperſonaverit Ballivos, vel ſervientes in officijs ſuis faciendis, vel ipſos impediverit, quo minus juſtitiam facere valeant, vt debent.

2. Si quis foriſ-ſtallat burgum, animalia, vel cætera bona, emendo vel vendendo.

3. Si ſit aliqua terra in burgo foriſ-facta, ex quacunque cauſſa.

4. Si ſint defamatores, vel rebelles, vel noctivagi in burgo.

5. Si quis abjuravit villam pro aliquo debito, ſeu malefacto, & poſteà redijt.

6. Si ſit aliquis baſtardus qui terras acquiſivit, nullum relinquens hæredem de corpore ſuo.

7. Si ſunt aliquæ communes venellæ obſtipatæ, & obſtructæ, & per quem.

8. Si ſit aliqua terra in burgo, vel extrà, quæ non ſolvit Domino Regi, annuum redditum.

9. Si quis favet alicui Domino, magis quàm Domino Regi, reddendo ſibi cenſum annuum.

10. Si aliquis impetrat Dominum rure manentem, ad veniendum ad Curias Burgorum, in præjudicium, vel damnum vicinorum ſuorum.

11. Si aliquis trahit vicinum ſuum, ad curiam Eccleſiaſticam, à curia ſeculari.

12. Si quis vtitur binis menſuris, ſtatêris, ponderibus, ſive vlnis.

13. Si metæ & bondæ Burgi, benè & fideliter circumquaque cuſtodiantur.

14. Si ſit aliqua confœderatio inter aliquos villæ, per quam, vicini injuſtè graventur in aliquo, vel pauperes deprimantur.

15 Si tinctores vel ſutores, qui ſunt fratres Gildæ, vtuntur officijs ſuis manu propriâ.

16 Si ſutores ſunt Tannatores.

17. Si communis burſa benè cuſtodiatur, & vt decet æqualiter dividatur.

18. Si Ballivi aliquibus vendunt libertates burgi, ſine conſenſu communitatis.

19. Si ſunt aliqui, vel aliquæ, quæ dicunt, ſe non eſſe braſiatrices, & tamen vendunt aliquando cerviſiam, commenſalibus ſuis, & alijs ſine guſtatione præhabita, vel pretio ante impoſito.

20. Si ſunt aliqui qui hoſpitant, & receptant malefactores in domibus.

21. Si ſunt aliqui qui abducant lanas, pelles, & coria ſeu cætera bona, de quibus non ſolvunt cuſtumam debitam, & conſuetam.

22. Si qui ſunt qui conſilia vicinorum ſuorum, vel Domini Regis, aut ea quæ in inquiſitione, vel aſſiſa deponuntur, alijs enarrant.

23 Si qui ſunt qui terras, vel redditus in manus Religioſorum virorum, aut aliorum Eccleſiaſticorum dederunt, ſine licentia Domini Regis.

24. Si qui ſunt inductores falſæ monetæ, de forinſeco regno.

25. Si qui ſunt qui purpræſturam faciunt infra burgum, in propria terra alicujus vel in communi.

26. Si aliqua judicia ſunt falſata in burgo, & non præſentata illis quibus debent notificari.

27. Si Ballivi fecerunt judicium de ponderibus, braſiatoribus, & alijs poſtquam fuerunt amerciati

28. Si Braſiatores vendunt cerviſiam per fidelem menſuram.

29 Si

29. Si braſiatores braſiant, & vendunt cerviſiam, ſecundum pretium iis impoſitum per guſtatores.

30. Quoties quilibet Piſtor, & fractores aſſiſarum, ſint amerciati in anno.

31. Si Ballivi in domibus ſuis faciunt panem venalem, vel cerviſiam venalem.

32. Si aliqui leproſi receptantur in villa.

33. Si aliqui ſunt ſcandalizatores communes non puniti.

34, Si ſunt binæ menſuræ viſitatæ in Burgo, vel vlnæ,& pondera, ſcilicet, vna ad vendendum, & alia ad emendum.

35. Si aliquis non habens libertatem, ea vtitur contra libertatem Burgi, ad damnum Domini Regis, & Burgi ſui, infra dictum Burgum, vel extrà.

36. *Item*, ſi aliquis occupavit, intravit, vel teneat terram Domini Regis, vel alicujus alterius injuſtè.

37. Si aliquis Ballivus in aſſedatione profectuum Domini Regis, fuerit particeps captionis.

38. Si qui ſunt qui occupant terras, vel redditus ad manus Domini Regis devenientes, quacunque via, eſchetæ, aut foriſfacturæ.

39. De redditibus Domini Regis concelatis.

40. De illis qui vtuntur libertate Burgi, non habentibus aliquam terram ædificatam vltra annum.

41. De cocis, & coquentibus carnes, vel piſces humano vſui minùs aptos, vel etiam poſtquàm talia tenuerunt vltra debitum tempus; & aliâs calefaciunt & vendunt in manifeſtam populi deceptionem.

42. De allocationibus factis per Præpoſitos Burgi, & non ſolutis pauperibus, cariagium, vel alios labores facientibus.

43. De ſubtrahentibus bona in adventu Camerarii, vel ſuorum Clericorum: pro eo quòd ea Domino noſtro Regi, vendere noluerunt.

44. De nativis Domini Regis, latitantibus infra Burgum.

45. Si de communibus profectibus Burgi, legalis fiat aſſedatio, & levatio. Et ſi de eiſdem fidele computum communitati Burgi reddatur. Et ſi ita non ſit, per quem & in quorum manus devenerunt, & quomodo tranſeunt in negotiis communitatis.

46. De gaggis, ſeu menſuris pannorum, & vinorum qualiter obſervantur.

47. Cuſtodia magnæ cuſtumæ, & privatæ inquiratur.

48. De debitis ſectis, ad Curiam Regis ſubtractis.

49. De cariagiis captis, & revenditis.

50. De omnibus Bragatoribus in Curia.

51. Si Ballivi fecerunt imbreviare placita, quæ tangunt Coronam Domini Regis infra Burgum; videlicet, de incendio, raptu mulierum, murdro, & roboria.

52. Si Ballivi fecerunt Breviare aliquas querelas inter Burgenſem & mercatorem, poſt tertiam maris refluxionem per dilationem voluntariè.

53. Si quis tenuerit pondera, vel menſuras non ſignatas ſigillo Burgi.

54. Si viduæ compellantur ad vigilandum.

55. Si quis retinuerit advenas, in domo ſua, plùs quàm vna nocte, qui pro iis plegium dare noluerit.

56. Si aliqui cœperunt ſuperflua telonæa, vltra conſtitutionem Burgi.

57. Si omnes præcones communiter eliguntur ab omnibus, ſecundum conſuetudinem Burgi.

58. Si quis tenuerit molas manuales, aliis quàm Burgenſis; vel braſiaverit, & braſium fecerit, abſque fine facto, & quis eos advocat.

59. Si Ballivi non fecerunt rotulare ſuas Curias, & aſſiſas.

60. Si aliquis ſit communis miniſter Burgi, qui non ſit Burgenſis ejuſdem Burgi, vel nullam habens terram hoſpitatam in eadem villa.

61. Si quis locum tenens, vel Ballivus Camerarii, ſteterit in placitis, contra Dominum Regem, vel contra ſtatum & libertatem ſuæ communitatis, cum Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, vel quibuſcunque aliis, prece, vel pretio.

62. Si Burgenſes aliqui exiſtant, qui mercatores tâm extraneos, qnâm privatos, ad Burgos cum ſuis bonis per mare, vel per terras venientes, tàm difficiliter pertractant, leges non obſervando, debitas ſolutiones detinendo, ſeu alia gravamina ſibi inferendo, quòd tales mercatores relinquunt acceſſus ſuos ad Burgos, & portas Burgorum, in damnum Domini noſtri Regis, & communitatum Burgorum, manifeſtam depauperationem, & gravaminum occaſionem.

63. Si ſtallangiarii emunt, & vendunt liberè in Burgo, vt

Burgen

Digitized by Google

Burgenſes, & ex cujus permiſſione: aut ſi braſiant', vel braſium faciant, aut molas tenent.

64. De ſervientibus munera capientibus, pro juratis amovendis de aſſiſa.

65. De his qui parcunt divitibus; & pauperes faciunt ſummoneri, vt interſint aſſiſæ.

66. De his qui abjuraverunt villam, & poſtmodum latitant in eadem villa.

67. De hoſtilagiis in Burgo.

68. De carnificibus Burgenſibus, ponentibus manus ſuas in ventres martarum.

69. De tinctoribus Burgenſibus, ponentibus manus ſuas in *le wadde.*

70. De detentoribus, & ſubtractoribus multuræ Domini Regis, de molendinis Domini Regis.

71. Si ſunt aliqui furatores gallinarum, frumenti, vel alterius bladi aut aliarum rerum in Burgo.

72. Si ſunt aliqui noctivagi, aut vigilantes in autumno, vel hyeme, tacitè capientes, aliorum frumenta & ſegetes, vel eas de nocte vaſtantes, cum ſuis equis, aut animalibus.

73. Si aliqui ſunt convitiatores, defamatores, communiter pugnantes, aut aliqui alii malefactores.

74. Si qui ſunt in Burgo banniti, qui tamen in Burgo manent, & nondum exierunt.

75. Si aliquis detinuerit à Domino noſtro Rege, debitum ſervitium ſuum annuum, ſibi debitum, de terra ſua.

76. Si quis vendiderit aliquas groſſas merchandias, magnam, & parvam cuſtumam Domini Regis ab ipſo, & magnis cuſtumariis ſuis, auferendo.

77. De his qui ſe intrudunt in alienas terras, & eas occupant injuſtè.

78. De taxationibus poſitis in Burgo, ſi æqualiter ponantur ſuper divitibus, & pauperibus, juxta eorum facultates.

BREVIS, ET SVCCINCTA FORMA ITINERIS SEV CVRIAE JVSTITIARIJ.

PRimò, vocentur ſectatores, et eorum Domini; Quia tametſi ſectatores comparent: tamen eorum Domini obligantur ad comparendum coram Juſtitiario, in ſuo itinere. Verùm debent per Servientes Curiæ ſummoneri, ad eorum domicilia, coram teſtibus diverſarum Baroniarum.

2. Commiſſio Juſtitiario data per Regem, debet produci, et publicè legi.

3. Curia debet legitimè affirmari.

4. Adjudicator, ſive pronunciator ſententiæ, debet jurare, de exercendo ſuo officio fideliter.

5. Sectatores Curiæ iterum vocari debent: ſinguli illorum bis, cum ipſorum Dominis: et abſentes amerćiari, ſeu mulctari.

6. Defaltæ, et contumaciæ partium, nempe Actoris, et Rei judicentur: et abſentes amercientur.

7. Vocentur Brevia, et ſummonitiones, et partes, ſeu Rei ſummoniti.

8. Summonitiones verificentur, quòd factæ ſunt per ſpatium quadraginta dierum ad minus: alioqui nullæ, et invalidæ judicentur. Si autem non verificentur per Servientem Curiæ: ipſe amerciabitur: et pars Rea abſolvetur, et quieta recedet.

9. Aſſiſa eligatur ex melioribus, et prioribus hominibus patriæ: qui jurabunt, magno Sacramento interveniente, quod verū dicent, et verum non celabunt in his quæ illis proponentur.

10. Vocentur Coronatores, et indictamenta ſint recepta, et in judicio producta. Vocentur perſonæ jndictatæ. Et ſi comparent, præſententur in Curia, et accuſentur. Vice-comes autem

pro

Digitized by Google

pro illis reſpondebit, donec ſuper illis judicium datum fuerit.

11. Si quis habet poteſtatem, vel commiſſionem replegiandi aliquem à Curia Juſtitiarii, ad aliquam Curiam Regalitatis, commiſſionem in Curia producat, et pro ea ſolvat. Et ſi replegiatio alicujus perſonæ fuerit admiſſa: replegians relinquat plegium qui dicitur *culreach* in Curia Juſtitiarii. Sed advertat diligenter Juſtitiarius, quòd nullæ perſonæ replegientur fraudulenter ad Curias Regalitatum. Et quòd nulli allegabunt ſive affirmabunt ſe habere Regalitatem, cùm nullam habeant.

12. Deinde interrogabuntur Ballivi Burgorum, ſi qui fuerint præſentes: ſi quos, ex ſuis fratribus comburgenſibus, voluerint replegiare. Et injungetur illis, vt commiſſionem ſuam exhibeant, et pro ea ſolvant; et nomina fratrum ſuorum replegiandorum in ſcriptis producant. Et inquiretur ab illis Ballivis, ſi ſe ipſos, ſuam commiſſionem, et ſuum Burgum de E. fidejuſſoris nomine, obligare voluerint, quòd dictæ perſonæ, ſiſtentur coram Juſtitiario, ad ipſius calumniam, cùm ipſe voluerit: quòd ſi promiſerint, extenſâ manu ſe id facturos promittant. Sed antequàm hæc faciant, Ballivi præſentabunt omnes et ſingulas perſonas prædictas, perſonaliter in judicio, coram Juſtitiario, in primo die, ſive Curia Itineris, quæ eſt peremtoria, ſicut quarta Curia olim eſſe ſolebat.

13. Vocentur continuationes prioris Curiæ, ſi quæ ſunt, et nomina eorum qui in priore aliqua Curia vocati, ad hanc Curiam continuati fuerunt et accuſentur. Deinde vocentur Rotuli, continentes nomina illorum qui ad hanc Curiam, indictati, et ſummoniti ſunt.

14. Qui habent reſpectuationem, ſive continuationem criminis, ſibi à Rege conceſſam, ipſi perſonaliter præſentes, vel per ſuos Actornatos petant continuationem, ſive accuſationis dilationem. Verùm ſi quis invenit ſecuros, et ſalvos plegios; et accuſatur per aliquem certum accuſatorem; reſpectuatio ipſi conceſſa, nihil ei proderit quia Dominus Rex poteſt reſpectuare, et differre actionem ſibi competentem: ſed non poteſt præjudicare parti damnum paſſæ, aut ejus intereſſe ſolvere, vel remittere.

15. *Item*, ſi accuſatus prætendat remiſſionem ſeu abolitionem criminis ſibi per Regem conceſſam: hanc exhibeat in publica Curia. Et licet remiſſio fuerit generalis: ſi tamen accuſatus negaverit crimen, de quo accuſatur, [a] per Rotulum ſubibit aſſiſam.

[a] *Ordinem Rotuli qui continet nomina reorum.*

sam. Et si convictus fuerit, nihil sibi valebit remissio. Qui igitur remissionem exhibet, caveat, quòd nihil neget. Debet tamen probare, quòd obtulit parentibus propinquioribus interfecti, emendas, vel damnum passo, satisfactionem condignam, juxta quantitatem, vel qualitatem delicti. Et si sic fecerit, rectos plegios inveniet, coram Justitiario, de eodem faciendo; quòd si facere nequiverit, fiat de eo Justitia, nec sibi valebit remissio.

16. Si accusatus comparet in Curia, et per Assisam convictus fuerit: pœnam subibit legitimam, et crimini de quo accusatur, de jure debitam.

17. Si per assisam absolutus fuerit, et mundatus de crimine sibi imposito; quietus et immunis recedat.

18. Si accusatus se in voluntate Regis posuerit, et ejus gratiam petierit, componat, et finem faciat cum Rege, vel ejus Justitiario.

19. Si denique is qui est indictatus et summonitus, non comparet in Curia coram Justitiario, post quàm in Curia fuerit legitimè vocatus; amercietur, et publicè denunciabitur rebellis, et omnia eius bona secundum criminis exigentiam, inferantur fisco.

STATVT. WILH.



STATVTA, SIVE ASSISAE REGIS VVILHELMI, REGIS SCOTIAE, FACTAE APVD PERTH, CORAM EPISCOPIS, ABBATIBVS, BARONIBVS, ET ALIIS PROBIS HOMINIBUS terræ ſuæ.

DE VVARANTO FVRTI.

CAPVT. I.

PLacuit Regi et concilio ſuo, quòd ſi quis calumniatus fuerit de furto: & traxerit aliquem ad warantum, vt de eodem adhuc obſerventur, conſuetudo, & aſſiſa, quæ fuerunt tempore Regis David, quouſque alia aſſiſa inde facta fuerit. Lib. 1. c. 16; Iac. 5. part. 6. c. 71.

ANNOTATIO.

Terræ ſuæ.] *In quibuſdam libris. Anno primo quo Saxo venit in Angliam, mendosè. Nam Hengeſtus et Horſus fratres, Saxones, venerunt in Angliam, ſub Wortigero Britonum Rege. Anno Chriſti* 447. *Et* Wilhelmus *cognomento Leo, filius* Henrici, *Principis Scotiæ, et Comitis Huntingtoniæ, nepos* Davidis *primi, cœpit regnare, poſt fratrem* Malcolmum 4. Virginem, *Scotiæ Regem, Anno Mundi,* 5135. *Anno Chriſti* 1105. *et regnavit, Annos* 49.

Digitized by Google

DE PLACITIS JVSTITIARII, ET Vice-comitis. CAP. 2.

Quon. Attach. c. 79.

AD ſummonitiones Iuſtitiarij, Epiſcopi, Abbates, Comites, Barones, Milites libere-tenentes, ad placita Juſtitiarij eſſe debent ex præcepto Domini Regis.

2 Statuit etiam Dominus Rex, quod ad caput quadraginta dierum, quilibet Vice-comes placita ſua teneat.

Iac. 1. parl. 9. c. 131. Ang. Regis Henr. An. 52. c. 10.

3 Et Barones, & Milites, & liberè-tenentes, & Senaſcalli Epiſcoporum, Abbatum, & Comitum, placitis Vice-comitis intereſſe debent. Et ſi aliquis iſtorum venire neglexerit, [a] foriſfactum omnino incurrat.

a Solvat amerciamentum (*the vnawe*) quod debetur pro contumacia in curia Vice-comitis. Leg. Malc. 2. c. 8. 2.

4 Et Juſtitiarius non poteſt tenere placita coronæ, quæ contingunt infra Balliam alicujus Vice-comitis; niſi ad caput quadraginta dierum. Quoniam Eſſonium faciendum eſt coràm Iuſtitiario, vel ejus [b] aſſignato.

b Ejus deputato.

5 De placitis pertinentibus ad coronam, Vice-comes poteſt recipere ad placita ſua ſtatuta, ex præcepto Iuſtitiarij; ſecundùm aſſiſam Regni.

6 Et reus debet juſtè habere diem ad caput quadraginta dierum ad minus.

Dies qui in priore termino 8. hebdomadarum abundabant; in poſteriore termino vnius menſis computari debent.

7 Et ſi juſtitiarius ex gratia ſua, eidem reo, diem dederit, ad finem octo hebdomadarum: reus de jure, recuſare non poteſt; quin diem proximum recipiet, ab illo die, in vnum menſem. Quoniam tunc habet bis quadraginta dies, in duobus curiæ terminis.

JVDICES SEQVI DEBENT [a] REgem. CAP. 3.

a Vt ſci. omnium querelis reſpondeant ſummariè, coram Rege.

Iac. 2. parl. 3. c. 6.

STatutum fuit apud *Montroſe*, quòd cùm Rex in aliquam provinciam venerit: judices prima nocte, ad eum venire debent.

2 Nec liceat eis à curia Regis recedere: antequam Rex exeat ab illa Provincia, niſi per licentiam Regis.

3 Et ſi quis ſine licentia diſcedat: dabit Domino Regi, octo vaccas ad foriſfactum.

DE

DE DEFORCIANTE MINISTROS REgis, in officio ſuo exercendo. CAP. 4.

SI aliquis miniſtros Regis in officio ſuo exercendo deforciat: miniſter ille, & alij fideles Domini Regis, debent ipſum deforciatorem capere: & ſub ſecuritate eum ad plegium dare; coram Vice-comite, ad calumniam Regis. *l. Vnic. et ibi Veſenbec. poſt Bart. ff. Si quis jus dicent. non obtemper. Stat. 2. Rob. 1. c. 21. 10. 11. Jac. 6. parl. 7. c. 117. parl. 11. c. 84. parl. 12. c. 150. Hen. 2. An. 52. c. 3.*

2 Et ſi retraxerit ſe ab attachiamento minùs juſtè: ille prædictus miniſter, debet levare cornu ſuper illum, de illo deforciamento, vſque ad caſtrum Regis.

3 Et cùm attachiatus fuerit; & productus coram Vice-comite; & negaverit illud deforciamentum; poteſt Vice-comes, ſi voluerit, dare illum ad plegium, ad intrandum corpus ſuum,[a] ad ſuum comitatum. [a] Ad curiam ſui Vicecomitatus.

4 Et cum ibidem[b] moratus fuerit; ipſe Vice-comes debet ipſum graviter inculpare, de tali deforciamento facto miniſtro Regis, in ſuo ſervitio exercendo, faciendo in deſpectu Regis, ad quod damnum taxare voluerit. [b] Al. intratus.

5 Et ſi ille deforciator, per bonam & fidelem aſſiſam convictus fuerit, de dicto deforciamento, & de deſpectu Regis ſimiliter, corpus ſuum tradetur carceri pro voluntate Regis: ſed non amittet tenementum[c] ſuum. [c] i. Hæreditatem ſuam, et bona immobilia. *Lib. 1. c. 14. 3. Lib. 2. c. vlt. 7.*

DE INIVRIA FACTA ALICVI in aſylo. CAP. 5.

SI quis in aliquo loco, veluti in *Girth-hoill*, vel alibi, vbi aliquis poſtulat pacem Domini Regis; malo zelo, levat pugnum ſuum, ad alium percutiendum; & hoc per duos homines fideles poſſit probari, dabit Domino Regi quatuor vaccas: & ei quem percutere voluerat, vnam vaccam. *Stat. Alex. c. 6. De Aſylo. vid. Iac. 3. parl. 5. c. 35. Iac. 5. parl. 4. c. 22. Exod. 21. 13. 14. Numer. 35. 11. Deuter. 19. 2. Ioſh. 20. 2. Deuter. 5. 4. 41. Stat. Rob. 2. c. 9. Iac. 1. parl. 2. c. vlt.*

2 Et ſi percutiat cum pugno, non extrahendo ſanguinem: dabit Domino Regi, ſex vaccas; & ei quem percuſſit, duas vaccas.

3 Et ſi ſanguinem extraxerit, dabit Domino Regi, novem vaccas; & ei quem percuſſit, tres vaccas.

4 Et ſi interficiat eum pugno, dabit Regi viginti novem vaccas, & vnam juvencam. Et ſatisfaciat parentelæ defuncti, ſecundùm aſſiſam regni.

Digitized by Google

DE VIOLENTIA FACTA IN curia Regis. CAP. 6.

Injuria quæ fit magistratui vel in theatro, aut in foro, dicitur atrox, contumeliosior, seu major injuria. *. Actor. instit. de Iniur. l. 7. *. posse. ff. eodem tit. Iac. 6. parl. 13. c. 173. leg. Malc. 2. c. 14.

SI quis traxerit cultellum ad alium, in curia Regis, percutiatur per medium manus ejus.

2 Et si extraxerit sanguinem, abscindatur manus ejus.

3 Et si interfecerit aliquem; dabit viginti novem vaccas, & vnam juvencam: & pacem faciat cum parentela defuncti, secundùm assisam terræ.

MAGNATES NON DEBENT MANVtenere malefactores. CAP. 7.

ASsisa Regis *VVilhelmi*, facta apud *Perth*, quam Episcopi, Abbates, Comites, Barones, Thani, & tota communitas regni, tenere firmiter juraverunt: quòd nec latrones, nec interfectores hominum, nec raptores, nec murdratores, nec alios malefactores, manu-tenebunt, nec receptabunt.

Pessimum genus hominum est Receptatorũ. Ideoque puniri debet, perinde ac latrones l. 1. ff. de Receptator.

2 *Imo*, tam de proprijs hominibus, quàm de alienis, vbicunque eos poterunt reperire, pro posse suo, eos ad justitiam adducent; & pro posse suo, Iustitiarios terræ manu-tenebunt.

Iac. 1. parl. 1. c. 4. parl. 2. c. 37. Iac. 3. parl. 14. c. 98. Iac. 5. parl. 7. c. 97. Iac. 6. parl. 12. c. 144. Infr. c. 15. 1. 2. 3.

3 Et quòd propter factum judicium aquæ, vel ferri, vel duelli, aut cujuscunque modi judicij, nullam sument aut capient pecuniam, aut aliud beneficium, pro quo effectus justitiæ maneat imperfectus.

4 Et quòd pro posse suo, auxiliantes erunt Domino Regi; ad inquirendum malefactores; ad vindictam de illis capiendã.

5 Et cùm à Domino Rege requisiti fuerint; vnusquisque de curia alterius, secundùm quod sciverit, verum testimonium perhibebit.

Leg. Malc. 2. c. 10. Iac. 1. Parl. 2. c. 37.

6 Et Dominus Rex curias ipsorum in vadio cepit: Itaque qui convictus fuerit super hoc, & assisam hanc infregerit, curiam suam amittet in [a] perpetuum.

a Al. pro se, et hæredibus suis de illa loquela super qua assisam fregit.

PAENA DETINENTIS ALTERIVS servum nativum. CAP. 8.

Qui alienum servum dolo malo, vel latenter recipit, aut detinet, tenetur de servo corrupto. *l. 1. in fin. ff.* de Serv. corrupt.

STatuit Dominus Rex, quòd detentor alterius nativi fugitivi, postquàm petatur à vero Domino suo, vel ejus Ballivis, restituat

tuat ipſum nativum, cum omnibus catallis ſuis, & reddat Domino ſuo, duplum omnium damnorum ſuorum, per eum ſuſtentatorum. Et præterea, detentor ille, ſit in miſerecordia Domini Regis, pro illius nativi detentione injuſta.

LEX DE MOLENDINIS. CAPVT. 9.

De molendinis, vid. Bart. Iaſon. et alios *Dd.* in l. 2. ff. de fluminib.

ITem, Rex *VVilhelmus* ſtatuit apud *Sconam*, per cõmune concilium regni ſui, Anno Domini, milleſimo, ducenteſimo nono, quòd omnes qui habent molendina in terris ſuis: habeant magiſtrum, & duos ſervientes; qui jurent fidelitatem Domino [a] loci, & hominibus ſuis.

a al. Bothenæ, i. Baroniæ.

2 Et liber homo, dabit ad multuram molendini, decimum ſextum vas, vel vigeſimum, vel trigeſimum; ſecundùm quod feofatus eſt: Et magis, de viginti bollis, vnam firlotam.

3 Ruſticus, & Firmarius, dabunt de [b] terra ſervagij, decimũ tertium vas. Et de Celdra magis, vnam firlotam.

b 1. De terra, pro qua ſervitium ſeu ſervagium Domino ſuo debent.

4 *Item*, ſi molendinum ſit fractum, vel ſine aqua, vel impediatur gelu: molendinarius ibit cum hominibus Domini ſui, in circuitu, & faciet cum eis conventionem, de blado, & de multura.

5 Et ſimile erit de molis manualibus.

6 *Item*, ſi aliquis emat bladum, in aliqua bothena, & tranſeat ad aliam Bothenam: & ibi moram faciat ad tabernam; comedendo, vel bibendo, & ponat ſaccum ſuum in regia via: de multura quietus erit. Sed ſi ponat ſaccum ſuum ſupra fimarium, vel infra domum, dabit multuram.

7 *Item*, ſi aliquis capiat terram ad firmam, in aliqua [c] bothena, ad terminum: & poſt terminum recedere voluerit: habeat ſemen ſuum quietum à multura, & totum bladum ſuum multuret ad decimum-nonum vas.

c 1. In aliqua Baronia; quod perinde eſt, ac ſi dixeris, in alicujus Domini territorio, vel diſtrictu.

8 *Item*, ſi aliquis ſit aſſuetus tranſire in occulto, ad aliud molendinum, cum blado ſuo, abſque licentia molẽdinarij, & in hoc captus fuerit, per ſervientẽ Domini, Dominus habebit equum; & molendinarius ſaccum, & bladum.

8 *Item*, ſi aliquis Firmarius reddiderit terram ſuam Domino tenementi, & cum molendinario fecerit finem de multura; ipſe qui intrat, habebit duas partes, & qui recedit, habebit tertiam partem ejuſdem multurę.

pronunciant: Item, ſervos, ante legitimam libertatem abeuntes, publicè pœnitentes,[a] bigamos: omnes qui non ſunt integro corpore; Qui ſanam mentem non habent, vel intellectum, qui furioſi manifeſtantur.

Mar.parl.4.c.8. Iac.6.parl.3.c.53. parl.11.c.27.parl.14. c.197.

a Bigamus hoc in loco dicitur qui eodem tempore plures habet vxores.

7 Hi omnes ſupra dicti, nec ad ſacros ordines promoveri debent; nec ad accuſationem, vel teſtimonium admitti.

Annotatio.

Ver. 7. *Præterea, infames perſonæ removentur à dignitatibus. l. vnic. C. de infamib. lib.* 10. *c. inter.* 11. *de exceſsibus Prælat. neque vilibus perſonis concedendi ſunt honores. c. per Inquiſitionem.* 26. *& ibi gloſſa. in verb. indignum de elect. extr. l.* 2. *C. de dignit. lib.* 12.

De obviantibus ſibi jn itinere. Cap. 12.

SI quis nihil habens, præter corpus ſuum, & vnum equum, vel aliam beſtiam in manu ducens, ſuper pontem, vel aliam ſtrictam viam; vel in alio loco periculoſo, alicui occurrerit; vel aliquibus agitantibus equos, vel alias beſtias, ante illos, extra manus; vel equos [a] chargiatos, extra pontem in manibus, vel aliquo alio loco: vel in illa via, vbi nullus juxta alium, ſine damno tranſire poterit, quin oporteat vnum ibidem alteri occurrere; ſeu illam viam retrocedendo dimittere: Ipſe qui nihil habet, præter vnum equum, vel aliam beſtiam in manu ſua ductam; debet de jure retrocedere; & permittere illum, vel illos, qui plures beſtias agitant pertranſire.

a j. Oneratos.

Minor multitudo debet, cedere et locum dare majorj.

2 Et ſi ipſe, qui niſi vnam beſtiam ducit, retrocedere noluerit: ſed contrarietate ſua, inter eos qui plures agitant, tranſierit: & aliquod damnum per tranſitum ſuum fecerit: de jure debet reſtaurare damnum illis, qui illud ſuſtinuerunt, & non e-contra. Quia nullus vinctus, de non vincto, cuſtodire ſe poteſt.

De terris non alienandis jn lecto ægritudinis. Cap. 13.

NVllus poteſt in lecto ægritudinis ſuæ, de qua moritur, alienare aliquas terras quas hæreditariò poſſidet in comitatu, vel in burgo. Nec etiam aliquas terras quas acquiſivit, in ſanitate ſua, nec alicui dare, aut vendere, ab hærede ſuo.

Lib.2.c.18.7.

2 Niſi

2 Nisi fortè ære alieno sit oneratus, propter quod de necessitate, ipsum oporteat terras vendere, vel impignorare.

3 Communiter enim dicitur, quòd *necessitas non habet legem*: vbi hæres ejus, nec potest, nec vult, cum de suo debito relevare.

ANNOTATIO.

VER. 3. *Necessitas non subjicitur legi*, gl. in c. 8. de relig. domib. *Ideoque excusationē meretur*. l. vnic. ff. de offic. Procoss. l. non solùm. §. ff. de excusat. *Ideoque cum necessitas ipsa, sibi facit legem.* c. 1. q. 1. *ipsa facit licitum, quod secus esset illicitum. l.* 1. ff. de fer. c. 4. *de consuetud. extr.*

DE PECVNIA FVRATA, ET A DOmino inventa. CAP. 14.

Exod. 22. 8. SI quis denunciaverit pecuniam suam sibi surreptam furto: & eam in aliqua villa, nullo warrantizante, invenerit, non licet illi, eam quietam abducere.

2 Sed dictâ pecuniâ, in custodia proborum hominum villæ, relictâ: adeat Vicecomitem, & ei seriatim furtum proponat.

3 Vicecomes autem, sive ejus serviens, compellat ejusdem villæ Præpositum, cum duobus hominibus ejusdem villæ, se sacraméto purgare; quod de furto illius pecuniæ, nihil noverunt.

4 Et cum Dominus probaverit pecuniam illam esse suam; illam habeat quietam, & pacificam.

POENA DANTIS REDEMPTIONEM pro furto. CAP. 15.

QVicunque post Quadragesimam proximam, post deliberationem Domini Regis, fuerit calumniatus de furto, vel quòd redemptionem pro furto dederit, & inde poterit haberi testimonium super illum, per Præpositum illius villæ, cum sacramento Præpositi, & aliorum trium legalium ejusdem villæ incolarum, capiatur, & legem aquæ subeat. Iac. 5. part. 1. c. 2.

2 Si verò adversus eundem, potest haberi testimonium, trium hominum seniorum, simul cum prædictis testimonijs; nulla vi subeat bellum, aquam, vel ferrum, sed statim suspendatur. Supr. c. 7. 3.

3 *Item* nulli liceat redemptionem capere de aliquo, post aquæ, vel belli, de eo judicium factum.

ANNO-

ANNOTATIO.

VERS. 1. Deliberationem.] *Id eſt, poſt reditum ex captivitate Anglica. Captus eſt enim Rex* Wilhelmus, Anno Domini 1174. ab. Henrico. 2. *Imperatricis filio Angl. Rege* &c. *opera* Bernardi Ballioli, *in prælio, apud* Dunelmum *cõmiſſo: ſed poſteà liberatus ab* Richardo 1. Angl. R. Cor leonis *dicto, & ab eodem in integrum reſtitutus.*

VERS. 3 *Qui poteſt latronem capere: & pecunia accepta, vel parte rerum furtivarum, cum non capit, vel captum dimittit, punitur vt latro.* l. 1. & ibi gl. ff. de Receptat. Quon. Attach. cap. 42.

VICECOMES DEBET INTERESSE CVrijs Baronum, duelli, aquæ, & ferri. CAP. 16.

PRæterea, nulli Baroni liceat tenere curiam belli, aquæ, vel ferri, niſi Vicecomes, vel ejus ſervientes interſint, ad videndum quòd lex, & juſtitia fiat. Stat. Alex. c. 14.

DE CESSIONE BONORVM. CAP. 17.

Quon. Attach. c. 7. 3. Angl. Reg. Henr. 8. Ann. 34. et 35. c. 4. Regni. Eliz. An. 13 c. 7.

BAirman qui debet fieri, jurabit in curia, quòd nihil habet in bonis, vltra quinque ſolidos, & quatuor denarios. Et quòd de toto lucro ſuo, ab illo die, in-antea, non retinebit, niſi duos denarios ad victum, & veſtitum ſuum: & quemlibet tertium denarium dabit, ad debita ſolvenda.

2 Et jurabit facere omnibus quod jus dictaverit.

3 Et inveniet plegios, ad ſtandum legi, ſi poterit invenire.

4 Et ſi poſteà ceciderit in eodẽ ſtatu, debet à patria exulare.

ANNOTATIO.

VER. 1. Nihil habet.] *Debitor dicitur cedere bonis ſuis, quando ea deſerit, et dimittit ſuorum creditorum inſtantiæ, et voluntati.*

Ad debita ſolvenda.] *Is qui bonis ceſſit, ſi quid poſteà acquiſivit, in quantum facere poteſt, convenitur à creditoribus ſuis.* l. 4. de ceſſ. bonor. *qui pro ſingulis ſuis portionibus, ſunt ſimul admittendi.* l. vlt. ff. de curat. bon. dand. l. 7. §. vlt. ff. depoſit. vid. Novel. vt creditores primùm. §. Cæterùm. Conſtit. 4.

DELINQVENS DEBET PATI JVdicium vbi deliquit. CAP. 18.

Lac. 1. parl. 2. c. 34. Parl. 6. c. 89. c. 98. Parl. 13. c. 148.

STatutum eſt, quòd vbi aliquis eſt attachiatus per ſectam partis: & delictum fuit commiſſum; ibidem debet pati judicium;

sam. Et si convictus fuerit, nihil sibi valebit remissio. Qui igitur remissionem exhibet, caveat, quòd nihil neget. Debet tamen probare, quòd obtulit parentibus propinquioribus interfecti, emendas, vel damnum passo, satisfactionem condignam, juxta quantitatem, vel qualitatem delicti. Et si sic fecerit, rectos plegios inveniet, coram Justitiario, de eodem faciendo; quòd si facere nequiverit, fiat de eo Justitia, nec sibi valebit remissio.

16. Si accusatus comparet in Curia, et per Assisam convictus fuerit: pœnam subibit legitimam, et crimini de quo accusatur, de jure debitam.

17. Si per assisam absolutus fuerit, et mundatus de crimine sibi imposito; quietus et immunis recedat.

18. Si accusatus se in voluntate Regis posuerit, et ejus gratiam petierit, componat, et finem faciat cum Rege, vel ejus Justitiario.

19. Si denique is qui est indictatus et summonitus, non comparet in Curia coram Justitiario, post quàm in Curia fuerit legitimè vocatus; amercietur, et publicè denunciabitur rebellis, et omnia eius bona secundum criminis exigentiam, inferantur fisco.

STATVT. WILH.



Digitized by Google

STATVTA, SIVE ASSISAE REGIS VVILHELMI, REGIS SCOTIAE, FACTAE APVD PERTH, CORAM EPISCOPIS, ABBATIBVS, BARONIBVS, ET ALIIS PROBIS HOMINIBUS terræ ſuæ.

DE VVARANTO FVRTI.

CAPVT. I.

PLacuit Regi et concilio ſuo, quòd ſi quis calumniatus fuerit de furto: & traxerit aliquem ad warantum, vt de eodem adhuc obſerventur, conſuetudo, & aſſiſa, quæ fuerunt tempore Regis David, quouſque alia aſſiſa inde facta fuerit. Lib. 1. c. 16; Iac. 5. parl. 6. c. 71.

ANNOTATIO.

Terræ ſuæ.] *In quibuſdam libris. Anno primo quo Saxo venit in Angliam, mendosè. Nam Hengestus et Horſus fratres, Saxones, venerunt in Angliam, ſub Wortigero Britonum Rege. Anno Chriſti* 447. *Et* Wilhelmus *cognomento Leo, filius* Henrici, *Principis Scotiæ, et Comitis Huntingtoniæ, nepos* Davidis *primi, cæpit regnare, poſt fratrem* Malcolmum 4. Virginem, *Scotiæ Regem, Anno Mundi,* 5135. *Anno Chriſti* 1105. *et regnavit, Annos* 49.

Digitized by Google

DE PLACITIS JVSTITIARII, ET Vice-comitis. CAP. 2.

Quon. Attach. c. 79.

AD ſummonitiones Iuſtitiarij, Epiſcopi, Abbates, Comites, Barones, Milites libere-tenentes, ad placita Juſtitiarij eſſe debent ex præcepto Domini Regis.

2 Statuit etiam Dominus Rex, quod ad caput quadraginta dierum, quilibet Vice-comes placita ſua teneat.

Lac. 1. parl. 9. c. 131. Ang. Regis Henr. An. 52. c. 10.

3 Et Barones, & Milites, & liberè-tenentes, & Senaſcalli Epiſcoporum, Abbatum, & Comitum, placitis Vice-comitis intereſſe debent. Et ſi aliquis iſtorum venire neglexerit, [a] foriſfactum omnino incurrat.

a Solvat amerciamentum (*the vnàvv*) quod debetur pro contumacia in curia Vice-comitis. Leg. Malc. 2. c. 8. 2.

4 Et Juſtitiarius non poteſt tenere placita coronæ, quæ contingunt infra Balliam alicujus Vice-comitis; niſi ad caput quadraginta dierum. Quoniam Eſſonium faciendum eſt coràm Iuſtitiario, vel ejus [b] aſſignato.

b Ejus deputato.

5 De placitis pertinentibus ad coronam, Vice-comes poteſt recipere ad placita ſua ſtatuta, ex præcepto Iuſtitiarij; ſecundùm aſſiſam Regni.

6 Et reus debet juſtè habere diem ad caput quadraginta dierum ad minus.

Dies qui in priore termino 8. hebdomadarum abundabant; in poſteriore termino vnius menſis computari debent.

7 Et ſi juſtitiarius ex gratia ſua, eidem reo, diem dederit, ad finem octo hebdomadarum: reus de jure, recuſare non poteſt; quin diem proximum recipiet, ab illo die, in vnum menſem. Quoniam tunc habet bis quadraginta dies, in duobus curiæ terminis.

JVDICES SEQVI DEBENT [a] REgem. CAP. 3.

a Vt ſci. omnium querelis reſpondeant ſummariè, coram Rege.

STatutum fuit apud *Montroſe*, quòd cùm Rex in aliquam provinciam venerit: judices prima nocte, ad eum venire debent.

Lac. 2. parl. 3. c. 6.

2 Nec liceat eis à curia Regis recedere: antequam Rex exeat ab illa Provincia, niſi per licentiam Regis.

3 Et ſi quis ſine licentia diſcedat: dabit Domino Regi, octo vaccas ad foriſfactum.

DE

DE DEFORCIANTE MINISTROS REgis, in officio ſuo exercendo. CAP. 4.

SI aliquis miniſtros Regis in officio ſuo exercendo deforciat: miniſter ille, & alij fideles Domini Regis, debent ipſum deforciatorem capere: & ſub ſecuritate eum ad plegium dare; coram Vice-comite, ad calumniam Regis. l. Vnic. et ibi Veſenbec. poſt Bart. ff. Si quis jus dicent. non obtemper. Stat. 2. Rob. 1. c. 21. 10. 11. Iac. 6. parl. 7. c. 117. parl. 11. c. 84. parl. 12. c. 150. Henr. 2. An. 52. c. 3.

2 Et ſi retraxerit ſe ab attachiamento minùs juſtè: ille prædictus miniſter, debet levare cornu ſuper illum, de illo deforciamento, vſque ad caſtrum Regis.

3 Et cùm attachiatus fuerit; & productus coram Vice-comite; & negaverit illud deforciamentum; poteſt Vice-comes, ſi voluerit, dare illum ad plegium, ad intrandum corpus ſuum,[a] ad ſuum comitatum. a Ad curiam ſui Vicecomitatus.

4 Et cum ibidem[b] moratus fuerit; ipſe Vice-comes debet ipſum graviter inculpare, de tali deforciamento facto miniſtro Regis, in ſuo ſervitio exercendo, faciendo in deſpectu Regis, ad quod damnum taxare voluerit. b Al. intratus.

5 Et ſi ille deforciator, per bonam & fidelem aſſiſam convictus fuerit, de dicto deforciamento, & de deſpectu Regis ſimiliter, corpus ſuum tradetur carceri pro voluntate Regis: ſed non amittet tenementum[c] ſuum. c. 1. Hæreditatem ſuam, et bona immobilia. Lib. 1. c. 14. 3. Lib. 2. c. vlt. 7.

DE INIVRIA FACTA ALICVI in aſylo. CAP. 5.

SI quis in aliquo loco, veluti in *Girth-hoill*, vel alibi, vbi aliquis poſtulat pacem Domini Regis; malo zelo, levat pugnum ſuum, ad alium percutiendum; & hoc per duos homines fideles poſſit probari, dabit Domino Regi quatuor vaccas: & ei quem percutere voluerat, vnam vaccam. Stat. Alex. c. 6. De Aſylo. vid. Iac. 2. parl. 5. c. 35. Iac. 5. parl. 4. c. 22. Exod. 21. 13. 14. Numer. 35. 11. Deuter. 19. 2. Ioth. 20. 2.

2 Et ſi percutiat cum pugno, non extrahendo ſanguinem: dabit Domino Regi, ſex vaccas; & ei quem percuſſit, duas vaccas. Deuter. 5. 4. 41. Stat. Rob. 2. c. 9. Iac. 1. parl. 2. c. vlt.

3 Et ſi ſanguinem extraxerit, dabit Domino Regi, novem vaccas; & ei quem percuſſit, tres vaccas.

4 Et ſi interficiat eum pugno, dabit Regi viginti novem vaccas, & vnam juvencam. Et ſatisfaciat parentelæ defuncti, ſecundùm aſſiſam regni.

tuat ipſum nativum, cum omnibus catallis ſuis, & reddat Domino ſuo, duplum omnium damnorum ſuorum, per eum ſuſtentatorum. Et præterea, detentor ille, ſit in miſerecordia Domini Regis, pro illius nativi detentione injuſta.

LEX DE MOLENDINIS. CAPVT. 9.

De molendinis, vid. Bart. Iaſon. et alios Dd. in l. 2. ff. de fluminib.

ITem, Rex *VVilhelmus* ſtatuit apud *Sconam*, per cõmune concilium regni ſui, Anno Domini, milleſimo, ducenteſimo nono, quòd omnes qui habent molendina in terris ſuis: habeant magiſtrum, & duos ſervientes; qui jurent fidelitatem Domino [a] loci, & hominibus ſuis.

a al. Bothenæ, i. Baroniæ.

2 Et liber homo, dabit ad multuram molendini, decimum ſextum vas, vel vigeſimum, vel trigeſimum; ſecundùm quod feofatus eſt: Et magis, de viginti bollis, vnam firlotam.

3 Ruſticus, & Firmarius, dabunt de [b] terra ſervagij, decimũ tertium vas. Et de Celdra magis, vnam firlotam.

b 1. De terra, pro qua ſervitium ſeu ſervagium Domino ſuo debent.

4 *Item*, ſi molendinum ſit fractum, vel ſine aqua, vel impediatur gelu: molendinarius ibit cum hominibus Domini ſui, in circuitu, & faciet cum eis conventionem, de blado, & de multura.

5 Et ſimile erit de molis manualibus.

6 *Item*, ſi aliquis emat bladum, in aliqua bothena, & tranſeat ad aliam Bothenam: & ibi moram faciat ad tabernam; comedendo, vel bibendo, & ponat ſaccum ſuum in regia via: de multura quietus erit. Sed ſi ponat ſaccum ſuum ſupra fimarium, vel infra domum, dabit multuram.

7 *Item*, ſi aliquis capiat terram ad firmam, in aliqua [c] bothena, ad terminum: & poſt terminum recedere voluerit: habeat ſemen ſuum quietum à multura, & totum bladum ſuum multuret ad decimum-nonum vas.

c 1. In aliqua Baronia; quod perinde eſt, ac ſi dixeris, in alicujus Domini territorio, vel diſtrictu.

8 *Item*, ſi aliquis ſit aſſuetus tranſire in occulto, ad aliud molendinum, cum blado ſuo, abſque licentia molẽdinarij, & in hoc captus fuerit, per ſervientẽ Domini, Dominus habebit equum; & molendinarius ſaccum, & bladum.

8 *Item*, ſi aliquis Firmarius reddiderit terram ſuam Domino tenementi, & cum molendinario fecerit finem de multura; ipſe qui intrat, habebit duas partes, & qui recedit, habebit tertiam partem ejuſdem multurę.

Digitized by Google

pronunciant: Item, ſervos, ante legitimam libertatem abeuntes, publicè pœnitentes,[a] bigamos: omnes qui non ſunt integro corpore; Qui ſanam mentem non habent, vel intellectum, qui furioſi manifeſtantur. Mar.parl.4.c.8. Iac.6.parl.3.c.53. parl.11.c.27.parl.14. c.197.

a Bigamus hoc in loco dicitur qui eodem tempore plures habet vxores.

7 Hi omnes ſupra dicti, nec ad ſacros ordines promoveri debent; nec ad accuſationem, vel teſtimonium admitti.

Annotatio.

Ver. 7. *Præterea, infames perſonæ removentur à dignitatibus. l. vnic. C. de infamib. lib.* 10. *c. inter.* 11. *de exceſsibus Prælat. neque vilibus perſonis concedendi ſunt honores. c. per Inquiſitionem.* 26. *& ibi gloſſa. in verb. indignum. de elect. extr. l.* 2. *C. de dignit. lib.* 12.

DE OBVIANTIBVS SIBI IN itinere. Cap. 12.

SI quis nihil habens, præter corpus ſuum, & vnum equum, vel aliam beſtiam in manu ducens, ſuper pontem, vel aliam ſtrictam viam; vel in alio loco periculoſo, alicui occurrerit; vel aliquibus agitantibus equos, vel alias beſtias, ante illos, extra manus; vel equos [a] chargiatos, extra pontem in manibus, vel aliquo alio loco: vel in illa via, vbi nullus juxta alium, ſine damno tranſire poterit, quin oporteat vnum ibidem alteri occurrere; ſeu illam viam retrocedendo dimittere: Ipſe qui nihil habet, præter vnum equum, vel aliam beſtiam in manu ſua ductam; debet de jure retrocedere; & permittere illum, vel illos, qui plures beſtias agitant pertranſire. a j. Oneratos. Minor multitudo debet, cedere et locum dare majorj.

2 Et ſi ipſe, qui niſi vnam beſtiam ducit, retrocedere noluerit: ſed contrarietate ſua, inter eos qui plures agitant, tranſierit: & aliquod damnum per tranſitum ſuum fecerit: de jure debet reſtaurare damnum illis, qui illud ſuſtinuerunt, & non e-contra. Quia nullus vinctus, de non vincto, cuſtodire ſe poteſt.

DE TERRIS NON ALIENANDIS IN lecto ægritudinis. Cap. 13.

NVllus poteſt in lecto ægritudinis ſuæ, de qua moritur, alienare aliquas terras quas hæreditariò poſſidet in comitatu, vel in burgo. Nec etiam aliquas terras quas acquiſivit, in ſanitate ſua, nec alicui dare, aut vendere, ab hærede ſuo. Lib.2.c.18.7.

2 Niſi

ANNOTATIO.

VERS. 1. Deliberationem.] *Id eſt, poſt reditum ex captivitate Anglica. Captus eſt enim Rex* Wilhelmus, Anno Domini 1174. ab. Henrico. 2. *Imperatricis filio Angl. Rege* &c. *opera* Bernardi Ballioli, *in prælio, apud* Dunelmum *cõmiſſo: ſed poſteà liberatus ab* Richardo 1. Angl. R. Cor leonis *dicto, & ab eodem in integrum reſtitutus.*

VERS. 3 *Qui poteſt latronem capere: & pecunia accepta, vel parte rerum furtivarum, cum non capit, vel captum dimittit, punitur vt latro.* l. 1. & ibi gl. ff. de Receptat. Quon. Attach. cap. 42.

VICECOMES DEBET INTERESSE CVrijs Baronum, duelli, aquæ, & ferri. CAP. 16.

PRæterea, nulli Baroni liceat tenere curiam belli, aquæ, vel ferri, niſi Vicecomes, vel ejus ſervientes interſint, ad videndum quòd lex, & juſtitia fiat. Stat. Alex. c. 14.

DE CESSIONE BONORVM. CAP. 17.

Quon. Attach. c. 7. 3. Angl. Reg. Henr. 8. Ann. 34. et 35. c. 4. Regni. Eliz. An. 13 c. 7.

BAirman qui debet fieri, jurabit in curia, quòd nihil habet in bonis, vltra quinque ſolidos, & quatuor denarios. Et quòd de toto lucro ſuo, ab illo die, in-antea, non retinebit, niſi duos denarios ad victum, & veſtitum ſuum: & quemlibet tertium denarium dabit, ad debita ſolvenda.

2 Et jurabit facere omnibus quod jus dictaverit.

3 Et inveniet plegios, ad ſtandum legi, ſi poterit invenire.

4 Et ſi poſteà ceciderit in eodẽ ſtatu, debet à patria exulare.

ANNOTATIO.

VER. 1. Nihil habet.] *Debitor dicitur cedere bonis ſuis, quando ea deſerit, et dimittit ſuorum creditorum inſtantiæ, et voluntati.*

Ad debita ſolvenda.] *Is qui bonis ceſsit, ſi quid poſteà acquiſivit, in quantum facere poteſt, convenitur à creditoribus ſuis.* l. 4. de ceſſ. bonor. *qui pro ſingulis ſuis portionibus, ſunt ſimul admittendi.* l. vlt. ff. de curat. bon. dand. l. 7. §. vlt. ff. depoſit. vid. Novel. vt creditores primùm. §. Cæterùm. Conſtit. 4.

DELINQVENS DEBET PATI JVdicium vbi deliquit. CAP. 18.

Lac. 1. parl. 2. c. 34. Parl. 6. c. 89. c. 98. Parl. 13. c. 148.

STatutum eſt, quòd vbi aliquis eſt attachiatus per ſectam partis: & delictum fuit commiſſum; ibidem debet pati judicium;

obedire non debet. Et ſic debet vterque puniri, ſecundùm demerita ſua.

9 De concubina verò, & de familia domus, non eſt ita; quia ipſi tenentur revelare maleficia magiſtri ſui, aut debent à ſervitio ſuo recedere; alioqui conſcij eſſe videntur, & ideo culpabiles, & rei.

ANNOTATIO.

VERS. 7. Deliberanda.] *Id eſt, abſolvenda.* Sche ſall not ay be frie & quite.

VERS. 8. Atrocibus.] *Vid.* Bart. in l. 1. nu. 7. ff. de injur.

In facinoribus ſervus Domino audiens eſſe non debet. l. mulier. 21. ff. rer. amot. Bart. in l. 3. nu. 7. *de iuſt. & iur. Præterea factum ſervi, non debet obeſſe Domino, niſi vt dominus ipſo careat.* l. 2. l. vlt. ff. de eo per quem fact. *Ideoque Dominus offerendo ſervum, qui deliquerit, liberatur.* Bart. in l. ſi poſt. 9. c. de aſſeſſ.

DE SERVO VVLNERATO PER DOminum. CAP. 20.

Exod. c. 21. 20. 26.

SI quis ſervus vulneratus fuerit, per magiſtrum ſuum in facie, ita quòd non poſſit ſanari, ſine deformitate; quartam partem æſtimati pretij ſui, debet habere: & pretium effuſionis ſanguinis ſimiliter.

Vid. l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.

DE DEBITIS REGIS LEVANDIS. CAP. 21.

SI quis tenens de Rege feodum laicum, moriatur; Vice-comes vel Ballivus oſtendat literas Regis patentes, de ſummonitione de debito, quod defunctus Regi debebat.

Stat. 2. Robert. 1. c. 9. Henr. 3. An. 9. c. 18. in Magna Charta.

2 Et licebit Vice-comiti, vel ballivo regio attachiare, & imbreviare catalla defuncti, inventa in feodo laico; ad valentiam illius debiti, per viſum legalium hominum.

3 Ita tamen quòd nihil inde amoveatur, donec Regi perſolvatur debitum, quod clarum fuit.

4 Et reſiduum relinquatur exſecutoribus, ad faciendum teſtamentum.

Ea intelliguntur bona cujuſque, quæ, deducto ære alieno, ſuperſunt. l. 9. ſub ſignatum. 39. de verb. ſign.

DE DEBITIS INTESTATI SOLvendis. CAP. 22.

SI aliquis liber homo inteſtatus deceſſerit: bona ipſius per manus amicorum ſuorum, & parentum, ac per proviſionem Sanctæ

propter judex, timeat Deum judicem; ne fortè eo judicante, damnetur.

4. Nemo ſtultos, vel improbos judices ponere debet. Nam ſtultus per ignorantiam, & improbus per cupiditatem ſubvertit judicium. Exod. c. 23. 8. Deuter. c 19. 16. Prov. 25. 27. et 17. 23.

ANNOTATIO.

Ver. 1 Omnes qui] *Judex qui pecuniam* [b] *ob judicandum accepit, confiſcatis omnibus bonis in exſilium mittitur.* l. 1. cum Authent. novo jure. c. de pœn. Judic. qui malè judic. *Nam non licet judici vendere juſtum judicium; tametſi licet Advocato, vendere juſtum patrocinium; & Juriſconſulto rectum conſilium.* C. non licet. 11. q. 3. vid. Stat. 1. Rob. 1. c. 22. Iac. 2. parl. t. 77.

Ver. 3 Inqua] Math. 7. 2. Luc. 6. 37. gl. in l. 12. verb. Judicabuntur. c. de judic.

DE ESSONIIS, ET EORVM PROBATIONE CAP. 16.

ITem, ſi aliquis fuerit eſſoniatus, de malo lecti, ad [a] quartum diem, vel tanquam exiens vltra *Forth*; habebit reſpectum quadraginta dierum.

[a] *i. Ad quartam curiam.*

2. Et ſi fuerit eſſoniatus extra patriam: vel in mercimoniis, id eſt nundinis; quãdo apparet in curia, hoc probabit vnica [b] manu.

3. Et ſi de malo lecti; viſitatores ibidem ad videndum ibunt, ſi fecerit propter fraudem, vel non. Si per fraudem fecerit, aut veniet, aut amittet jus ſuum.

[b] *i. ſuo, et vnius conſuratoris ſacramento.*

QVIBVS CASIBVS POTEST REMITTI duellum. CAP. 27.

SCciendum, quòd in tribus caſibus poteſt bellum remitti, & relaxari, ſcilicet, quando aliquis fornicatur vel adulteratur cum vxore vicini ſui; de ipſo duellum haberi poteſt. Et illud bellum poteſt ſic remitti, ſcilicet, cum fixerint lanceas ſuas, poteſt calumniatus concedere delictum; & facere pacem.

2. *Item*, per legem de *Clan-mak-duff.*, pro morte progeniei ſuæ; ſcilicet, ſi progenies alterius partis venire poterit in platea, inter probatorem, & lanceam ſuam.

3. *Item*, ſanguis extractus ſubtus anhelitum, quando fixerunt lanceas ſuas: poteſt defenſor concedere ſanguinem, & *lie enach*; & facere pacem. Et in nullo alio caſu.

ANNOTATIO.

Ver. 2. Clan] *Apud priſcos* Scotos (*qui Montani & Sylveſtres dicuntur*)

 ſignifi-

significat tribum, seu multitudinem hominum, ab uno communi parente, seu stipite descendentium: sicuti constat populum Romanum in classes, & Israëliticum in certas tribus fuisse divisum. Mak-duffus *fuit* Thanus, *vel Comes* Fifæ *provinciæ, Cui propter egregia ejus merita in* Malcolmum. 3. *Regem, diversa fuerunt concessa privilegia, de quibus licet legere* Hectorem Boëtium lib. 12. *Nam tyrannum* Mak-bethum, duncani *Regis (qui fuit pater* Malcolmi) *interfectorem, occidit. Et* Malcolmum *ipsum in* Anglia *exsulem, domum reduxit, & in regnum restituit. Inter cætera autem postulata, quæ à* Malcolmo *impetravit, hoc quoque (cujus* Boëtius *non meminit) obtinuit, ut si quisquam ex ejus tribu, progenie, vel cognatione, casu fortuito, & non animo præmeditato, occidisset aliu n genere Nobilem, viginti quatuor marcas, Agricolam verò seu servum, duodecim marcas, tanquam pretium sanguinis, solveret. Et sic criminis expers, ejus abolitionem, seu Remissionem consequeretur.* Andreas Winton *in suo* Chronico, lib. 6. c. 20. Joannes Major *de Gestis* Scotorum lib. 3. c. 5. *Exstant adhuc rudera Crucis lapideæ, apud veterem urbem de* Lundoris, *in limitibus* Fifæ *& Stratherniæ, cui nomen est,* Crux Clan-mak-duffi, *quæ fuit vetus Asylum his qui ex tribu* Mak-duffi *fuerunt.*

Lib. 2. c. 12. 5. Quon. Attach. c. 55. 5. et. c. 60

QVI VOCAT MINOREM IN WARANTUM, debet ei ostendere Chartam prædicessoris ejus.

CAP. 28.

ITem, quicunque vocat hæredem alicujus ad warantum, qui est infra ætatem, statim debet ostendere Chartam alicujus antecessoris illius hæredis, de feofamento. Et hoc primo die, quo vocaverit ipsum hæredem ad warantum. Et si non ostendat primo die Chartam, amittet saisinam.

MINOR POTEST PETERE RESTITUtionem in integrum, in caussa de warantia dotis.

CAP. 29.

SI hæres alicujus infra ætatem existens, vocetur ad warantum, versus aliquam mulierem, quæ petit dotem per Chartam alicujus antecessoris ipsius hæredis, quanvis idem hæres, dum est infra ætatem, non potest, vel nesciat, ad illam respondere, nec aliquid dicere, quin warantizare debeat: tamen cùm ad ætatem pervenerit, potest bene warantiam illam [a] dedicere, dummodò sciat, vel possit, aliquid dicere, vel ostendere

dere, per quod ipsi petenti warantizare non debeat.

DE HOSPITIO ET TESTAMENTO peregrinorum CAP. 30.

OMnes peregrini, & advenæ, liberè hoſpitentur vbi voluerint hoſpitari ſe. 1. Exod. 22. 2. & 23. 9. Deuter. 24. 17.

2. Et ſi[a] teſtari voluerint, liberam inde habeant facultatem, quorum ordinatio inconcuſſa ſervetur. a. i. Teſtamentum facere.

3. Si verò inteſtati deceſſerint, ad hoſpitem nil perveniat.

4. Sed bona eorum per manus Epiſcopi, in cujus Epiſcopatu ſunt, perveniant: & tradantur ſi fieri poteſt, hæredibus, vel in pias cauſſas erogentur.

5. Hoſpes verò, ſi de bonis talium, contra hanc conſtitutionem aliquid habuerit; Epiſcopo triplum reſtituat, cui juſtum fuerit aſſignandum.

6. Si quis autem contra fecerit, ſibi denegetur teſtandi facultas; vt in eo puniatur in quo deliquit. Aliâs, prout culpæ qualitas exegerit, puniendus eſt.

DE DISMEMBRATIONE TENEMENTI. CAP. 31.

NVllus liber homo poteſt dare, vel vendere, alicui plus de terra ſua, quàm de reſiduo terræ poſſit fieri domino feudi ſervitium ei debitum; & quod pertinet ad feudum. Stat. Rob. 3. c. 19. 4. Stat. David. 2. c. 34.

2. Et ſi quis oppoſitum fecerit, ſi vocetur per foris-factum ad Curiam, ea de cauſſa, amittet id quod tenet; niſi Domini ſuperioris ad hoc habuerit benevolentiam, aut confirmationem.

DE LIBERTATE ECCLESIÆ. CAP. 32.

STatuit Rex *Wilhelmus* apud *Sconam* de communi concilio, & deliberatione Prælatorum, Comitum & Baronum, ac Liberè-tenentium, quòd Eccleſia ſancta *Scoticana*, & ſancta Religio, & vniverſus Clerus, in ſuis juribus, libertatibus, ac privilegiis omnibus, manu-teneantur in quiete, pace, & ſemper ſub protectione regia. *Quæ ſequuntur, deſcripta ſunt ex libro Perthenſi.* Stat. Rob. 1. c. 1.

EXTRANEI MERCATORES DEBENT *emere, & vendere ſuas merces Burgenſibus.* CAPVT. 37.

ITem, ſtatuit quòd nullus extraneus mercator, cujuſcunque nationis fuerit, emat, vel vendat aliquod genus mercimoniorum extra burgum; ſed in burgo tantùm, & præcipuè Mercatoribus, & à nauibus Mercatorum burgi. leg. burg. c. 18. Iac. 4 parl. 4. c. 41.

2. Præcipit etiam Dominus Rex, quod nullus extraneus Mercator, cum navibus veniens, & cum merchandiſis, ſcinda pannum, vel vendat in denariatis, ſed in groſſo, & tunc in burgo & Mercatoribus burgi.

3. Et ſi aliquis extraneus Mercator, faciens in contrarium reperiatur: capiatur per miniſtros de Gilda, & detineatur & puniatur, tanquam defenſionem regiam confringens.

JVSTITIA DEBET MINISTRARI *æqualiter.* CAP. 38.

ITem, ſtatuit præcipiendo, quòd communis juſtitia fiat, tàm pauperibus quàm divitibus: & præcipuè, viris religioſis, & omnibus Eccleſiaſticis, ac etiam vniverſis Husbandis. Stat. 1. Rob. 1. c. 2. Edward. 1. An. 3. c. 1. Iac. 1. parl. 1. c. 7. c. 28 Stat. David. 2. c. 11. + c. 45. I. c. 1. parl. 1. c 5. Iac. 5. parl. 4. c. 27.

2. Et quòd cuſtodiantur ab oppreſſionibus, & gravaminibus illatis, ante iſta tempora; vt nullus de cæterò hoſpitetur apud eos in deſtructionem, & damnum ipſorum, & bonorum.

3. Nec Comes, Baro, libere-tenens, vel aliqua perſona laborans, per patriam equitet cum pluribus, quàm quos voluerit cibare, & potare, ſuis ſumptibus proprijs.

4. Nec hoſpitetur niſi in locis, in quibus poterit habere epulenta & poculenta, ac pabula equorum, pro denarijs ſuis; ita quòd vivat de ſuis, & non de alienis, & rapina.

5. Et ſi quis hujus ſtatuti violator reperiatur; per querelam conquerentis certam, & notoriam capiatur, & puniatur, tanquam tranſgreſſor protectionis regiæ, per Vice-comitem patriæ; quouſque ſatisfecerit conquerenti plenariè.

MINOR NON TENETVR PLACITARE, *ſuper hæreditate.* CAP. 39.

NVllus infra ætatem exiſtens, poteſt, nec debet, implacitari ſuper placito terræ, per breve de recto: quia nihil certum poteſt facere, quod ſtabile ſit aut firmum, antequam veniat ad ætatem perfectam. Vnde ſi ſecus eſſet, judicia eſſent deluſoria. lib. 3. c 32. 17.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN MY DEFENCE, GOD ME DEFEND.

LEGES FORESTARVM DE ANIMALIBVS HABITANTIVM IN SYLVA, & aliorum.

CAPVT. I.



NHIBITVM EST, TAM inhabitantibus ſylvam, quàm aliis, nequi coopertorium ſylvarum intrent, cum animalibus ſuis; niſi libertatem habeãt, vel licentiati fuerint à Foreſtariis, per quindecim dies[a] ante feſtum *B. Ioannis Baptiſtæ*; & per quindecim dies poſt dictum feſtum; quin debeant octo vaccas.

In antiquo Codice D. Davidis Lindeſay de Edzell Militis et Senatoris in ſupremo Senatu, Hæ leges dicuntur eſſe Wilhelmi, Regis Scotiæ.

[a] lac.5.parl.4.c.11 .lac.6.parl.14.c.210. 4.24.diem Iunij.

2. Poſt lapſum verò temporis, non debentur octo vaccæ, niſi illa animalia inveniantur per Foreſtarium, cuſtode præſente, ignem, cornu, vel canem habente (qui *warſet* appellatur) & tunc adductis teſtibus legalibus, perduntur octo vaccæ.

Si quis ovium, vel equarum greges in paſcua Principis immiſerit; animalia perdit, et ea fiſco vindicantur.

DE ANIMALIBVS EORVM QVI IVXTA Foreſtam manent. CAP. 2.

SI aliquis juxta Foreſtam manens, ex conſuetudine ſua, animalia ter in Foreſtam intrare permiſerit; dabit Foreſtario qualibet

[1] l.1. c.de fund. et ſaltib. rei domini.lib.11.lac.5 parl.4.c.11

qualibet vice quatuor denarios.

2. Et ſi quarta vice intraverint vel inveniantur, quamvis nullo cuſtode præſente, tunc adductis teſtibus legalibus, perduntur octo vaccæ.

3. Et ſi ſolus fuerit Foreſtarius, debet crucem facere in terra vel in arbore, vbi animalia inveniuntur; & ter cornuare[b] menetum. Et poſtea ducere animalia ad caſtrum Domini Regis: Et ſic perduntur octo vaccæ.

b Ane ſtock horne Ex lib. Sconenſi Species et forma cornu lignei quod ſi inflatur, magnũ et raucum ædit ſonum, alij legunt minutim mendoſè.

DE ANIMALIBVS BVRGENSIVM, & nativorum Regis. Cap. 3.

Item, ſi animalia burgenſium, inveniantur in Foreſta, qualibet vice ſolvantur quatuor denarii.

2. Et ſi quarta vice inveniantur; adductis teſtibus legalibus, perduntur octo vaccæ.

Quinque porci, et decẽ oves faciunt gregem. l. 3 ff. de Abig. C. l. ec. ibi gl. de elect. poteſt. c. 9. 10. q. 3.

3. *Item*, de animalibus nativorum Domini Regis, ter in Foreſta inventis; pro qualibet vice detur Foreſtario, vnus denarius.

3. Et quarta vice, debent ipſi nativi, perſonaliter incarcerari, per quadraginta dies, in carcere Domini Regis,

DE OVIBVS. Cap. 4.

Item, de ovibus in Foreſta inventis, adductis teſtibus, ſive Paſtor fuerit præſens, ſive non; Foreſtarius poteſt capere vnam ovem, ad opus ſuum de grege.

3. Et de ovibus Husbandorum, vel bondorum Domini Regis, tantùm vnum denarium de grege.

DE CAPRIS. Cap. 5.

DE capris inventis in Foreſta, licitum eſt Foreſtario, per tres vices, qualibet vice vnam ex eis, per cornua pendêre in arbore.

2. Et quarta vice vnam ex eis occidere; & ejus viſcera ibidem relinquere: ad ſignum quòd ibi inveniebantur.

DE PORCIS Cap. 6.

DE *porcis* conſuetudo eſt approbata quòd publicè in Eccleſiis parochialibus defendantur, ne Foreſtam intrent.

a. Prohibeantur *defendir and forbidden*
b. prohibitionem.

2. Et ſi poſt dictam[a] defenſionem, per Foreſtarium, in Foreſta

reſta inveniantur: licitum eſt ei, per tres vices, vnum ex iis, qualibet vice capere.

3. Et ſi quarta vice inveniantur, capiantur omnes, ad vſum Domini Regis.

DE PANNAGIO PORCORUM. CAP. 7.

SI copia glandis, in Foreſta Domini Regis contigerit, Foreſtarius debet citare tàm burgenſes, quàm jure-manentes, vt porcos ſuos adducant; vt Dominus Rex ab iis [a] pannagium habeat.

2. Iſte autem eſt modus pannagii, videlicet, de qualibet ciſdra, id eſt, de decem porcis, Rex habebit meliorem porcum, & Foreſtarius vnum hogaſtrum. Et ſi pauciores fuerint quàm decem, Rex nihil habebit. Sed Foreſtarius vnum hogaſtrum: Et pro quolibet veteri porco, vnum denarium; ſi aliquis ibidem fuerit. Si omnes fuerint hogaſtri; tunc nihil habebit Foreſtarius, niſi vnum hogaſtrum. Si pauciores fuerint hogaſtri quàm decem; tunc Foreſtarius non habebit pro quolibet hogaſtro, niſi obulum.

[a] *id eſt, mercede quæ datur per aliquē pro paſtura ſuorū porcorum, in foreſta Regis.*

De jure civili.

quintum animal, ſingulis annis ſolet à ruſticis dari. l. 4. c. de Munieg. lib. 11.

DE EQVIS, CAP. 8.

SI poſt defenſionem, inveniantur equi in Foreſta, licitum eſt Foreſtario capere prima vice, pullum vnius anni. Secunda vice, pullum duorum annorum. Tertia vice, pullum trium annorum. Et quarta vice, totum equitium capiatur ad opus Domini Regis.

2. *Item*, de quolibet equo domito, vel equitato, in Foreſta invento, quatuor denarios.

DE CARRIS, ET BIGIS. CAP. 9.

DE carris, & bigis, in Foreſta inventis ſine licentia; de qualibet biga vel carra, capiantur triginta denarii.

2. Et ſi per aliam viam intraverint, antequam à Foreſtario deprehendantur, quieta erunt.

Leges Foreſtarum.

DE HOMINE INVENTO IN FORESTA. CAP. 10.

Edward. 1. An. 21. In the Statut of treſpaſſours in parks

a. d'prohibitam.

SI aliquis extraneus intraverit in Foreſtam, & in aliqua via inhibita inveniatur, & jurare velit ſuper arma, quòd illam viam neſcivit eſſe [a] defenſam, & quòd rectam viam non novit, Foreſtarius conducet eum in communem viam, & ibi permittet eum, abſque aliquo gravamine, pertranſire.

2. Et ſi notus fuerit, debet capi, & adduci ad caſtrum Domini Regis, & ibi extra portas illius caſtri adductis teſtibus, Foreſtarius capiat pannum ſuperiorem ſuum, & ſi quid in burſa ſua fuerit, illud etiam ad Foreſtarium pertineat. Et corpus ejus tradatur Conſtabulario, vel janitori caſtri ad carcerem, & ibi ſervetur ad voluntatem Domini Regis.

DE HOMINE INVENTO IN FORESTA *cum viridi.* CAP. 11.

Iac. 1. parl. 2. c. 34.

SI quis Foreſtarius invenerit aliquem attachiabilem pro viridi in Foreſta; primò, debet eum attachiare, per duos plegios, ſi inventus fuerit in loco.

2. Sin autem, debet ducere ipſum ad primam villam, & ibi ponere ipſum, per plegios.

3. Et ſi idem aliâs inventus fuerit cum viridi, debet ipſum attachiare per quatuor plegios.

4. Et ſi tertiò fuerit inventus cum viridi, debet præſentari, coram viridario in capitali cuſtodia Foreſtæ, & poni per octo plegios.

5. Poſt tertium tamen attachiamentum, debet corpus attachiari, & retineri, vt in memoria habeatur, quòd viridis ſit.

DE HOMINE QVERCVM CAPIENTE. CAP. 12.

SI quis Foreſtarius invenerit aliquem, extra Dominicum boſcum, vel infra rewardam, proſternentem quercum, ſine viſu vel deliberatione Foreſtarii, aut viridarii, debet ipſum per quatuor plegios attachiare, & per viſum Foreſtarii, debet quercus illa appretiari, & in rotulo Foreſtarii, vel viridarij inbreviari, & debet poni per ſex ſalvos plegios.

2. Et ſi aliâs inveniatur, debet duplicari ejus plegius.

3. Et

3. Et ſi tertiò deprehenſus fuerit, detineatur ejus corpus.

DE LEPORARIO, ET MASTINO IN FOreſta inventis. CAP. 13.

SI leporarius inventus fuerit currens ad nocumentum Foreſtæ, debet retineri, & præſentari Foreſtario, ſeu viridario, qui mittét eum Domino Regi, vel Capitali Juſtitiario foreſtæ.

2. Et ſi aliquis maſtinus inventus fuerit in aliqua Foreſta, & ipſe maſtinus vinculatus fuerit: Dominus ipſe cujus maſtinus fuerit, erit culpabilis, tanquam de manu paſto; & debet poni per ſex plegios. Quorum nomina debent inbreviari; Et etiam qualis fuerat caſus.

DE LICENTIA CAPIENDI FERAM. CAP. 14.

QVicunque Epiſcopus, Comes, vel Baro, veniens ad mandatum Regis, tranſierit per Foreſtam Domini Regis, licet ei capere vnam, vel duas beſtias, per viſum Foreſtarii, ſi præſens fuerit. Henr. 3. An. 9. c. in Charta de foreſta

2. Sin autem, faciat cornuare; ne videatur hoc furtivè facere.

3. Et ſic redeundo domum, liceat ei facere, vt prædictum eſt.

DE FERA CAPTA SINE LIcentia. CAP. 15.

SI quis ceperit aliquam feram, ſine waranto in Foreſta, corpus ſuum arreſtetur, vbique inveniatur intra metas Foreſtæ.

2. Et quando captus fuerit: non liceat Foreſtario deliberare ipſum, ſine ſpeciali mandato Domini Regis, vel ſuorum Juſtitiariorum.

3. Si quis viderit aliquos malefactores, infra metas Foreſtæ, capere aliquam feram, vel aſportare: debet illos capere, ſecundum poſſe ſuum.

4. Et ſi non poſſit debet levare, *huy* & *cry*. Et ſi non fecerit, remanebit in miſericordia Domini Regis.

DE

DE FOGAGIO, QVOD DATVR PRO *Paſtura animalium in Foreſtis Regis.* CAP. 16.

ITem, Si gramen Regis in Foreſta locatur pro fogagio, (ſcilicet, à feſto omnium Sanctorum, vſque ad feſtum S. Petri in Quadrageſima) vnumquodque animal ſolvet pro fogagio, quatuor denarios: & vnaquæque juvenca, duos denarios.

DE VENATIONE INFRA FOREſtam. CAP. 17.

Edward. 6. An. 3. et. 4. c. 17.

SI quis venatur infra Foreſtam Regis, ſine licentia: ſolvet decem libras.

2. Si quis libere-tenens habens, ratione ſui infeofamenti, poteſtatem venandi in propriis terris, propè Foreſtam Regis, patitur canes ſuos currere in propriis terris: & illi inſequuntur beſtiam infra Foreſtam Regis: poteſt canes ſuos ſequi in Foreſta, eo vſque, quò poſſit jactare ſuum cornu, vel ſuorum canum ligaturam.

3. Etſi canes ipſam beſtiam capiunt, infra dictum ſpatium; venator poteſt illam cum ſuis canibus liberè aſportare, ſine calumnia alicujus.

4. Quòd ſi ſequatur canes, & beſtiam, vltra illud ſpatium, in Foreſta: dabit octo vaccas, & ipſam beſtiam, cum ſuis canibus amittet, & perdet.

5. Et ſi quis inſequitur ſuos canes perſequentes beſtiam, ex propriis ejus terris, in Foreſtam Regis; relinquat poſt ſe, & removeat arcum & ſagittas, ſi quas habet, vel poteſt colligare arcum, & ſagittas, cum chorda ſui arcus. Et ſi canes occîdunt beſtiam: liberè diſcedat, cum ſuis canibus, & beſtia: ſine aliqua calumnia Regis, vel Domini Foreſtæ.

DE HIS QVI VIRIDE GRAMEN, VEL *arbores ſcindunt.* CAP. 18.

SI quis ſecat arbores virides in Foreſta: ſolvet Foreſtario octo vaccas.

2. Et ſi ſolet ſcindere vel ſecare gramen, vel aliquid aliud in Foreſta, pro vnaquaque vice, ex tribus vicibus, ſolvet octo vaccas: & pro quarta vice, decem libras.

DE

DE PECVDE ABERRANTE, INFRA Foreſtam. CAP. 19.

SI animal aberrans inveniatur in Foreſta: cuſtodiatur, & proclametur, in tribus Curiis, & in quarta Curia, adjudicabitur Regi, tanquam eſchæta.

2. Si Dominus animalis comparet, & offert ſe probaturum legitimè illud animal eſſe ſuum proprium animal: Inventor animalis, illud publicari faciat, apud principalia meſſuagia omnium locorum, & villarum circum-jacentium: vt hoc notum ſit omnibus, & ſingulis qui illud animal volunt calumniare, ſive repetere.

DE FERA BESTIA INVENTA IN Foreſta CAP. 20.

SI aliqua fera beſtia inveniatur in Foreſta, vulnerata, vel mortua: & ignotum ſit, quòd hoc crimen commiſit: de eo in proxima Curia, fiat inquiſitio.

2. Et interea temporis, inventor animalis attachiabitur, per ſalvos, & ſecuros plegios, donec capiatur cognitio, ſive inquiſitio, pro dicto malefacto.

3. Caro animalis inventi, mittetur ad domum, ſive hoſpitale leproſorum: ſi qui propè ſunt in patria, ſive provincia. Alioqui ſi nulli ſunt leproſi in locis propinquis: detur pauperibus, & perſonis infirmis.

4. Caput animalis, & ejus pellis, cum ſagitta ſi qua fuit reperta: præſententur Juſticiario, cùm venerit ad tenendum ſuum iter, vel Curiam.

DE DELICTIS COMMISSIS, in Foreſtis Baronum. CAP. 21.

ITem, ſi quis commiſerit delictum, in Foreſta alicujus Baronis, infeofati per Regem, cum libera Foreſta: & poſt inhibitionem Regis, quòd nemo ibi vllum crimen, vel tranſgreſſionem faciat, ſub pœna decem librarum: iſte malefactor convictus de tali trangreſſione, ad inſtantiam Baronis, in Curia Regis; ſolvet Regi pro ſuo delicto, decem libras. Edward. 3. An. 1. c. 8. *de delictis in Foreſta cõmiſſis.*

Digitized by Google

2. Et Dominus Foreſtæ, vel ejus Foreſtarius, habebit equum, & omnia alia quæcunque fuerint reperta cum ipſo malefactore, delinquente in Foreſtâ; quæ ipſe ſibi retinebit, & poſſidebit pacificè.

3. Si Dominus Foreſtæ non vult perſequi prædictam tranſgreſſionem, vel particulari affectione & amicitiâ motus erga ipſum malefactorem diſſimulat, & fingit ſe neſcire tale crimen: Nihilominùs Rex habet jus, & titulum petendi decem libras: propter violationem ſui mandati, & inhibitionis prædictæ.

4. Prætereà, ſi Dominus Foreſtæ, pecuniam aliquam vel munera accepit ab ipſo malefactore: & ideò concelat ipſum crimen: & non vult illud perſequi in Curia Regis: Rex habet injuſtam actionem pro decem libris contra ipſum Dominum eò quòd ceſſat perſequi dictum crimen.

DE MALEFACTORIBVS IN Foreſta. CAP. 22.

ITem, ſi quis viderit aliquem malefactorem capientem, vel adducentem aliquam feram beſtiam, in Foreſta: debet eum, capere, & apprehendere, ſi poteſt: Quòd ſi non poteſt, debet levare *hoy* & *cry*, vſque ad proximas villas propè Foreſtam: & manifeſtare hoc, Foreſtario: quòd ſi non fecerit, remanebit in gravi miſericordia Domini Regis.

FINIS.

Digitized by Google

IN MY DEFENCE, GOD ME DEFEND.

STATVTA ALEXANDRI SECVNDI, FILII *WILHELMI* REGIS.

DE AGRICVLTVRA.

CAP. 1.

ANNO GRATIAE Milleſimo ducènteſimo decimo-quarto. Apud *Sconam*, *Alexander* Dei gratia Rex *Scotorum*, communi concilio Comitum ſuorum, pro vtilitate patriæ decrevit; quòd omnes ruſtici in eiſdem locis, & villis, in quibus præterito anno fuerunt; hoc anno agriculturam exerceant; & ad profectum ſuum nequaquam retardent, ſed quindecim diebus ante [a] Purificationem Beatæ *Mariæ Virginis*, terras ſuas, cum omni ſtudio arare, & ſeminare incipient.

Alexander. 2. filius Wilhelmi Regis capit regnare, Anno Mundi 5184. *An. Chriſti.* 1214. *et regnavit Ann.* 35.

Iac. 1. parl. 2. c. 41. parl. 5. c. 81. Philip. et Mari. Anno. 2. et. 3. c. 2. Eliza. Ann. 1. c. 2.

[a] *i. Secundum diē Februarij*, Cādilmes.

2. Præterea, conſtituit Rex & Principes, vt agreſtes, qui ampliùs quàm quatuor vaccas habent ad quærendum victum ſibi, & ſuis, ad ſuſtentationem vitæ; terras ſub Dominis ſuis accipiant, & arent, & ſeminent.

Digitized by Google

3. Omnes autem agreſtes, qui minûs quàm quatuor vaccas poſſident, licet arare non poſſunt, tamen ad acquirendum ſibi, & ſuis ſuſtentationem vitæ, manibus & pedibus terram fodiant & ſeminent quantum valeant.

4. Quòd ſi boves habuerint, ipſi qui terram arando, & ſeminando exercent, eos vendant.

5. Comites, & Barones in quorum terris tales manent, non volentes in Comitatu ſuo hoc facere, octo vaccas, Regi emendent.

6. Quòd ſi aliquis de Rege tenens, hoc facere neglexerit, dabit pro foriſ-facto Regi, octo vaccas. Si de Comite tenet, dabit Comiti tantum.

7. Si ſit ſervus, accipiat Dominus ſuus hac vice, vnam vaccam, ratione emendæ, & ovem. Et deinceps cogat eum, vt quod ſponte facere noluerat, faciat invitùs.

b Prov. 20. 4. et. 21. 5. et. 24. 30. 31. 33. 34. et. 28. 19. et. 31. 10. ad finem.

8. In iſtis igitur valdè cavendum eſt, ne eis quod in [b] parabolis dicitur contingat: Propter frigus, piger noluit arare in hyeme, mendicabit ergo in æſtate, & non dabitur ei. Sed magis ſecundum ſententiam [c] Apoſtoli, laborent manibus operando quod bonum eſt; vt habeant vnde tribuant neceſſitatem patienti.

c Scilicet. Pauli. Epheſ. 4. 28. 1. Theſſ. 4. 11. 2. Theſſ. 3. 10. 11. 12.

DE CAPIENDIS INDICTAMENTIS, ET malefactoribus puniendis CAP. 2.

Stat. 2. Rob. 1. c. vlt.

STatuit Dominus Rex *Alexander*, illuſtris Rex *Scotiæ*, de conſilio, & aſſenſu Venerabilium Patrum, Epiſcoporum, Abbatum, Comitum, Baronum, ac proborum hominum ſuorum *Scotiæ*; vt Juſtitiárius ſuus *Laudoniæ* diligentem, & privatam inquiſitionem faciat de male-factoribus terræ, & eorum receptatoribus; per ſacramenta trium hominum bonorum, & fidelium, vnà cum ſacramento Seneſcalli, de ſingulis villis, ſingulorum Vice-comitatuum infra Balliam ſuam, præterquàm in *Galwidia*, qui leges ſuas habent ſpeciales.

2. Et ſi quos, per dictam inquiſitionem lagaliter factam, invenerit, eos feſtinanter per ſervientes Domini Regis, cum auxilio hominum Domini villæ, ſalvò faciat attachiari; & ad certum diem, & locum, coram Juſtitiario; per fidele vicinetum tranſeant.

3. Ita

3. Ita tamen, quòd si aliquis eorum, per prædictum vicinetum de murdro, sive roboria, vel consimilibus feloniis, ad coronam Domini Regis pertinentibus, fuerit convictus; omnia catalla sua, sine contradictione aliqua, Domino Regi remanebunt.

Pœna convicti de placitis Coronæ Regis.

4. Si verò aliquis de furto, vel homicidio, seu de consimilibus feloniis, ad furtum vel homicidium pertinentibus; fuerit convictus; Domini in quorum terris, catalla aliqua habuerit, eadem catalla, sine contradictone aliqua, remaneant.

Pœna furti, et Homicidij. De jure divino homicidium probatur per testes. Num. 35. 30.

5. Statuit etiam Dominus Rex, quòd nullus de-cæterò, attachietur per servientes Domini Regis, nisi per dictam inquisitionem, de felonia sit [a] indictatus.

[a] *Al. indictati.*

6. Omnes convicti de furto, vel homicidio, coram Justitiario, Baronibus tradantur, vel eorum Ballivis, ad faciendam justitiam de eis, in eorum liberis Baroniis, sine aliqua redemtione, vel remedio; nisi gratia Domini Regis intervenerit.

7. *Item*, si aliquis Miles, per dictam inquisitionem, pro malefacto suo fuerit indictatus per fidele vicinetum Militum, vel libere-tenentium, hæreditariè transibit.

Miles debet judicari per pares. Quon Attach. c. 67.

8. Præterea Attachiatores, occasione suorum attachiamentorum, nihil de bonis ipsius attachiati asportabunt: Nec aliquid inde consumant. Sed Dominus villæ, vel Senescallus suus, illos per vnum diem & noctem, rationabiliter sustentabit, de bonis ipsius attachiati.

ASSISA DE VITA, MEMBRO, VEL terra, debet fieri per liberos tenentes.

Cap. 3.

Item, statuit Dominus Rex *Alexander*, apud *Strivelin*, coram Magnatibus suis, tàm viris Ecclesiasticis, quàm aliis: Quòd de-cæterò, non fiat sacramentum, de amissione vitæ, vel membrorum hominis, seu terræ, nisi per fideles homines, & per probos, libere-tenentes per Chartas.

QVI POSSVNT REPLEGIARI.

Cap. 4.

Statuit Rex per consilium, & assensum totius communitatis suæ, quòd nullus Episcopus, Abbas, vel Clericus, Comes

Stat. 1. Rob. 1. c. 11.

mes, Baro, aut aliquis alius de regno *Scotiæ* de-cæterò, aliquem replegiabit vt hominem ſuum, nec petet ad plegium quemcunque quovis crimine [a] irretitus fuerit, niſi idem calumniatus, fuerit homo ſuus ligius, vel nativus, vel in terra ſua manens, vel de familia ſua.

[a] *Al. reſtatus.*

2. Et ſi fortè recognoſci poterit, per legales homines patriæ; quòd ille malefactor non ſit ligius, vel nativus, vel manens in terra, vel familia replegiantis, ſed quòd idem replegians, voluerit replegiare calumniatum, pro cauſſa aliqua mercenaria, (ſicut Magnates hucuſque facere ſolebant, capiendo de malefactore, ceram, piper, cuminum, vel aliquem alium cenſum) dictus replegians, ſit in miſericordia Domini Regis.

DE FVRTO FACTO VIRIS Religioſis, & aliis qui non tenentur pugnare.

Cap. 5.

Item, ſtatuit Dominus Rex, quòd ſi aliquid furtivè ſublatum fuerit, à viris Religioſis, Clericis, viduis, Præbendariis, vel talibus, qui non poterunt pugnare, neque debent: Conquerentes veniant ad Dominum feodi, vel ejus Ballivum: & ipſe Dominus, vel ejus Ballivus, vocato Vice-comite patriæ, die rationabili iis ſtatuto, ſine dilatione, ſecundum [a] proportionem trium Baroniarum, per legales homines de vicineto, diligenter, & fideliter inquirant, quis malefactor ille fuit.

[a] *i. Inquiſitionem, vel declarationem.* The Report.

2. Et ſi ſecundum illam proportationem malefactor inventus, vel convictus fuerit, juſtum ſubeat judicium.

3. Et ſi fugerit, nihilominùs viris Religioſis, viduis, & aliis conquerentibus, ablata reſtituentur de rebus malefactoris, & catalla ſua reſidua ſint Domini Regis; vel cujus eſſe debent de jure.

4. Si verò in Dominiis, vel Thanagiis Domini Regis, malefactor ille fuerit; Vice-comes patriæ, modo ſupra-dicto, proportionem faciat indilatè.

DE

Statuta Alexandri. 2.

DE CONFVGIENTIbus ad Ecclesiam.

Cap. 6.

DE raptoribus, & furibus ad Ecclesiam confugientibus, decernimus, quòd si quis eorum pœnitendo, confiteatur ibîdem, se graviter deliquisse, & pro amore Dei, ejus domum pro sua salute quæsivisse, pacem habeat hoc modo, scilicet, quòd nec vitam, nec membra amittat: sed quæ ab aliquo injustè abstulit, tantum ei restituat, & secundum legem patriæ, Domino Regi emendam faciat.

Stat. Robert. 2. c. 9. Stat. V Vilh. c. 5. L. 1. l. 6. et. tot. tit. C. de his qui ad Eccles. confug. vid. Bart. in Authen. de mandat. prin. coll. 3

2. Atque super textum Eu-angelii juret, quòd de-cæterò nunquam rapinam, vel furtum faciet.

3. Quòd si Domino Regi debitum dare nequiverit, cætera præfata perimpleat: & in eadem pace, extra patriam pergat, donec Domino Regi reconcilietur.

4. Si verò aliquis ex iis, ad Ecclesiam confugiens, voluerit se innocentem ostendere, dicens se [a] potestatem temerariam timuisse, vt sibi liceat secundum legem se purgare; cum pace ad Curiam Domini Regis pergat, atque ibi, ei, à quo culpatus est, secundum consuetudinem patriæ, fide-jussores, & vadimonia præbeat. Et si ibîdem secundum legem patriæ purgaverit se, in pace remaneat.

[a] *i. Temeritatem, vel audaciam, magistratus.*

5. Si autem justè, & legaliter de crimine sibi illato Reus convictus fuerit: judicium quo talis Reus est dignus, secundum legem patriæ, & regni subeat.

6. Et si quis ex iis ad Ecclesiam fugerit, confitens se innocentem esse, sed præ inopia, fide-jussores, vel vadimonia invenire non posse in aliquo loco, vbi Domino Regi, vel Episcopo, tutum & conveniens esse videbitur, secundum judicium se purgabit; vnde si mundus reperitur, in pace remaneat: Et si immundus repertus fuerit, sententiam qua Reus est dignus, suscipiat.

7. Homicîdæ insuper seu traditores Dominorum suorum, & qui criminantur quòd murdrum vel traditionem fecerint

murdrum vel traditionem fecerint; legitimè de hoc accusentur. Et si præfatis modis calumniati, ad Ecclesiam confugerint; præscripta lex de iisdem observetur.

Exod.21.13. Num.25.10. Deut.19.3. Ios.20.2.3.

ANNOTATIO.

Verùm confinia majoris Ecclesiæ intelliguntur habere in circuitu, quadraginta passus minores verò Ecclesiæ, vel Capellæ, triginta. 17.4.c.sicut 6.

Ver. 1. Confugientibus] *Non licet extrahere confugientes ad Ecclesiam.* c. eos qui.dist.87.*nec de Atrio Ecclesiæ extrahi possunt quod* 30.*passibus clauditur.* c. definivit.17.q.4.vide cap. inter alia 6.de immunitat.Eccles.

Ver. 5. Judicium] *Non debet gaudere immunitatis privilegio, qui eo se facit indignum. Et frustra legis auxilium implorat, qui committit in legem.*c vlt. de Immunit.Eccles.c. bonæ.23. de elect.& elect.potestat.

Ver. 7. Homicidæ] *de Homicida confugiente ad Asylum.* Jac. 3.parl. 5. c.35.Jac.5.parl.4.c.22.Edward.2.An.9.c.8.10.Henr. 8.An.27. c. 19. An. 32.c.12.

DE CALVMNIA FVRTI, ET roboriæ, & abrogatione purgationis, per aquam, vel ferrum.

CAP. 7.

SI quis calumniaverit aliquem de furto, vel roboria; & defendens se voluerit reponere super proportationem vicineti; & vicinetum ipsum purgaverit, quietus erit. Et appellans in misericordia Domini Regis remanebit.

Al.per fossam. Sed malè.

2. Sed si non fuerit purgatus, fiat de eo justum judicium.

3. Et de-cæterò, non fiat judicium, per aquam, vel ferrum; vt consuetum fuit antiquis temporibus.

DE DISSAISINA INIVSTE facta.

CAP. 8.

SI aliquis conqueratur Domino Regi, vel Justitiario, quòd Dominus suus vel aliquis alius ipsum injustè, & sine judicio dissaisivit De aliquo, de quo ipse fuit saisitus, & vestitus, & plegium invenerit de clamore suo prosequendo

S.Tenemento.

Justi-

Digitized by Google

Juſtitiarius, vel Vice-comes, per præceptum Regis, vel Juſtitiarii, recognoſci faciat per probos homines patriæ, ſi conquerens verum dixerit, vel juſtam querimoniam fecerit.

2. Et ſi ita recognitum fuerit, & probatum: Juſtitiarius, vel Vice-comes faciat eum rehabere ſaſinam rei, de qua fuit diſſaiſitus. Et diſſaiſitor ſit in miſericordia Domini Regis.

3. Et ſi Miles, vel alius dictam diſſaiſinam fecerit, in miſericordia Domini Regis remanebit.

4. Et [a] catalla illa, ſeu terra ad præſentem Curiam, cum damnis, ſeu arrieragiis, diſſaiſito ſtatim reſtituantur.

5. Si autem recognitum fuerit, quòd conquerens injuſtam querimoniam fecit: ipſe ſit in miſericordia Domini Regis, & dabit foris-factum decem librarum.

[a] *Diſſaiſina eſt, vt ita dicam, diſpoſſeſſio rerum mobiliũ veluti catallorum, et domorũ ſpoliatio Spolium* Spuilze. *vel eſt rerum immobilium, veluti terrarum, et ejectio vocatur.*

ANNOTATIO.

Vér. 3. Diſſaiſinã fecerit] *In Brevi de nova diſſaiſina (quod interdictum vnde vi dicitur) non ſolùm reſtituitur res ipſa ejuſque poſſeſſio, ſed etiam id omne, quod Actoris intereſt.* L. ſemper 15. §. ff. quod vi, & clàm. *Neque conſideratur id quod ad diſſaiſitorem pervenit; ſed etiam quod Actor habere potuit, ſi non fuiſſet dejectus, aut poſſeſſione ſuâ ſpoliatus. Id enim omne erit reſtituendum Actori.* l. 1. §. qui vi. 19. l. 6. ff. de vi. & vi armat.

DE MVLIERIBVS PETENTIBVS tertiam partem, ſive dotalitium.

CAP. 9.

CVm diu controverſia mota eſſet, in Curia Domini Regis, inter E. vxorem quondam B. ex vna parte petentem tertiam partem terræ de D. cum ſuis pertinentiis, nomine tertiæ partis, ipſam juſtè, & ſecundum Aſſiſam terræ contingentis: de terris quæ fuerunt B. mariti ſui, cum ſuis pertinentiis: Et H. filium Comitis de S. ex altera parte, habentem cuſtodiam terrarum, quæ fuerunt dicti B. Et e-converſo, aſſerentem ipſam ei non debere conſequi aliquam partem in dicta terra de B. ſecundum Aſſiſam terræ: eo-quòd, mater de B. dictam terram tenuerat in dotalitium, poſt mortem dicti B. filii ſui. (Nec ipſe B. tempore mortis ſuæ, nec ante de dicta terra fuit ſaiſitus

ſaiſitus;) nec conſuevit mulier vidua, ſecundum conſuetudinem regni, hujuſmodi terræ, tertiam conſequi. Tandem Dominus Rex, ſuper hoc, de-cæterò in regno ſuo certam legem tenere, ſtatuit pro lege, quòd quælibet mulier vidua, habens jus petendi dotem, poſt mortem mariti ſui, debeat de-cæterò, vendicare in conſimili caſu tàm tertiam partem hujus, quàm totius reſidui. Et plures Magnates præſentes fuerunt.

DE HIS QVI IN PLACITO tranſgreſſionis, perſequi recuſant.

CAP. 10.

Vid. Stat. Reb. 3. c. 29. Stat. 1. Reb. 1. c. 74. Iac. 5. parl. 4. c. 34.

SI quis conqueſtus fuerit de aliquo, in aliqua querela, de injuria, & non ratione: Et plegios invenerit de proſequendo, & non vult proſequi, in miſericordia Domini Regis incidit.

2. *Item*, ſi quis convictus fuerit per judicium, incidet in miſericordiam Domini Regis.

3. *Item*, ſi plegios non habuerit de proſequendo, in miſericordia erit.

4. Et ſi præſtito juramento proſequi noluerit, capiatur, & detineatur in priſona, pro ſuo foris-facto.

5. Et ſi quis conqueſtus fuerit de aliquo, in aliqua querela; ſicut de vita, & membris; & plegios non habuerit de proſequendo, detineatur in priſona rationabili, & ſecura; donec judicium habuerit.

POENA CONVICTI IN DVELLO.

CAP. 11.

Leg. Malc. 3. c. 7.

SI quis conqueſtus fuerit, de aliqua querela pertinente ad coronam Domini Regis, vnde duellum poterit oriri, ſi calumniatus cadat in bello: ejus plegii reſpendebunt Domino Regi, de novem vaccis, & vno *colpindach*, & ſatisfacient calumniatori, de calumnia ſua, quæ ad ipſum pertinet de ejus evaſione.

CATAL-

Digitized by Google

CATALLA FVRATA DEBENT ADDVCI *ad loca ſtatuta.* CAP. 12.

STatuit Rex de catallo furato, quòd in quacunque provincia ca tallum ſit furatum, & calumniatum, ducatur ad locum in quolibet comitatu: vbi Rex *Davi*d, ſtatuit catalla calumniata debere reduci. Leg. Malc. 2. 7. Lib. 1. c. 20. Stat. VVilh. c. 1.

DE LATRONE NON HABENTE *Dominum vel plegium.* CAP. 13.

STatuit Dominus Rex, quòd ſi quis defamatus fuerit de latrocinio in vna provincia, vel duabus, & inventus fuerit ſine aliquo Domino, qui plegium pro eo dare noluerit, fiat de eo ſicut de latrone probato. *Fama cum alijs præſumptionibus, probat.* Gl. in. c. tertio. 13. de præſumpt. lib. 4. c. 13. Stat. David. 2. c. 17.

VICE-COMES DEBET INTERESSE *Curiis Epiſcoporum, Abbatum, Comitum, & aliorum.* CAP. 14.

STatutum eſt, quòd nec Epiſcopi, nec Abbates, nec Comites, nec aliqui liberè tenentes, tenebunt Curias ſuas, niſi Vice-comes Regis vel ſervientes Vice-comitis, ibidem fuerint; vel ſummoniti vt ibidem interſint, ad videndum ſi Curia rectè tractetur. Leg. Malc. 2. c. 11.

2. Et in omnibus eorum Curiis, quatuor placita reſervabuntur ad Curiam Domini Regis, quæ ad coronam ſpectant, videlicet, de [a] raptu mulieris de incendio, de murdro, & de roboria, quæ dicitur rapina. [a] *Al. de fœmina efforciata, de Arſione, de rapina, et de Murdro.*

3. Et ſi Vice-comes cùm ſummonitus fuerit: ad Curiam Baronis non venerit: neque miſerit aliquem de ſervientibus Regis, liceat Baroni Curiam ſuam tenere legaliter, ſine foris-facto Regis.

4. De aliis quoquè querelis, vnuſquiſque liberorum hominum, qui Curiam habet, quicquid ibi acciderit, eam tenebit, ſalvâ miſericordiâ Domini Regis.

DE

DE FORIS-FACTIS LEVANDIS AB illis, qui remanent ab exercitu Regis.

CAP. 15.

Stat. 1. Rob. 1. c. 27.

RECordatio facta, coram Domino Rege *Alexandro*, apud *Perth*, per omnes Judices *Scotiæ*, die Jovis, in prima integra hebdomada Quadragesimæ, postquam Rex fuit in exercitu apud *Innernes*, contra *Donaldum* filium *Nigelli* de *Iles*; de illis qui ab exercitu abfuerunt. Quòd Rex debet habere foris-factum Comitis, si aliqui eorum ab exercitu remanserint, sed non fuit discussum ibi, quantum esse debet.

2. De omnibus verò aliis, qui ab exercitu remanserint, scilicet, de terris Episcoporum, Abbatum, Baronum, Militum, Thanorum, qui de Rege tenent, debet solus Rex habere foris-factum. Scilicet, de Thano sex vaccas, & vnam juvencam. De *Ochiern* quindecim oves, vel sex solidos, sed inde non habebit Rex nisi medietatem, & Thanus, vel Miles aliam medietatem, De rustico vnam vaccam, & vnam ovem, & hæc similiter debent dividi inter Regem, & Thanum, vel Militem:

3. Sed si per licentiam Thani, vel Militis, ab exercitu Regis remanserint, Rex solus habebit foris-factum.

[a] *Licet ille non sicut Comes, sed sicut Marus Regis comitatus de Fyfe, ad rectitudines suas exigendas.*

4. Nullus autem Comes, aut servientes Comitis, in terram alicujus, de Rege tenentis, ad hoc foris-factum exigendum debet venire, nisi Comes de *Fife*, [a] ad rectitudines suas exigendas.

[b] *i. De sortibus, enim Rex, et Comites mittunt sortes. 5. et 6. versus desunt in multis codicibus.*

5. De cavellis verò, vbi Rex & Comes partiuntur, Rex, & Comes habebunt vnam medietatem foris-facti ab exercitu, & Thanus aliam medietatem.

6. Sed vbi ipse Thanus fuerit in foris-facto, foris-factum videtur inter Regem, & Comitem.

LEX AQVARVM.

CAP. 16.

Hæc conversio porci in circulum cõtinere videtur spatiũ sex pedũ, vel quinque pedũ.

HAEc est assisa Regis *Alexandri*, facta apud *Perth*, die Jovis, ante festum Margaretæ, per Comites, Barones, & Judices *Scotiæ*, quòd filum aquæ seu medium aquæ, *lie Streame*, debet esse liberum vsquequaque in tantum, adeo quòd vnus

Porcus

porcus, trium annorum, bene paſtus, poſſet ſe vertere infra filum aquæ: Ita quòd neque roſtrum porci, nec cauda appropinquat ſepi, vel ripæ.

Hæc nverſio porci in circulum continere videtur ſpatium ſex pedum vel quinque pedum
Iac. 3. parl. 10. c. 78.
Ia. 4. parl. 2. c. 15.
Iac. 6. parl. 7. c. 111.
The inſtitution of the Setterdayes ſlopp.
Iac. 1. parl. 1. c. 1

2. Et debet aqua eſſe libera: ita quòd nemo ibidem piſces capiat, à die *Sabbathi*, poſt veſperas, vſque ad diem *Lunæ* poſt ortum ſolis.

DE JVDICIO DE GYLASCOPE
Cap. 17.

APud *Edinburgh* die Dominicâ proximâ, poſt feſtum Beati *Dionyſii*, in capitulo Abbatis Sanctæ-Crucis; de *Gylaſcoppe Mak-Scolane*, per omnes Judices tàm *Scotiæ*, quàm *Galwidiæ*, judicatum fuit; quòd prædictus *Gylaſcoppe*, non duxerat ad diem ſtatutum obſides, de quibus dandis, ad ſtatutum diem, & locum, ipſemet plegius fuerat. Ideo debet dare Regi vadia, vnde Rex [b] pacatus eſſet. Et ſi vadia ad voluntatem Regis dare non poſſit, ipſemet remaneat in vadium; donec obſides promiſsos dederit. Et inſuper ſi contrarium fecerit: in gravi miſericordia Domini Regis, remanebit.

Vid. Hiſtoriam Buchanani in vita Alexandri. 2. R.
[b] *donec debitum Regis ipſi Regi fuerit pacatum, et ſolutum.*

DE MANELETA ID EST guil.
Cap. 18.

SI firmarius tuus, ponat maneletam in terra Domini Regis, vel Baronis: Et non vult eam deliberare, & mundare, debet puniri, ſicut ſeductor, qui ducit exercitum in terram Domini Regis, vel Baronis.

Qui lolium, aut avenam, in ſegetem alienam Injicit: tenetur compenſare dãnum ſuæ culpæ datum.
L. 1. Servus. 27. §. inquit lex. ff. Ad leg Aquil vid. Plinium lib. 18. c. 17.

2. *Item*, ſi nativus tuus habeat maneletam in terra tua, pro qualibet planticula, dabit tibi, vel culibet alio ſuo Domino mutonem, ad foriſ-factum ſuum. Et inhilominùs terram mundabit à maneleta.

DE FALSA CHARTA.
Cap. 19.

QVicunque falſam Chartam feciſſe convictus fuerit, manus ejus amputetur.

Al. falſam monetam. de iudicib. c. 75. lib. 4. c. 13.

2. Non ſolùm illius qui falſitatem fecit; ſed etiam qui conſcius inde fuit.

Digitized by Google

5. Assignetur autem ei pro dote sua, tertia pars [d] totius mariti sui, quæ sua fuit in vita sua, nisi ad ostiū Ecclesiæ dotata fuerit.

[d] *i. De bonis defuncti mariti sui.*

VIDVA NON COGITVR NVBERE, SED in nuptiis consensum Domini sui habere debet. Cap. 23.

lib. c. 49. 4. Henr. 2. c. 7 Magna Charta Edward 2. An. 17. c. 4.

NVlla vidua distringatur ad se maritandum, dum voluerit vivere sine marito: Ita tamen quòd securitatem faciat, de non maritando se, sine assensu nostro, si de nobis tenuerit, vel sine assensu Domini sui, si de alio teneat quàm de nobis.

L. a Divo. Pio. 15. ff. de re iudic. Henr. 2. Anno. 9. c. 8. in magna Charta. *Cõprising of lãds.*

DE SOLVTIONE DEBITI, ET TERRIS debitoris vendendis Cap. 24.

SI ipse debitor, vel incolæ sui, bona mobilia habuerint, ante omnia sunt distringenda ad solvendum creditori.

2. Et si bona distringenda mobilia non habuerint, Vicecomes & ministri Regis, præmoneant debitorem, ante levationem Curiæ; quòd in defectu mobilium, vendere tenetur terras, & possessiones debitoris, infra quindecim dies, ad satisfaciendum creditori.

3. Quod si ipse debitor, per se non fecerit infra quindecim dies, Vicecomes, & ministri Regis, vendant illas terras, & possessiones debitoris; secundum consuetudinem regni; quousque fuerit creditori satisfactum, de summa principali, cum damnis, expensis, & interesse.

Leg. burg. c. 94. c. 95. Iac. 3. parl. 5. c. 36.

4. Et Vicecomes infeodabit emtorem, per Chartam Regis, si de Rege tenentur.

5. Et si de Barone tenentur, & ipse easdem emere voluerit, de jure videtur habere.

6. Et si alius de pretio Regis eas habere voluerit, Vicemes infeodabit emtorem, forma qua debitor occupavit, cum suis Bjribus, & pertinentiis vniversis.

7. Baro tamen accipiet emtorem, suum [a] ad mandatum Vicecomitis, & dabit pristinam saisinam debitoris, sine obstaculo, vel quæstione qualicunque.

[a] *Scilicet, in vasallum loco debitoris.*

DE VVRECTO MARIS Cap. 25.

Ex libro perthensi.

SI aliqua navis, vel fercosta, vel aliud vas appulsum fuerit, & inloinveniatur homo, canis, vel murilegus vivens, & exeat

vnus ab illo vaſe, vas illud non adjudicabitur pro wrecto maris: Sed cuſtodiatur cum omnibus bonis, per viſum Vicecomitis, Coronarii, vel Ballivi regii, & deliberẽtur in manibus illorum de villa, vbi res illæ reperiũtur. Ita quòd ſi aliquis proſequatur illa bona, & probare poſſit illa eadem eſſe ſua, vel Domini ſui, vel fuiſſe perdita in cuſtodia ſua; reddantur ſibi, infra illum annum & diem ſine dilatione. Et ſi non, remaneant Regi: capiantur per Vice-comitem, Coronarium, vel Ballivum; & tradantur illis de villa, qui inde reſpondeant coram juſtitiario, de wrecto ſpectante ad Regem.

Ed. vard. 1. An. 3. c. 4. et. An. 4. in Statuto de officio Coronatoris. Ed. vard. 2. An. 17. c. 11. De naufragio. Vid. Iac. 1. parl. 6. c. 125.

2. Et vbi *wreck* pertinet ad alium, quàm Dominum Regem; habeant ipſi illud, eodem modo.

3. Et qui aliter quàm ſic facit et de hoc convictus fuerit, attaintus: ponatur in carcere, & ibi cuſtodiatur & ſecundum voluntatẽ regiã redimatur.

Annotatio.

Fiſcus *ex naufragio, & aliena calamitate compendium ſectari non debet.* l. vnic. C. de naufrag. lib. 11. *Et prætereà qui dolo malo, ex naufragio aliquid rapit aut recipit, quadruplum vel ſimplum tenetur reſtituere.* l. 1. ff. de incend. ruin. naufrag. *Tenetur etiam criminaliter.* l. in eum. 18. & ibi. gl. l. navigia. C. de furt.

IN MY DEFENCE, GOD ME DEFEND.

IN DEI NOMINE.

AMEN.

ROBERTVS DEI GRATIA, REX SCOTORVM,

ANNO REGNI SVI DECIMO TERTIO, die Dominica proxima, cum continuatione dierum, poſt feſtum Sancti Andreæ *Apoſtoli, ſubſequentium: Reſidens apud* Sconam, *in plano Parliamento ſuo, tento ibidem; habitoque ſolenni tractatu, cum Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, & aliis Magnatibus, de communitate totius Regni ibidem congregatis: ſuper variis, & arduis negotiis, ipſum & regnum ſuum tangentibus, atque in futuro tangere valentibus: Ad honorem* DEI, *& ſanctæ matris Eccleſiæ, & ad emendationem terræ ſuæ, tuitionem populi, & ad pacem terræ ſuæ manu-tenendam, & affirmandam. De communi conſilio, & expreſſo conſenſu, omnium Prælatorum, & Libere-tenentium prædictorum, ac totius communitatis prædictæ; ordinavit, condidit, & ſtabilivit ſtatuta infra-ſcripta; ab omnibus, per totum regnum ſuum perpetuo, & inviolabiliter obſervanda.*

ANNOTATIO.

Robertus] *Robertus primus, filius* Roberti Bruyſe, *Comitis* Carictæ *nepos illius* Roberti Bruyſe, *qui litem de Regno* Scotiæ, *movit contra* Joannem Balliolum, *ex ſtirpe* Davidis, *Comitis* Huntingtoniæ, *& fratris* Malcolmi. 4. *&* Wilhelmi, *Regum* Scotiæ; *cæpit regnare* An. mundi. 5276 An. Chri. 1306. *& regnavit* Annos. 24.

DE PACE ECCLESIÆ, ET ECCLESIASTICORUM.

CAP. 1.



Iac.1.parl.1.c.1. *etpassim in principiis omniũ parliamentorum.*

IMPRIMIS STATVIT DOMINVS REX, quòd sancta Ecclesia *Scotiæ* manu-teneatur cum juribus, & libertatibus suis, in omnibus.

Iac.2.parl.4.c.7. parl. 6.c.12. Iac.6.parl.6.c.68.parl. 7.c.99.parl.12.c.114. Stat.wilh.c.32. Stat. David 2.c.42.

2. Et quòd sancta Ecclesia, & sacro-sancta Religio manu-teneãtur, & custodiantur ab oppressionibus, oneribus, gravaminibus illatis eisdem ante ista tempora.

3. Et præcipit, quòd nullus de-

[a] *i. In prædiis rusticis, vbi fructus colliguntur et asservantur.*

cæterò hospitetur in domibus, vel grangiis Religiosorum, seu Ecclesiasticorum virorum, in destructionem eorum seu bonorum eorundem.

IVSTITIA DEBET AEQVALITER omnibus fieri.

CAP. 2.

Iudiciũ non debet claudicare, sed æquitas, et æqualitas est servanda. c.5.de except extr. Iac.2.parl.6.c.13. Iac.3.parl.13.c.94.

ITem, Dominus Rex vult, & præcipit, quòd communis lex & communis justitia fiat tàm pauperibus, quàm divitibus, secundum antiquas leges, & libertates ante ista tempora justè vsitatas.

DE IVDICATIS AD MORTEM NON redimendis.

CAP. 3.

STatutum est, quòd si aliquis ab hac hora, in-antea, de quacunque conditione fuerit, sit convictus, vel attayntus de homicidio, rapina, aut aliis delictis, tangentibus vitam & membra, communis justitia fiat de eo sine racheto.

[b] *i. Sine redemptione, vel pretio redemptionis.* Infr.c.9.1.vulgó, Ransoun or thirlbute. vid Iac.1.parl.13.c.17. Lib.4.c.15.

2. Salvâ potestate Regali, & salvis libertatibus per Regem *Scotiæ* prædicessores Domini nostri Regis, qui nunc est, Ecclesiæ, & Ecclesiasticis personis, & aliis Dominis specialiter concessis.

DE

DE TRANSGRESSIONIBVS, FACTIS per venientes ad exercitum. CAP. 4.

ITem, ordinatum est & assensum, de illis qui veniunt ad exercitum. Quòd si quis cujuscunque conditionis fuerit, aliquo modo fecerit homicidium, rapinam, vel furtum in alterius terra veniendo, morando, seu redeundo, sit intactus corā Justitiario. Iac.3.part.11.c.81.

2. Et querimonia partis, cui injuriatum est, sit recepta tali modo quòd Ballivus in cujus Ballia talis malefactor moratur, habeat mandatum justitiarii, infra cujus Justitiariam trangressio facta fuit, quòd sit attachiatus, veniat ad respondendum illic, vbi transgressio facta fuit, ita benè ad damnum partis, sicut ad indictamentum Domini Regis.

3. Et sit punitus, secundum modum, & quantitatem delicti, in forma legis. Quia aliter tale delictum, non poterit declarari.

ANNOTATIO.

Ve. 2. Transgressio facta fuit] *delinquens in eo loco in quo deliquit, puniri debet.* l.vlt ff.de noxal.act.per rationem.l. 28. §. famosos. ff. de pœn. Vid. Stat.Wilh.c.18.

QVALITER MINISTRETVR VENIENtibus ad exercitum. CAP. 5.

ORdinatum & statutum est quòd venientibus ad exercitum Domini Regis, pro defensione regni, rationabiliter serviatur in his quæ spectant ad sustentationem eorum, pro denariis suis, secundum forum patriæ vbi transeunt.

2. Et nihil capiant sine visu Ballivorum, aut proximorum vicinorum, per loca vbi transeunt.

3. Quòd si non poterit iis responderi per Ballivum, nec sibi pro suis denariis serviri: nihil capiant, nisi tantummodò sustentationem suam, absque vasto faciendo, sub colore emendi. Sicut volunt, quod verificetur coram justitiario, in defectu Ballivi, & sine fraude.

4. Et si alio modo fecerint, sit trangressio illa tornata, seu versa ad roboriam.

5. Et quod quisque Dominus veniat, [a] stuffatus ad exercitum de cariagiis, & victualibus, sicut vult sibi fore serviendum.

6. Et si sit de longinquis partibus, ita quòd non potest adducere victualia; veniat stuffatus de denariis ad emendum: Et nō in spe onerandi patriam, per quā transit, sine [b] pagamento faciendo.

[a] *i. Instructus.*
[b] *i. sine solutione. vel non faciens solutionem.*

DE

DE ESSONIIS INDICTATORVM. CAP. 6.

NVllus indictatus, sit essoniatus coram Justitiario, in placitis suis tenendis, nisi tantum per servitium Domini Regis: Et [a] super hoc, præsentet literam Regis pro waranto suo. Aut pro essonio, quod Gallicè vocatur, *mal de lit*: hoc est, malum de lecto, Anglicè, *Bed-evill.*

2. Ita tamen quòd tale essonium, non recipiatur in Curia coram Justitiario; nisi in præsentia [b] essoniatorum, & tunc recenter inquiratur per bonam Assisam, si morbus sit talis sine fraude, quòd essoniatus non poterit comparere, & sic de plegiis ejus.

3. Et si aliter fuerit attayntum, sint amerciati, tàm indictatus, quàm plegius ejus, pro defectu introitus ejus, & habeat indictatus novum diem, ad apparendum in eadem forma.

[a]. *Nulli creditur se habere mandatũ principis, nisi ostẽdat literas Principis.* l. vlt. C. de mand. princip.

[b]. *i. In præsentia eorum qui alios essoniant, et excusant.*

DE [a] NAMIS CAPIENDIS. CAP. 7.

ITem, ordinatum, & assisatum est, quòd nullus de-cæterò capiat namos, in alterius terra, vel feodo, pro debito suo sibi debito; sine Ballivo Domini Regis, vel Ballivo loci.

2. Et ille namus sit mensurabilis, secundum quantitatem debiti.

3. Et quòd nullus de-cæterò sit namatus, pro aliquo debito, nisi sit debitor, vel plegius ipsius debitoris.

4. Et nullus [b] distringat extra feodum suum, pro servitio quod sibi debetur, pro tenemento de se tento; nec superfluam districtionem faciat.

5. Et nami, ac districtiones factæ, retineantur in iisdem Baroniis, vbi factæ sunt: vel si districtor habeat locum, vbi poterit ponere tales namos seu districtiones.

6. Et si non habeat, teneantur in proximiore Baronia adjacente, infra eundem Vice-comitatum, exceptis castris, & fortaliciis.

7. Et si quis contra statuta fecerit, & super hoc attayntus fuerit seu convictus: sit in gravi forisfacto, sicut de statuto Domini Regis fracto.

[a] *i. De pignoribus pro re judicata.* Lib. 4. c. 20. Henr. 3. An. 52. c. 4. c. 15. Edward. 1. An. 3. c. 17.

[b] *i. Quia extra suũ feudum, seu territorium nullam habet jurisdictionem* l. vlt. ff. de jurisd.

LATRO-

Digitized by Google

LATRONES NON DEBENT REDIMI. CAP. 9.

1.c.1 parl.13.c. 137. Iac.5.parl.1.c. 2.

NVllus capiat rachetum, hoc eſt, *thieft-bute*, de [a] latronicio.
2. Et ſi quis id fecerit, & ſuper hoc convictus fuerit, ſit in gravi foriſ-facto Domini Regis. Et reddat ei finem quem cepit de latrone.

a Theif. i.fur. et Bute vel Bote, compenſatio. vt man-bute, kin-bute.

3. Et ille qui dedit finem, habeat judiciū ſicut latro probatus.
4. Et ſi ille qui recepit rachetum, non habuerit vnde ſolvat foriſ-factum Regis: ſit punitus per gravem impriſonationem, ad voluntatem Regis.
5. Salvis tamen libertatibus illorum Dominorum, qui per Reges *Scotiæ*, aut per Dominum Regem, qui nunc eſt, in talibus, habent libertates ſibi conceſsas.

CVRIAE DE REBVS REPLEGIATIS, DEbent teneri in loco vbi eſt facilis, & tutus acceſſus. CAP. 10.

judex debet aſſignare litigãbus, locũ idoneum et ſecurũ c.ex parte. 47. de appell. extr.

SI vna beſtia, vel res aliqua ſit replegiata, ad reintrandum in aliqua Curia: Dominus illius Curiæ, vel Ballivi ejus, faciant illam Curiam teneri in loco habili, vbi beſtiæ, vel aliæ res replegiatæ taliter poſsunt cum aſiamento & ſine perturbatione venire.
2. Et qui aliter fecerit, & malitiâ ſuâ convictus fuerit, & attachiatus: ſit in amerciamento decem librarum.

DE HIS QVI POSSVNT REPLEGIARI per aliquem. CAP. 11.

Stat. Alex. c. 4.

STatutum eſt, quòd nullus replegiat hominem, extra Curiam alterius, niſi ſit homo ſuus ligius, aut terram de eo tenens, aut commorans in ſervitio ſuo, ſicut de libera familia ſua, aut de conſanguinitate ſua propinqua. Et ſi dubium ſit, declaretur per Aſſiſam.

DE CROIIS ET PISCARIIS. CAP. 12.

Henr. 7. An. 4. c. 21. Henr. 8. An. 25. c. 7 Elizab. An. 1. c. 17. An. 5. c. 21.

ITem, omnes illi qui habent croias, vel piſcarias, ſeu ſtagna, aut molendina in aquis vbi mare aſcendit, & ſe retrahit, & vbi

vbi ſalmunculi, ſeu ſmolti vel friæ cujuſcunque generis piſcium maris, vel aquæ dulcis, aſcendunt, vel deſcendunt, tales croiæ & piſcariæ machinæ interpoſitæ ſint ad minus [a] duorum pollicum in latitudine.

Iac. 1. parl. 1. c. 11. Iac. 1. parl. 9. c. 131. Iac. 3. parl. 5. c. 37. Iac. 4. parl. 2. c. 15. Iac. 5. parl. 4. c. 15. Iac. 6. parl 7 c. 111 parl. 14. c. 224 a. Al. triũ Iac. 1. parl. 1. c. 11.

2. Ita quòd nulla fria piſcium, impediatur aſcendendo. Sed quòd liberè poſſunt aſcendere, vel deſcendere vbique.

Quod confirmatur auctoritate quorundam codicum. Quon. Attach. c. 87. Statr. Alex. c. 16.

3. Et ſi quis contra fecerit; & ſuper hoc convictus fuerit ſeu attayntus: impriſonetur per quadraginta dies, & nihilominùs ſit graviter amerciatus.

4. Et defendit Dominus Rex, quòd nullus præſumat piſcari ſalmones vel ſalmunculos temporibus prohibitis, ſuper antiquam pœnam.

[b] *i. Tranſgreſſiones vel nomina tranſgreſſorum.*

5. Et quilibet Vicecomes in Vicecomitatu ſuo iſtud ſtatutum cuſtodiri faciat, in omnibus aquis ſuper gravem foriſ-facturam Domini Regis; & præſentet defectus [b], coram Juſtitiario in itinere ſuo.

DE PERSONIS CONTRA QVAS BRE ve de nova diſſaiſina poteſt impetratri.

CAP. 13.

Breve de diſſaiſina locum habet contra diſſaiſitorem, et tum qui in ejus locum ſeu vitium ſuccedit, qui hic dicitur tenens, ſeu poſſeſſor et preterea datur contra auctorem diſſaiſitoris.

ITem, quia ante iſta tempora, Breve de nova diſſaiſina non ſolebat impetrari, nec portari, niſi ſuper tenentem: Ita benè vbi tenens intravit per feofamentum alterius, ſicut per diſſaiſinam, & injuriam ſuam propriam; vult Dominus Rex, & ſtatuit, quòd de-cæterò dominetur in Brevi de nova diſſaiſina, diſſaiſitor, ſicut tenens ejus & infeodator, ſi ſit vivus.

2. Et ſi plures diſſaiſitores faciant diſſaiſinam, & principalis diſſaiſitor moriatur antequam diſſaiſitus habuerit ſtatum ſuũ recuperatum; diſſaiſitus propter hoc non perdit recuperationem ſuam, per Breve de nova diſſaiſina; quandiu poterit invenire tenentem in vita, aut diſſaiſitorem, qui fuit ad diſſaiſinam facta.

Actio warantie non impedit proceſſum in brevi de nova diſſaiſina. lib. 3. c. vlt. 4.

3. Et ſi tenens ita infeodatus, impetraverit Breve de warantia Chartæ, pendente Aſſiſa penes ſuum infeodatorem vel hæredes ſuos; propter hoc non minùs capiatur Aſſiſa ad primum diem placiti.

4. Et ſi

4. Et ſi Aſſiſa tranſierit pro querelante, quilibet diſſaiſientium, teneatur diſſaiſito ad damna ſua, ſecundum tempus quo tenuit tenementum illud, poſt diſſaiſinam factam.

5. Et quicunque inventus fuerit diſsaiſitor, cum vi, & armis, poſt iſtud ſtatutum publicatum; ſit adjudicatus ad priſonam, & grave amerciamentum, ad voluntatem Domini Regis. Et hoc [a] ſtatutum de diſsaiſina facta teneat tantummodò, poſt ſtatutum æditum, & non antè.

[a] *i. Quia regulariter leges, non extenduntur ad præterita, ſed futura.*

DE CLAMEO IN ACTIONIBVS, CATALLOrum captorum, & injuriarum.

CAP. 14.

ITem, in placitis de captione cattallorum, nominentur annus, dies, & locus vbi catalla fuerunt capta, & detenta, numerus catallorum, & damna in certo.

2. Et ſimiliter in omni actione injuriarum, magna ſive parva, in omni Curia nominetur annus, dies, & locus, vbi injuria facta fuit, modus injuriarum, & damna omnia in [a] certo.

[a] *i. In liquido numero, et in certa quãtitate, vt Reus facilius inveniat plegium pro eis.*

DE CLAMEO IN ACTIONE CONVENtionis non obſervatæ.

CAP. 15.

ITem, quia per exceptiones, & calumnias non allocabiles, multi querelantes, & defendentes fuerunt amerciati, gravati, & damnificati in pluribus Curiis regni *Scotiæ*; Ordinatum eſt & aſſenſum, quòd in placitis de conventione, narratio non ſit [a] caſsata nec calumniata in aliqua Curia; quandiu querelans, vel ſuus præ locutor dicat annum, & diem conventionis factæ, & modum conventionis & quando conventio fuit infricta, & quæ damna habuit per conventionem non obſervatam.

[a] i. The libell ſall not be caſſin or chalenged.

DE CLAMEO IN PLACITO conventionis de debito.

CAP. 16.

IN placito ſuper debitis, ſeu debito, nominetur annus, dies, quantitas debiti, cauſsa pro qua debetur, & quando debitum deberet fuiſse perſolutum, & damna in certo.

DE

DE CLAMEO IN PLACITIS TRANSgreßionis CAP. 17.

NVlla defenſio ſeu exceptio ſit calumniata, nec defendens ſit indefenſus, quandiu defendens, aut [a] ſuus prælocutor, defendet *tort*, & non *reaſon*, quod dicitur *wrang* & *vnlauch*; & damna in certo, quæ nominabuntur per querelantem.

[a] *i. Quandiu tenēs defendit ſe nihil feciſſe contra jus, vel legem.*

2. Et eodem modo fiat defenſio, vbi homo eſt calumniatus in alterius Curia, [b] demandando Curiam Domini ſui, & non defendendo principalem calumniam ſibi impoſitam, vbi niſi velit, nihil reſpondebit.

[b] *i. Cùm decl nat judicē, et petit replegiari ad Curiā ſui domini. Replegiatio non admittitur in Curiis burgorum.*

3. Salvâ lege, & conſuetudine burgorum, quæ eſt in certo defendendo *tort*, & non *reaſon*, hoc eſt, *wrang* & *vnlauch*, ſive plus demandando Curiam Domini ſui.

DE MODO DEFENDENDI IN CVria. CAP. 18

DEfendens, aut ſuus prælocutor, non habet neceſſe reſpondere, antequam querelans vel ſuus prælocutor perdixerit aut [a] percunctatus fuerit. Ita quod nullus per ſermonem ſit ſubitò ſuppreſſus.

[a] *i. Ceſſaverit* fall ſtay. *i. Donec totum clameum ſuum propoſuerit, aut rogatus vt dicat, tacuerit.*

DE MODO DEFENDENDI IN *Brevibus de recto, de morte anteceſſoris, & de nova diſſaiſina.* CAP. 19.

ITem, in Brevi de recto, nullus tenens de-cæterò, aut ſuus prælocutor habeat neceſſe defendere jus demandantis, ad primam lecturam Brevis de recto: nec aliquid dicere, quandiu demandans, aut ſuus prælocutor, habuerit aliquid verſus illum ad dicendum.

2. Nec tenens, nec ſuus prælocutor ſit calumniatus ſicut indefenſus, nec amerciatus, quandiu defendit injuriam, & deforciamentum, & jus mandantis, ante exitum illorum de Curia.

Lib. 1. c. 18. c. 19. *Injuriam vel vim ſibi factam per Actorem.*

3. Similiter nec in Brevi de morte anteceſſoris, nec in Brevi de nova diſſaiſina, habeat tenens vel prælocutor ſuus neceſſe, ad defendendam injuriam, vel injurioſam detentionem, vel diſſaiſinam, nec aliquid dicere antequam Breve perlegatur. Sed audito

audito Brevi, poſteà reſpondeat pro parte ſua, quod ſibi bonum viſum fuerit.

DE PACE NVTRIENDA, ET AMORE.
CAP. 20.

ITem, quia inter quoſdam Magnates, & nobiles regni, poſt mortem bonæ memoriæ *Alexandri Regis Scotiæ*, prædicteſſoris noſtri, exortæ fuerunt diſcordiæ, & groſſitudines cordium: Dominus Rex ad nutriendum amorem bonum inter nobiles regni, & ad manu-tenendam firmam pacem inter eos, & populum ſuum ad invicem, præcipit & defendit, quòd nullus de-cæterò, faciat alteri damnum, aut gravamen vel moleſtiam: Nec aliquibus hominibus ſuorum, nec procuret fieri clàm, vel palàm. Iac.1.parl.1.c.2. Iac.2.parl.6.c.13. Iac.3.parl.13.c.92. Iac.4.parl.2.c.8.

2. Sed ſi aliquis de aliquo conqueri velit, habeat ſectam ſuam ſecundum leges terræ.

3. Et qui aliter fecerit, & ſuper hoc convictus fuerit; ſit calumniatus de pace Domini Regis, & de ſtatuto ſuo infrictis.

DE INVENTORIBVS RVMORVM, inter regem & populum.
CAP. 21.

STatuit & defendit Dominus Rex, quòd nullus ſit conſpirator nec inventor narrationum ſeu rumorum, per quos materia diſcordiæ poterit oriri inter Dominum Regem & populum ſuum. Et ſi quis talis inventus fuerit & attayntus; ſtatim capiatur, & mittatur in priſonam Domini Regis. Et ibi ſalvò cuſtodiatur, donec, & quouſque Dominus Rex de ipſo ordinaverit ſecundum voluntatem ſuam. Iac.1.parl.2.c.43. Iac.5.parl.6.c.83. Iac.6. parl.8.c.134. parl.10. c.10. parl.14.c.205. Edward.1.An.3.c.33 Henr.8.An.37.c.10. Phillip.et.Mar.Ann.1. 2.c.3. Elizab.An.1.c. 7.

IVDICES NEQVE DEBENT SVSTENtare querelas, nec munera capere.
CAP. 22.

DOminus Rex ſtatuit & defendit, quòd nullus Cancellarius, Camerarius, Juſtitiarius, Vicecomes, vel Ballivus, vel ſubballivus, nec Clerici eorum, ſint ſuſtentatores, aut manutentores placitorum, ſeu querelarum in Curia Domini Regis. Iac.6.parl.6.c.93. Edward.1.An.3.c.25 26.29.An.13.c.49. An.33.An.20.apud] Berwick.

Digitized by Google

2. Nec terram, seu aliquam rem aliam capiant, ad *Champarte*, ad defendendum, differendum, seu prolongandum jus alterius, extra formam jûris.

[a] i. Calumniatus vt Supr. c. 20. Almamatus, i. punitus captis namis sive pignoribus. i. redemptus Stat. 2. Rob. 1, c. 12.

3. Et qui fecerit, & super hoc convictus fuerit seu [a] attayntus; sit raymatus ad voluntatem Regis; & perdet servitium suum in tota vita sua.

ANNOTATIO.

Ver. 2. Champarte] *Apud* Gallos *significat campi partem, hoc est, fructuum fundi, quos colonus partiarius solvit suo Domino. Hinc deducta Metaphora: in re forensi accipitur pro quota parte litis, quam judex, corruptus sordibus, accipit à litigante sive Actore, sive Reo, contra jus* Angliæ Edwardi primi An. 33. *in statuto de cõspiratoribus. Et jus civile* l. 5. C. de postul. l. 15. C. litẽ de procur. *vulgò, quotam litis vocant. Præterea, judex qui dolo malo, & in fraudem legis, sententiam dicit, fit infamis.* l. 2. C. de pœna. vid. qui mal. judic. *& sententia, ipso jure, est nulla: & sine appellatione rescinditur. Si verò pecuniâ corruptus fuerit, tenetur lege repetundarum.* leg. 3. ad leg. Jul. de repet. *In causis criminalibus, talionem patitur.* l. vlt. ne Sac. Baptis. Iter. *& confiscatis omnibus bonis, in exsilium mittitur.* l. 1. cum authent. novo jure, Cod. de pœna judic. *Si vero propter juris imperitiam male judicavit; facit litem suam.* l. vlt. C. de var. & extr. crim. Vid. Exod. 23. 8. Deuter. 16. 19. Job. 15. 34. Psal. 15. 5. Prov. 15. 27. &, 17. 23. Isa. 1. 23. & 5. 22. 23. Amos. 5. 12. Mich. 3. 11, Ecclesiastic. 20. 28.

DE HIS, CONTRA QVOS BREVE DE MORte anteceſſoris poteſt impetrari.

CAP. 23.

[a] i. Locum non habuit. Leges nõ extendũtur ad præterita, sed ad futura. Supr. c. 13. ni si contrarium dictũ sit.

ITem, quia ante ista tempore Breva de recognitione [a] non jacuit, nisi de morte sex personarũ videlicet, de morte patris, matris, fratris, sororis, avunculi, & amitæ. Ordinatum est, & attensũ, quòd de-cæterò habeat demandans Breve de recognitione, ita benè de morte avi, & aviæ, sicut de morte patris, & matris.

2. Et istud statutum, non habeat locum, nisi ad illos, quorum anteceſsores moriebantur saisiti, postquàm illud statutum fuerit; & non antè.

DE BONIS NON ALIENANDIS EXTRA regnum. CAP. 24.

[a] vt. Et ibi Gl. C. quæ res exportari non debent.

STatutũ est & ordinatũ, pro communi vtilitate regni, quia terra Domini Regis est in guerra, quòd nõ oportet propter hoc, quòd regnum suũ depauperetur per alienatores bonorũ disportatorũ extra regnũ. Dominus Rex vult & præcipit, quòd nulla per

sona

ſona Eccleſiaſtica, cujuſcunque conditionis fuerit ſive ſtatus, qui aliquid habet infra regnū; nec aliquis alius laïcus homo qui redditus habet & poſſeſſiones, abducere ſeu amandare præſumat res redditas, ſeu poſſeſſiones, extra regnum, ſine ſpeciali licentia Domini Regis. Et hoc per literas Domini Regis, quouſque Dominus Rex aliter ordinaverit de guerra ſua in hoc caſu.

2. Et ſi quis infra regnum convictus fuerit, ſeu attayntus in tali alienatione, ſit adjudicatus ad priſonam Domini Regis; et ſit raimatus ad voluntatem Regis. Et nihilominùs reddet Domino Regi illam ſūmam quā abduxit, ſeu amandavit extra regnum.

NVLLVS EJICIATVR EXTRA LIBERVM tenementum ſuum, ſine Brevi Placitabili.

CAP. 25.

NVllus ejiciatur extra liberum tenementum ſuum de quo clamat ſe eſſe veſtitum & ſaiſitum, vt de feodo ſine Brevi Regis [a] placitabili, vel tali Brevi quod [b] adjacet;

2. Et niſi pars ſit rationabiliter præmonita ad reſpondendum, ad certum diem & locum, de libero tenemento ſuo.

Iac. 3. parl. 6. c. 48.

[a] *i. Sine ordinario proceſſu per Breve placitabile; quod placitatur coram judice, inter Actorem et Reum.*

[b] *i. Quod ſit ei ſimile, vel ejuſdem generis ſeu naturæ*

ESSONIA MALITIOSA NON DEBENT admitti.

CAP. 26.

ITem, ordinatum eſt, & aſſiſatum, quòd cùm plures gentes terræ differuntur à jure ſuo, per eſsonia malitioſa, frivola & non rationabilia, videlicet ab illis, qui perſonaliter veniunt in Curiam, & ſe malitioſè ſubtrahentes; faciunt ſe eſsoniari eodem die. Quòd tale eſsonium non ſit [a] allocabile, nec recipiatur, ſed pro defectu, ſeu defalta habeatur.

Henr. 3. An 9. c. 29. An. 5. c. 9. Edward. 1. An. 3. c. 24.

[a] *Præſentis nulla eſt excuſatio.*

Stat. W Vilh. c. 23. Iac 4 parl. 9. c. 120. Iac. 2. parl. 13. c. 57. Iac. 5. parl. 6. c. 87. Eliz. An. 31. c. 4. Vid. l. 51. 15. 20. ff. dividund.

DE ARMATVRIS PRO GVERRA, & pœna eorum qui eas non habent.

CAP. 27.

ORdinatum eſt & aſſignatum, quod durante guerrâ, quilibet homo de terra laïcus habēs decem libras in bonis habeat pro

corpore ſuo in defenſione regni, vnum ſufficientem actonem, vnum baſinetum, & chirothecas de guerra, cum lancea, & gladio. Qui non habuerit actonem & baſinetum; habeat vnum bonum habergellum, vel vnum bonum ferrum pro corpore ſuo, & vnum capitium de ferro, & chirothecas de guerra.

2. *Item*, quilibet paratus ſit, cum actiliis, & harneſiis prædictis circa octavas Paſchæ proximè venturæ.

3. Et quicunque habens decem libras in bonis, non habuerit omnia armorum actilia prædicta, perdet omnia bona ſua: Ita quòd Dominus Rex habeat vnam medietatem bonorum; & Dominus illius, qui in defectu fuerit repertus, habeat aliam medietatem.

4. Prætereà Dominus Rex vult, quòd quilibet homo, habens valorem vnius vaccæ in bonis, habeat vnum arcum, cum vna garba ſagittarum, ſcilicet, viginti quatuor ſagittas, vel vnam bonam lanceam, ſub pœna prædicta.

Edward. 1. An. 13. in Statut. de VVincheſter. c. 6. Jac. 1. parl. 2. c. 44. parl. 3. c. 60.

5. *Item*, vult Dominus Rex, quòd ſinguli Vicecomites, cum Dominis locorum, inquirant ſuper his. Et faciant monſtrationem armorum, ſtatim poſt octavas Paſchæ prædictas.

DE OFFICIO SERJANdorum.

CAP. 28.

ITem, Dominus Rex confirmando leges anteceſſorum ſuorum ſtatuit, quòd nullus Serjandus in burgo, nec in Baronia, poteſt nec debet eſſe prælocutor, nec actornatus, contra aliquem in Curia, vbi eſt ſerviens. Nec ſtare in lege, nec in probatione, nec in acquietatione, quandiu ipſe eſt Serjandus.

2. Niſi in cauſſa ſua propria, vel in cauſſa Domini ſui.

IN CVRIA AD CERTVM DIEM REſpectuata, judicium datur contra abſentem.

CAP. 29.

ITem, quæcunque partes ordinantur in quacunque Curia, per Ballivos Curiæ, ad certũ diem & locum, ad recipiendã juſtitiã eiſdem

eiſdem, per eandem Curiam priùs [a] reſpectuatam: & aliqua pars litigantium ſit abſens; judicium contra abſentem detur, ex quacunque cauſſa.

[a] *i. Adjornatam, continuatam.*

ANNOTATIO.

Et aliqua] *Ratione contumaciæ, intelligitur eſſe præſens. Nam de vnoquoque negotio, præſentibus omnibus quos cauſſa contingit, judicari oportet; & judicatum inter præſentes tantùm tenet.* l. vnoquoque. 47. ff. de re judic.

DE PARTIBVS LITIGANTIVM ABSENtibus, in termino probationis.

CAP. 30.

SI aliquis calumniaverit aliquẽ, de aliqua querela in forma legis, in quacunque Curia, vſque ad quartum diem: ſive fuerit in placito debiti, ſive injuriæ, ſive conventionis, ſive tranſgreſſionis, ſive proteſtationis fractæ, ſive de ſtatuto fracto; & [a] indictatus ſit per Curiam, ſecundum modum Curiæ, producere teſtes; vel probationem contra partem adverſam; ad certos dies & locos, ſibi per Ballivum, in plena Curia ſtatutos: & poſteà Actor parte reâ preſente, dictis die & loco, fecerit defaltam, [b] perdat ipſe beneficium probationis, amercietur pro inventione plegii inventi, & vadimonii non ſequuti.

[a] *Al. judicatus.*

[b] *Quia terminus probationis contra eum, vt nunc loquimur, circũducitur; nullumque vlterioris probationis beneficium, illi conceditur.*

2. Et ſi pars rea, Actore præſente fecerit defaltam; & dictis die & loco fuerit abſens: tranſeat probatio contra abſentem & amittat [c] actionem principalem, amercietur pro plegio, & vadimonio ſuper eum invento, & per eum non defenſo.

[c] *Quia in hoc caſu, cauſſa contra Reũ abſentem concluditur.*

3. Si verò vtraque pars fuerit abſens, amercientur: & adjornati ſint per Ballivum ad proximam Curiam facere legem.

POENA JVDICIS CVRIAM MALITIOSE continuantis.

CAP. 31.

REſpectuatio querelarum, poteſt fieri per tres vices, propter debilitatem ſectæ Curiæ, & penuriam conſilii.

2. Et per tres alias vices, ſcilicet, propter Ballivi infirmitatem: Secundò, pro ſervitio Domini Regis. Tertiò, pro arduis negotiis, aut vtilitate patriæ, ſeu cauſſa guerræ.

3. Sed ſi Ballivus, ſeu judex id faciat malitioſè, ratione partialitatis; punietur per Regem, videlicet, quòd perdat omnia bona, quæ habet, tàm bona, quàm officium: & ejus vita erit, in voluntate Domini Regis.

4. Et ſi fuerit Curia Comitis, Baronis, Militis, vel aliorum libere-tenentium, Dominus illius Curiæ, amittet Curiam ſuam, penes Regem de-cæterò jn perpetuum remanſuram, in ſpeciali gratia Domini Regis.

MANDATVM REGIS, DE LEGIBVS PVblicandis, & obſervandis. CAP. 32.

Iac. 1. parl. 3. c. 67. Iac. 2 parl. 14. c. 30. *Hoc caput ſcribi debet in poſtremo loco, et vltimo inter hæc ſtatuta.*

ROBERTVS DEI gratia, Rex Scotorum, Juſtitiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, & eorum Ballivis, cæteriſque fidelibus ſuis, vniverſis, & ſingulis, ad quorum notitias præſentes literæ pervenerint, ſalutem. Sciatis quòd cum expreſso conſenſu Epiſcoporum, Abbatum, Priorum, Comitum, & Baronum, ac totius communitatis regni noſtri; In pleno Parliamento, tento apud *Sconam*, die Dominicâ proximâ poſt feſtum Sancti *Andreæ* Apoſtoli, cum continuatione dierum ſubſequentium, anno regni noſtri decimo-tertio, auctoritate noſtrâ regiâ, ſupraſcripta ſtatuta ſunt condita, & affirmata. Quare vobis præcipimus & mandamus, quatenus dicta ſtatuta infra Ballias veſtras, ad Curias veſtras tenendas & alibi, vbi frequens fuerit congregatio populi, publicè legi, & proclamari faciatis. Et inviolabiliter ab omnibus ſervari, tâm in Curiis Prælatorum, Comitum, Baronum & omnium aliorum qui Curias habent; quàm in Curiis noſtris propriis. Quibus volumus quòd per vos detur copia ſtatutorum. Ita quòd materiam non habeant ſe excuſare de ignorantia eorum.

DE DAMNO ANIMALIVM JLLIS vel ab illis, aliis illato. CAP. 33.

Exod. 21. 28.

ALienum animal, ſi cuicunque damnum intulerit, aut aliquem hominem læſerit, Dominus ejus, æſtimationem damni

damni reddat, aut ipſum animal tradat.

2. *Item*, ſi bos alicujus, bovem alterius læſerit, vel vulneraverit: Et ipſe bos vulneratus, mortuus fuerit, bos percutiens debet vendi; & pretium ejus, vnà cum cadavere mortuo, inter Dominos eorum dividi. Et ſi Dominus illius bovis vulnerantis, ſciverat quòd erat vitioſus, & eum in cuſtodia non tenuerat; reddat bovem pro bove, & integrum cadaver mortui bovis habeat.

3. *Item*, ſi quis alienum animal percuſſerit irà, vel odio, pretium integrum reddat: et ſi voluerit, cadaver mortuum recipiat.

4. Sed ſi percuſſerit, vel occiderit illud non ſpontaneá voluntate, ſed caſu contingente; animal illud, debet appretiari, quantum vivum, & quantum mortuum, & pretium inter eos debet dividi, vnà cum animali mortuo; vel integrum animal vivum, debet reſtituere; & reſiduum integri pretii, inter eos debet dividi.

Annotatio.

Ver. 1. Aliquem] *Statutum loquens de beſtiis damnum dantibus, intelligitur ſecundum conſuetudinem.* Bart. in l. qui fidem. 16. §. removet. ff. de poſtuland. vid. §. 1. & tot. tit. Inſtit. Si quadr. paup. feciſſ. dic.

Ver. 3. Item, *ſi Quis alienum quadrupedem injuriâ occiderat, tenetur primo capite legis* Aquiliæ l. 2. ff. ad leg. Aquil.

DE CALVMNIANTE NON HABENTE plegium.

Cap. 34.

SI aliquis conqueſtus fuerit ſuper aliquo, de aliqua querela, ſpectante ad vitam & membrum, & plegios non habuerit ad proſequendum: detineatur in priſona rationabili, & ſecura donec judicium habuerit.

Lib. 4. c. 1. 10. Stat. Alex. c. 10. Stat. Rob. 3. c. 29. Vid. fac. 6. parl. 6. c. 78. Supr. c. 24. b. t.

NON LICET VENDERE ARMA HOSTIbus regni.

Cap. 35.

CVm per leges ſit denegata facultas fidelibus, Barbaros victualibus ſeu armorum generibus comfortare, ſub pœna capitalis ſententiæ, Omnibus, & ſingulis incolis noſtris, cujuſcun-

cunque conditionis exiſtunt firmiter, & ſtrictè inhibemus, ne quis arcus, ſagittas, aut aliquod genus armorum, ſeu equos, aut aiſiamenta hoſtibus noſtris, & regni noſtri publicis, donet, vendat, vel apud eos transferat, per quæ nobis, ſeu confœderatis noſtris, & benevolis, inferri valeat nocumentum, ſub pœna vitæ, & membrorum, ac omnium quæ erga nos amitti poterunt quoquo modo.

Digitized by Google

STATVTA SECVNDA, ROBERTI PRIMI.

¶ DE DONATIONIBVS RELIGIOSORVM.

CAP. 1.

STATVTVM EST, QVOD NON licet alicui dare terram ſuam, alicui domui religioſæ, & poſteà reſumere illam de eadem tenendam.

Vid jus ſive leges Angliæ, Statut. V Veſtmſ. 2. c. 41. Edward An. 7. in the ſtatute of mortmaine. Henr. 3. An. 9. c. 36. Edward. 1. An. 13. c. 40.

2. *Item*, non licet alicui etiam domui, terram ſic accipere alicujus; quam poſteà tradat ei, à quo recepit tenendam.

3. Si quis autem terram ſuam alicui ſic dederit domui religioſæ; & ſuper hoc convictus fuerit, domũ ſuam penitùs caſſetur; & terra illa Dominis feodi reſtauretur.

4. Et ſi Abbates, Priores, Cuſtodes hoſpitalium, aliarum domorum fundatarum à Domino Rege vel ejus anteceſſoribus, alienaverint tenementa domibus illis, ab ipſo, vel progenitoribus ſuis collata; tenementa illa in manibus Domini Regis capiantur, & ad voluntatem ſuam teneantur, & emptor amittat ſuum recuperare; tàm de tenementó, quàm de pecunia quam pacavit. Lib. 2. c. 23.

5. Si autem domus illa à Comite, vel Barone, vel ab alio fundata ſit de tenementis alienatis, habeat ille (á cujus anteceſſoribus tenementum ſic alienatum, collatum fuit), Breve ad recuperandum, & recipiendum tenementum in Dominico ſuo.

6. Quod

6. Quòd tale est. REX tali Abbati, salutem. Præcipio tibi, quòd justè, & sine dilatione facias B. reddere C. tale tenementum, quod tali domui religiosæ, ab eodem collatum fuit, in liberam eleemosynam; et quod reverti debet ad illum, per alienationem, quam N. Abbas fecit, de prædicto tenemento contra formam collationis prædictæ, vt dicit.

7. Eodem modo de tenemento dato pro cantare, vel illuminare in Ecclesia; vel pro aliqua eleemosyna sustinenda in aliqua Capella, si sic alienetur.

8. Et si fortè sit tenementum datum pro cantatione, vel illuminare, vel pastura pauperum, vel alia eleemosyna, non fuerit alienatum, sed subtractâ eleemosynâ per biênium: competit actio donatori vel ejus hæredi, contra tenentem, vel possessionem terræ; ad petendum tenementum sic datum in Dominico suo.

ANNOTATIO.

Statuta Secunda] *Hæc statuta in veteribus libris reperiuntur, locis quidem alienissimis & incerto auctore, verùm quia ex illis nonnulla ascribuntur* ROBERTO PRIMO, *reliqua quæ erant anonyma, huc transtuli.*

Ver. 1. 2.] *Hujusmodi alienationes terrarum quæ fiunt domui religiosæ, & quæ de ipsa tenentur in capite sine consensu Domini Capitalis, sive is Rex, sive alius, prohibentur tanquam damnosæ Dominis Capitalibus quia per eas Domini Capitales, de quibus terræ tenebantur ante alienationem; fraudantur sua superioritate: quæ cùm ab illis jure hæreditario pertineat; sine illorum consensu, illis auferri non debet.* lib. 2. c. 16. 69. *Deinde alienatio terrarum Ecclesiasticarum, fieri non debet, sine confirmatione Regis.* lib. 2. c. 23. Vid. lib. de feud. tit. 13. de alienat. feud.

Ver. 7. Pro cantare] *Terræ datæ ad pios usus, vel nomine eleemosynæ, de Jure Civili, & Canonico, non possunt redire ad heredem donantis: (licet hoc in loco contrarium sit constitutum pro lege) quia quod est factum sacrum & divino cultui sanctificatum; non debet amplius transferri ad usus profanos.* c. fe. incl. de Reg. Jur. in sext. c. 3. de rer. permut. *Sed debet cum consensu Principis, in pios usus converti.* Bald. in §. Impossibilis. Jnstitut. de hæredib. Jnsti. tuend. per l. legatum. 16. ff. de vsufr. legat. l. 4. de administrat. rer. ad civitat. pertinent.

NVLLVS DISTRINGATVR NISI PRO sectâ in sua Chartâ contenta.

CAP. 2.

NVllus qui per Chartam feofatus est, distringatur de-cæterò ad sectam faciendam, ad Curiam Domini Regis; vel Domini

mini ſui, niſi per formam Chartæ ſuæ.

2. Qui autem pro certo ſervitio (veluti pro libero ſervitio, tot ſolidorum annuatim ſolvendorum, pro omni alio ſervitio) feofati ſunt, nullum aliud ſervitium vltra formam feofamenti ſui, vllatenùs teneatur.

DE SECTA PLVRIBVS HAEREDIBVS debita.

CAP. 3.

ITem, ſi hæreditas aliqua, de qua vnica ſecta tantùm debetur, ad plures hæredes, participes illius hæreditatis, devolvatur; ille qui Eneyam, id eſt, capitalem partem illius hæreditatis habet, vnicam ſectam faciat pro ſe, & participibus ſuis.

Henr. 3. An. 52. c. 9. *In jure Normannico, et apud gallos l'aiſne, ſignificat filium primogenitum. Hinc eneia pars hæreditatis, pro ea parte quæ datur filio, ratione primogenituræ.*

2. Nam ſi plures feofati fuerunt de aliqua hæreditate; de qua vna ſecta debetur, Dominus illius feodi, vnicam ſectam inde habeat, nec poterit niſi vnicam ſectam inde exigere.

3. Et ſi feofati illi, warrantum inde habeant; qui alios acquitare debeat, tunc omnes feofati illi contribuant; quilibet pro portione ſua, ad ſectam illam faciendam.

DE DÒMINORVM DISTRICTIONE PRO ſectis, in Curiis ſuis, ſibi debitis.

CAP. 4.

ITem, ſi contingat, quòd Domini Curiæ, contra prædictam conſtitutionem tenentes ſuos pro hujuſmodi ſecta diſtringant; tunc ad querimoniam illorum tenentium, Domini attachientur; quòd ad Curiam Domini Regis veniant, ad brevem diem, inde reſponſuri.

2. Et vnicum tantum eſsonium habeant, ſi fuerint in Regno.

3. Et in continente, tradentur [a] averia, ſive aliæ diſtrictiones hac occaſione factæ per dictos Dominos, & deliberatæ tenentibus ſic remaneant: Donec placitum inde inter eos finaliter terminetur.

[a] *i. Animalia, quæ nomine pignoris capiuntur.* Quon Attach. c. 23.

4. Et ſi Domini Curiæ, qui hujuſmodi diſtrictiones fecerunt: diem ad quem attachiati fuerunt, vel diem per eſsonium ſibi datum non obſervaverint, tùm mandetur Vicecomiti quòd eos, ad alium diem venire faciat.

5. Ad

5. Ad quem ſi non venerint, mandetur Vicecomiti, quòd diſtringantur per catalla omnia quæ in ſua Ballia habent. Ita quòd vicecomes reſpondeat Domino Regi de exitibus.

6. Et quòd habeat corpora eorum, ad certum diem, ſibi à Domino Rege præfigendum. Ita quòd ſi ad illum diem non venerint, pars conquerens, eat ſine die. Et averia ſua, ſive diſtrictiones aliæ indeliberatæ, maneant cum eo, donec ſectam illam Domini recuperaverint, per conſiderationem Curiæ Domini Regis.

7. Et ceſſent interim hujuſmodi diſtrictiones, ſalvo Domino Curiæ jure ſuo, de ſectis illis perquirendis, ſeu perſequendis in forma juris, cùm inde loqui voluerit.

8. Et cùm Domini Curiarum, inde venerint reſponſuri conquerentibus, de hujuſmodi diſtrictionibus, & ſuper hoc convicti fuerint; tunc tenentes per conſiderationem Curiæ Regis, recuperent verſus Dominos damna ſua, quæ ſuſtinuerunt occaſione diſtrictionis præfatæ.

DE TENENTIBVS QVI SVBTRAHVNT ſectas ſuas, a Curiis Dominorum.

Cap. 5.

Henr. 3. An. 52. c. 9.

SImili modo, ſi tenentes ſubtrahunt à Dominis ſuis ſectas ſuas quas facere debent: per præſcriptam juſtitiam, & celeritatem ad dies præfigendos, & diſtrictiones adjudicandas; Domini conſequantur juſtitiam de ſectis illis perquirendis: vnà cum damnis ſuis; quemadmodum tenentes, damna ſua recuperare debeant.

2. Et hoc, ſcilicet, de damnis recuperandis, & ſubtractionibus ſibi factis intelligatur: & non de ſubtractionibus factis prædeceſſoribus ſuis.

QVALITER HAEREDES RECVPERABUNT hæreditatem ſuam a Dominis.

Cap. 6.

Henr. 3. An. 52. c. 16. lib. 3. c. 42. 12.

SI hæres alicujus, poſt mortem anteceſſoris, infra ætatem exſtiterit, & Dominus ſuus cuſtodiam terrarum ſuarum habuerit: Et ſi Dominus ille, dicto hæredi, cùm ad legitimam ætatem, videlicet, vigeſimun primum annum, pervenerit: terram

ram ſuam ſine placito, reddere noluerit; hæres ille per Aſſiſam de morte anteceſſoris, terram ſuam recuperabit ; vnà cum damnis ſuis, quæ ſuſtinuerit per detentionem illam , à tempore quo fuerit legitimæ ætatis.

2. Quòd ſi hæres alicujus, mortuo anteceſſore ſuo, plenæ ætatis fuerit ; & hæres ille apparens, & pro hærede cognitus, inventus fuerit in hæreditate illa: Capitalis Dominus illum non ejiciat, nec aliquid inde capiat, nec amoveat, ſed tantum inde ſimplicem ſaiſinam faciat per recognitionem Domini ſui. *Hæres majoris ætatis nõ debet inquietari per dominũ.*

3. Et ſi Capitales Domini , hujuſmodi hæredem malitioſè extra ſaiſinam teneant ; per quòd Breve de morte anteceſſoris, ipſum oporteat placitare : tunc hæres damna ſua recuperet , ſicut in actione de nova diſſaiſina.

ANNOTATIO.

Ver. 2. Domini ſui] *Si inter hæredem feudi militaris , qui eſt major , & perfectæ ætatis , & ejus Dominum Capitalem , fuerit controverſia de adeunda hereditate, aut ejus poſſeſſione: illa debet terminari coram ipſius Domini Domino Capitali , qui propterea major Dominus dicitur.* Lib. 2. c. vlt. 11.

DE HAEREDITATIBVS, QVAE TENENtur de Domino Rege.
CAP. 7.

ITem, de hæreditatibus quæ tenentur de Domino Rege in capite, ſtatutum eſt, quòd Dominus Rex , liberam inde ſaiſinam habeat ; nec hæres, nec aliquis alius in hæreditatem intrudat ſeipſum, priuſquam illam de manibus Domini Regis recipiat. Henr. 3. An. 51. c. 16.

2. Et hoc intelligatur de terris in feudis militaribus , vel Serjandriæ, ſeu juris patronatus , quæ in manibus Domini Regis eſſe conſueverint.

ANNOTATIO.

Ver. 2.] *Servitium militare, paſſim intelligitur in his libris, quòd Miles qui tenet terras ſuas , per ſervitium warde & relevii, debet facere Domino ſuo. Serjandriam , vel Serjanteriam , intelligere licet ſive majorem, cui adjunctum eſt ſervitium warde & relevii, ſive minorem , vt cùm terræ tenentur de Rege, nomine albæ firmæ, quæ in ejus manibus eſſe poſſunt ratione non introitus pro-*

pter negligentiam hæredis jus ſuum non recuperantis, & ſaiſinam terræ non obtinentis. Poſtremò, cùm alicujus beneficii Eccleſiaſtici patronatus, pertinet ad Regem: terræ, ſi quæ ſunt ei annexæ, ſede vacante, pertinent quodammodò ad Regem. Jac.3.parl.11.c.84.c.85.Jac.4.parl.1.c.4.

DE OFFICIO CVSTODVM TERRAE IN libero ſoccagio tentæ.

CAP. 8.

STatutum eſt,quòd ſi terra quæ tenetur in ſoccagio, ſit in cuſtodia parentum hæredis, eò quòd hæres infra ætatem exſtiterit : quòd cuſtodes illi vaſtum facere non poſsunt, nec vendi-
Henr.3.An.52.c. 17. 13.C.de tutor, et curator. tionem, nec diſtrictionem aliquam, de hæreditate illa quoquo modo.

2. Sed debent illam ſalvam cuſtodire ad opus dicti hæredis.

3. Ita quòd cùm ad legitimam ætatem pervenerit, ſibi reL. 1 ff de tutel.rationib.diſtr.l.7.C.arbitr. tutel. ſpondeant, per leges computa reddentes, de exitibus dictæ hæreditatis.

4. Salvis ipſis cuſtodibus, rationabilibus myſteriis ſuis, ſeu neceſsariis impenſis.

5. Nec poſsunt dicti cuſtodes maritagium dicti hæredis dare vel vendere, niſi ad commodum ipſius hæredis.

PRIMO BONA MOBILIA, DEINDE IMmobilia, debent diſtringi pro debito.

CAP. 9.

L.1.Divo pio.15.ff. de re judic. Magna Charta Henr.3.c.8. Jac.3.parl.5.c.36. *ITem*, ſtatutum eſt, quòd nec Dominus Rex, nec aliquis ex parte ſua, nec aliquis alius ſaiſiet terram aliquam, vel redditum pro aliquo debito quod debetur : quandiu catalla debitoris præſentia ſufficiunt ad debitum reddendum : vel ipſe debitor paratus ſit ad ſatisfaciendum Domino Regi, vel alicui alteri creditori, de illo debito.

FIDE-JVSSORES NON RESPONDEbunt quandiu principalis debitor eſt ſolvendo.

CAP. 10.

STatutum eſt, quòd plegii ipſius debitoris nunquam diſtringantur,quandiu ipſe principalis debitor ſufficiat ad ſolutionē.
Lib.3.c.1.16. 2.Et ſi capitalis debitor deficiat in ſolutione debiti,nō habēs vn-

de

de ſolvat, vel ſolvere noluerit cum poſſit ; plegii reſpondebunt pro debito.

3. Et ipſi ſi voluerint habeant reditus, ſeu terras ipſius debitoris, quouſque ſatiſ-factum fuerit eis pro debito, quod pro eo ſolverint.

4. Niſi capitalis debitor monſtraverit ſe quietum eſſe, verſus eos plegios.

DE TEMPORE VENDENDI NAMOS.
CAP. 11.

STatutum eſt, quòd nami, vel aliæ diſtrictiones factæ pro debito Regis, aut per aliquam aliam occaſionem, nullo modo vendi debeant, infra quadraginta dies à die captionis computandos.

DE POENA FACIENTIS DISSAISINAM *cum roboria.*
CAP. 12.

SI aliquis ſit attayntus, & convictus de diſſaiſina facta cum roboria, de aliquibus catallis mobilibus per recognitionem de aſſiſa de nova diſſaiſina ; judicium tale ſit, quòd conquerens recuperabit ſaiſinam ſuam & damna ſua, ita benè de cattallo & mobilibus, ſicut de aliis rebus ; & diſſaiſitor ſit raymatus & redemtus, ſive ſit præſens ſive non. Ita quòd ſi ſit præſens, deputetur ad carcerem. L. 1. L. 2. ff. de vi publ. Supra Lib. 3. c. vlt. Iac. 2. parl. 6. c. 20.

DE RAPTV ALIENAE VXORIS.
CAP. 13.

DE mulieribus abductis, cum bonis virorum ſuorum, Rex habeat ſectam ſuam de bonis aſportatis. Et vxor ſi ſponte reliquerit virum ſuum & abierit, & moretur cum adultero ſuo, amittet in perpetuum actionem petendi dotem ſuam, quæ ei competere poſſit de tenemento viri ſui ; ſi ſuper hoc convincatur. Quon Attach. c. 85.

2. Niſi fortè vir ſuus, & abſque coërcitione Eccleſiaſtica, eam ſibi reconciliet, & eam ſecum habitare permittat. In quo caſu reſtituatur ſibi actio. Lib. 2. c. 17. §.

DE RAPTV MONIALIVM.

Cap. 14.

L. raptores. 53. C. de Episcop. et Cleric. Edward. 1. An. 13. c. 33.

QVi Monialem de domo suâ abduxerit, licet monialis consenserit, puniatur per prisonam trium annorum. Et nihilominùs satisfaciat competenter domui, à qua abductus fuit. Et prætereà redimatur ad voluntatem Domini Regis.

NEMO DEBET SIBI IPSI JVS dicere.

Cap. 15.

Omnes actiones et querelæ, debent coram Ordinario judice terminari. Iac. 1. parl. 7. c. 45. Iac. 3. parl. 8. c. 62. parl. 14 c. 105.

SI quis minoris status, vel majoris, quicunque fuerit; capiat vltionem ad propriam voluntatem, absque consideratione Curiæ Domini Regis, & inde convictus fuerit; puniatur per redemtionem, & hoc secundum quantitatem delicti.

Nemo debet alium namare sine decreto judicis. Henr. 3. An. 52. c. 1.

2. Et similiter si vicinus super vicinum faciat districtionem, sine consideratione Curiæ Domini Regis, vnde damnum sustineat; puniatur eodem modo, secundum quantitatem delicti.

3. Et similiter si vicinus super vicinum vltionem ceperit sine Curiæ consideratione: secundum quantitatem delicti puniatur.

4. Et nihilominùs fiant emendæ bonæ, & sufficientes eisdem, qui per hujusmodi districtiones sustinuerunt illa damna.

Annotatio.

☞ *Qui jurisdictioni præest, neque sibi suisve, jus dicere potest.* l. qui jurisdict. 10. ff. de jurisdict. l. 1. in prin. ff. quor. legat. *Ne hac ratione vis excitetur quæ in omni pacata republica est impedienda.* l. 7. C. vnde vi. l. nullus. 13. c. de judic. l. vnic. C. ne quis in sua caus. judic Bart. in l. generali. 5. C. de *Decurionibus.*

DE REPLEGIATIONE TERRAE PER defaltam amissæ.

Cap. 16

SI quis Reus in simplici defalta ab initio, & post summonitionẽ ipse neque venit, neque mittit essoniũ, seu actornatũ capiatur terra

terra in manu Domini Regis, propter defaltam ejus qui ſummonitus fuit, ad audiendum judicium ſuum. Et per hoc petens conſequetur ſaiſinam de terra petita.

2. Caveat rurſus Reus deficiens, quòd infra quindecim dies, terram ſuam captam in manu Domini Regis [a] replegiet.

3. Quod ſi non fecerit; proximo die placiti, amittet ſaiſinam terræ, ſicut per defaltam.

4. Et per magnum retornatum per Ballivum Regi miſſum, fiat hujuſmodi probatio negligentiæ tenentis, terram ſuam non replegiantis.

5. Et fiat collatio, ſeu computatio quindecim dierum, à die captionis terrarum in manu Regis, redorſata à retro Brevis, ſeu in dorſo illius retornati à Ballivo miſſi, ad Regem; ad diem replegiagii, quo ſcilicet tenens debebat replegiare terram, è manu Regis, & non replegiavit.

6. Et ſi non replegiaverit per ſe, vel per aliam perſonam, infra quindecim dies poſt captionem; amittat ſaiſinam terræ per defaltam.

7. Terra ſiquidem capta in manu Domini Regis, poteſt replegiari, vel per ipſum tenentem in propria perſona, vel per alium; Quilibet enim extraneus poteſt terram alterius replegiare.

[a] *i. Ad plegium ſibi petat, vel dato fidejuſſore poſſeſſionẽ terræ ſibi dari poſtulat.*

DE DVABVS SORORIBVS AD warantum vocatis.

Cap. 17.

SI duæ ſorores, vna major, & altera minor, vocentur ad warantum: & appareant ambæ in Curia: & minor allegat ſe eſſe infra ætatem; & petat cuſtodem, eum habebit: major autem non reſpondebit ſine ſorore minore. Et ita remanebit loquela iſta ſine die, vſque ad ætatem minoris prædictæ.

Privilegium vni collitigantiũ ratione minoris ætatis conceſſum, alteri prodeſt. Nam beneficium collatum vni, porrigitur ad conſortem. Bart. in l. 1. C. de diverſ. reſcript.

2. Et cùm minor effecta fuerit major: reſummoneatur loquela in eodem ſtatu, à quo dimiſſa fuerat.

3. Idem dicendum eſt, de quibuſdam participibus terrarum, de quibus quidam ſunt majores, & quidam ſunt minores.

nam villæ, ſi priſonam habuerit.

2. Et ibi maneat ipſe debitor, propriis ſuis ſumptibus; quouſque ſatisfecerit de debito. Et præcipietur cuſtodi carceris villæ, quòd recipiet eum ex deliberatione Majoris, vel Aldermanni. Et ſi cuſtos velit eum recipere, reſpondeat rectè tunc de debito, ſi habeat vnde.

De exſecutione rei judi. cat. Iac. 6. parl. 8. c. 139. l. 2 Divo pio. 15. ff. de re judic. Iac. 6. parl. 8. c 139. Stat. Alex. c. 24.

3. Et ſi non habeat ipſe cuſtos vnde reſpondeat, det ipſum debitorem illi, qui ſibi tradidit cuſtodiam carceris. Et ita caveat ſibi cuſtos carceris; quia oportebit ipſum reſpondere vel de debito, vel de corpore.

Quâ pœnâ puniatur Commentarienſis, ſive cuſtos carceris. L. 4. C. de cuſtod. Reor. *De pœna carceres frangentis.* Edward. 2. An. 1. in prin.

4. Quòd ſi debitor non poſſit reperire ad ſolvendum debitum: Tùm Major vel cuſtos notificet ſub ſuo ſigillo Cancellario Regis, clarificationem debiti, infra quarterium vnius anni, poſtquàm debitor captus erat. Et ſint catalla & terræ debitoris capta & appretiata; & data in ſolutionem debiti.

5. Et quanvis bona ſua non ſufficiunt ad ſolvendum debitum, nihilominùs corpus debitoris remaneat in priſona; donec de debito ſatiſ-factum erit, & creditor inveniet ſibi panem & aquam.

Supr. c. 5. l. 2.

6. Et habeat Mercator, vel ſuus aſſignatus in illis tenementis debitoris ſibi aſſignatis, talem ſaiſinam; quòd poſſit portare Breve de nova diſaiſina, ſicut de libero tenemento ſibi, & hæredibus ſuis & aſſignatis pertinente, quouſque ſit ſolutum debitum.

7. Et poſtquàm debitum ſolutum fuerit, & levatum, tunc corpus debitoris & terra ſua [a] deliberabuntur per Breve, quod Cancellarius deliberabit, ſi neceſſe fuerit.

[a] *i. Reſtituentur.*

8. Sed ſi Vicecomes notificaverit Domino Regi, quòd debitor non poteſt inveniri, Mercator habeat Breve regium directum omnibus Vicecomitibus, in quorum Ballia debitor habebit terram: ad deliberandum omnia catalla & omnes terras debitoris, per rationabilem extentam Mercatori, tenendas ſibi & hæredibus ſuis & aſſignatis, in forma antedicta.

De debitore fugitivo.

9. Et poſtquàm terræ debitoris deliberatæ fuerint Mercatori, benè licebit ei eas vendere, ita quòd non habeat damnum de ſuis [b] probationibus.

[b] *Al. Solutionibus.*

10. Et reſerventur ſemper Mercatori ſua damna, & coſtagia neceſſaria & rationabilia; cum laboribus, proſequutionibus, dilationibus, & expenſis.

11. Et

11. Et ſi debitor inveniat plegios, qui ſe fatentur eſſe principales debitores: poſt diem præteritum, fiat de plegiis in omnibus, ſicut prædictum eſt de principali debitore, quantum ad capiendum corpus, & deliberandum terras & alia.

12. Et quandò terræ deliberantur creditori, capiatur ſaiſina de omnibus terris, quæ fuerunt in manibus debitoris, die recognitionis debiti, ad quorumcunque manus terræ poſteà devenerint, aut per feofamentum, aut alio modo.

[b] *Cùm creditori ſatiſſit de debito, ejus ſaiſina ceſſat; et terræ redeunt ad eum qui ante contractum debitum fuit feofatus in iſſdem.*

13. Et [b] poſteà debitis ſolutis creditori, exitus terrarum, ad feofatum revertantur; Ita benè feofato, ſicut creditori.

14. Et ſi debitor vel plegius moriatur, non habeat Mercator poteſtatem capere corpus, ſed habeat terras, vt præfertur.

FORMA BREVIS DE CAPIENDO CORPUS debitoris.

CAP. 20.

ROBERTVS DEI gratia Rex *Scotorum*, Vicecomiti, & Ballivis ſuis de *Fife*, ſalutem. Quia *VI.* de B. Mercator burgenſis de E. coram talibus Præpoſitis, & Ballivis talis villæ, vel burgi, vel talibus cuſtodibus nundinarum de *Dundie*, recognovit ſe debere S. talem ſummam, quam ei ſolvere debuiſſet tali die; & illam ei adhuc non ſolvit, vt dicit. Mandamus vobis, & præcipimus, quòd corpus prædicti *VVilhelmi* capiatis; & in priſona veſtra cuſtodiri faciatis; quouſque prædicto S. de prædicto debito, benè fuerit ſatiſ-factum, & quatenus hoc præceptum noſtrum, ad capellam noſtram mittatis. Teſte meipſo *Anno regni noſtri &c.*

DE EO QVI IMPEDIT NAMANTES.

CAP. 21.

Of Deforcements. Star. wilh. c. 4 Iac. 6. parl. 7. c. 117. parl. 11. c. 84. par. 11. c. 150.

ITEM, ſi quis conqueratur Vicecomiti, vel ſervientibus Domini Regis, quòd aliquis vetat namos ſuos replegiari, & detinet eos, contra legem, & ad hoc probandum, invenerit plegium ad proximum comitatum, ſeu proximam Curiam (Quia in iſta querela non jacet eſsonium, neque dilatio) Vicecomes mittet cum eo ſervientes ſuos, ad eum qui injuſtè vetat namos replegiari, & detinet eos.

2. Et

Digitized by Google

2. Et ſerviens ille, vel Vicecomes, faciat namos illos deliberari. Et capiat plegios de ſtando juri, conquerenti.

3. Vnde neceſsario oportet, [a] conquerentem habere probationem, ad proximum Comitatum.

4. Et ſi probaverit legaliter, quietus erit à creditore.

5. Et ſi defecerit in minima probatione ſua; erit in miſericordia Domini Regis.

6. Et ſervientes faciant deliberationem namorum creditori, donec debitum ſit ſibi integraliter perſolutum.

7. *Item*, ſciendum eſt, quòd talis modus eſt de Nami vetatione, quòd[b] pars habeat reſtaurationem catalli ſui, ſive nami capti, & probationem in manu cum *clep*, & *call*.

8. *Item*, ſi creditor vetaverit injuſtè namos deliberari ſervientibus Regis: ſervientes faciant diſtrictionem ſuper eum, de aliis rebus ſuis mobilibus, quouſque deliberationem fecerit.

9. Quòd ſi venerit debitor, cum manu armata ſeu potentia, & diſtrictionem à ſervientibus per vim abſtulerit, ſervientes levabunt [c] ſectam, & hueſiũ ſuper eum, ad caſtellum Domini Regis illius comitatus, conquerendo de eo, quòd ipſe contra legem & aſſiſam terræ, deforciavit eos de dictis namis, & de dicta diſtrictione, in deſpectu, dedignatione Domini Regis, in officio ſuo faciendo.

10. Et tunc faciet Vicecomes corpus ejus attachiari, & ſalvò cuſtodiri, donec inveniat plegios ſufficientes de ſtando legi.

11. Et ſi convictus inde fuerit, erit in voluntate Domini Regis de vita, & membris.

12. *Item*, ſi debitor, vel alius de ejus parte venerit, vbi nami portantur, & per vim à parte creditoris, namos abſtulerit & abduxerit: Dominus feodi, vel creditor cum ſecta, vel hueſio, perſequatur ablatorem.

13. Et quando attachiatus eſt, ponatur creditor in ſaiſina namorum: & fiat de abducente, ſicut de raptore probato.

14. Hoc pertinet ad Dominum feodi.

[a] *i. Debitorem, qui conqueritur namos à creditore captos, injuſtè per eum detineri.*

Stat. VVill. c. 4.

[b] *i. Debitor. Nam debitori, nami ab eo capti debent reſtitui, ſi is probaverit eos fuiſſe injuſtè captos.*

[c] *i. Sequentur eum cum hueſio i. clamore*, with huy & crye.

DE BONIS EORVM, QVI CAPTI SVNT pro felonia. Cap. 22.

SI quis captus fuerit pro morte hominis, vel pro alia aliqua felonia, vnde debeat impriſonari, non diſſaſiatur de terris, tenementis

nementis, & catallis, quouſque convictus fuerit de illa felonia

2. Sed quàm citò captus ſit, per viſum cuſtodis placitorum coronæ regiæ, vel per viſum Vicecomitis, aut Ballivi ſui, vel proborum legalium hominum patriæ; videantur omnia catalla ipſius attachiati, & imbrevientur per Ballivos illius loci.

3. Qui bonam ſecuritatem invenient ſub plegiis, ad reſpondendum coram Juſtitiario de catallis illis, per legales homines.

4. Salvis, ipſi capto & familiæ ſuæ, neceſsariis expenſis, quandiu fuerit in priſona.

[a] *Al. convictus, et rectè.* Lib. 2. c. 55. Statu. Alexand. c. 22. 4.

5. Et ſi idem [a] captus fuerit de felonia; tunc reſiduum catallorum ſuorum vltra eſtoverium ſuum prædictum Domino Regi remaneat, pro termino vnius anni, & vnius diei.

Quo in loco eſtoverium accipitur pro naturalis vitæ ſuſtentatione ſeu alimento.

6. Et ſi purgatus fuerit, omnia ſua rehabebit quieta.

ANNOTATIO.

Ver. 1. Quo vſque] *Non enim qui accuſatur, ſtatim ſit Reus; ſed qui convincitur ſit criminoſus.* c. *ſciſcitantibus.* 15. q. 8. *Et Reorum facultates controverſia adhuc pendente, inquietari fas non eſt* l. 7. C. de jur. fiſc. lib. 10. *Sed tamen adnotari poſſunt, & in tabulas referri a jure Civili; quod eſt conſentaneum juri noſtro, præſertim in crimine læſæ majeſtatis.* Jac. 2. Parla. 12. c. 49.

DE PROBATIONE PECVNIAE MVTVO datæ. CAP 23.

QVicunque petit ab aliquo aliquam pecuniam, quã ſibi cauſsa mutui numeravit; oportet ipſum id probare. Sed ſi ille, qui recepit illam pecuniam dicat ſe illam ſolviſse, quocunque modo vel titulo; debet illam ſolutionem juſtè probare.

ANNNOTATIO.

Quemadmodum Actor tenetur probare ſuam intentionem, ita Reus exceptionem. l. 1. C. de probationibus. Vid. Quon. Attach. 81.

DE CVSTODIA FVRIOSORVM, ET HOmicidio ab illis facto. CAP. 24.

FVrioſi debent capi & ſervari ab amicis ſuis.

2. Quod ſi non poſsunt amici facere: per juſtitiarium vel Vicecomitem provinciæ furioſi incarcerari debent.

3. Et ſi interfecerint aliquem; debet fieri inquiſitio, vtrum ſimulato

ſimulato furore id fecerint, vel non. Et ſi inventum fuerit eos ſanâ mente tunc fuiſſe; vt compotes mentis, lege plectantur.

4. Quòd ſi furoris ardore id fecerunt: capientur & cuſtodientur in vinculis.

5. Et hoc pertinet ad cuſtodiam & tutelam amicorum ſuorum. Et ſi ob culpam cuſtodiæ ſuæ aliquod malum commiſerint; id cuſtodibus eorum imputabitur.

ANNOTATIO.

☞ *Si furioſus eſt pupillus, & tutorem habet, manet in poteſtate tutoris.* l. 3. in prin. ff. de tutorib. *Si ſit major quatuordecim annis, & minor 25. annis, curator ei datur.* d. l. 3. §. 1. *Si denique ſit major viginti quinque annis, in cura & poteſtate agnatorum eſſe jubetur.* l. 1. ff. de curatorib. furioſor.

Ver. 3. Et ſi interfecerint] *Si furioſus homicidium committit ſine vlla dementiæ ſimulatione, non punitur: quia ſatis ipſo furore torquetur: Sed ſi intervallis quibuſdam, ſenſu ſaniore, ſcelus admiſerit: venia non erit ei danda.* l. Divus. 14. ff. de offic. præſid.

TERRA VENDITA DEBET TENERI DE Domino Capitali, & non de feofatore.

CAP. 25.

ITem, quia emtores terrarum, & tenementorum de feodis militum & aliorum Dominorum, in præjudicium eorundem, temporibus retroactis multoties in feodis ſuis ſunt ingreſſi: In quibus libere-tenentes ipſorum Magnatûm & aliorum Dominorum, qui terras, & tenementa vendiderunt, tenenda in feodis ſuis, ſibi, & hæredibus ſuis de feofatoribus ſuis; & non de Capitalibus Dominis feofatorum, per quod Capitales Domini, maritagia, eſchetas, cuſtodias terrarum & tenementorum, de feodis ſuis exeuntia, ſæpiùs amiſerunt: Quod Magnatibus jiſdem, & aliis Dominis, valdè durum & difficile videbatur. Et ſimiliter in hoc caſu [a] exhæredatio manifeſta ſequebatur: vnde Dominus Rex in Parliamento ſuo ad inſtantiam Magnatûm regni ſui, providit, conceſſit & ſtatuit; Edward. 1. 13. al. ann. 18. Statut. V Weſtminſt.

2. Quòd de-cæterò liceat vnicuique homini libero terram vel tenementum ſuum vendere, ad voluntatem ſuam: Itaque quòd feofatus teneat terram illam, ſeu tenementum de Capitali Domino immediatatè per eadem ſervitia; & eaſdem conſuetudines,

[a] *Quia Dominis capitalibus (de quibus terræ, ãte alienationẽ tenebãtur invitis) jus ſuperioritatis auferetur, cum eius ſequelis.*

per

per quæ & quas, feofator illa priùs tenuit.

3. Et ſi partem illarum terrarum, ſeu tenementorum alicui vendiderit, feofatus teneat illam partem immediatè de Capitali Domino.

Diviſio ſervitij ſequitur diviſionē terræ alienatæ.

4. Et oneretur ſtatim de ſervitio, quantum pertinet ſeu pertinere debet eidem, pro particula illa; ſecundum quantitatem terræ, vel tenementi venditi.

Edward. 1. An. 17. c. 7.

[b] *Ex quo. i. quia.*

5. Et ſic in hoc caſu, Capitali Domino ipſa pars ſervitii, per manum feofati erit ſolvenda, [b] ex quo feofatus Capitali Domino juxta quantitatem terræ, ſeu tenementi venditi, debet eſſe intendens, & reſpondens.

DE MVLIERE CRIMINIS REA, ET DICENTE ſe eſſe prægnantem.

Cap. 26.

CVm mulier aliqua accuſata de crimine, dixerit ſe eſse prægnantem, vt judicium per hoc declinare valeat: judex debet eligere domum alicujus mulieris honeſtæ; illamque mulierem accuſatam, illuc ire faciat, vt verum inquiratur.

2. Et faciat convocare tres obſtetrices probatæ artis & vitæ, quæ eam inſpiciant, ſecundum artem ſuam, magno eis impoſito juramento.

3. Quæ ſi concordaverint ipſæ tres, vel duæ earum, quòd ſit prægnans; vel etiamſi plures obſtetrices, affuerint: & ipſarum majoris partis aſsenſus affuerit: committatur illa mulier accuſata, honeſtæ & ſecuræ cuſtodiæ, vſque ad tempus, quo paritura credatur. Ita quòd inde Judex reſpondeat Domino Regi, atque parti conquerenti, ſi pars fuerit proſequens illud crimen.

4 Et cùm partum ædiderit; vel tempus pariendi tranſierit; fiat de eadem muliere juſtitia, ſecundum quod demeruit. Et ſicut de muliere minimè imprægnata.

Annotatio.

Ver. 3. Quòd ſit prægnans] *Mulier prægnans vltimo damnata ſupplicio, ſervari debet, dum partum ædet, & ſic ratione adjuncti permittitur, quod aliâs denegaretur.* l Imperator, 18. ff. de ſtat. hom. l. 3. ff. de pœn. *Nam calamitas matris, non debet nocere ei, qui eſt in vtero.* l. 5. ff. de ſtat. hom. vid. l. 1. de inſpiciend ventre.

DE

DE MVLIERE DICENTE SE ESSE prægnantem, poſt mortem mariti ſui.

Cap. 27.

ITem, ſi mulier conjugata, dixerit ſe eſſe prægnantem marito mortuo, vt poſt ipſius mariti mortem, proles ejus marito ſuccedat (ſicut fit de jure de poſthumis hæredibus inſtituendis) judex eam committere debet cuſtodiæ mulieris honeſtæ, quæ eam cuſtodiat, vſque ad diem partus.

Publicè intereſt partus non ſubijci, vt ordinum dignitas, familiarumque conſervetur. L. 1. et tot tit. ff. de ventr. inſp. c.

2. Et per triginta dies, ante tempus pariendi, mulier mittet ad parentes viri ſui defuncti, vt veniant & cuſtodiant ipſam, vſque pepererit.

3. Et adveniente die partus ejus, ipſo die partus, ponantur cuſtodes ad oſtium domus in qua paritura eſt; omni ſuſpicione alienæ prolis priùs amotâ.

4. Qui cuſtodes introeuntes & exeuntes, diligenter exerceant & examinent. Præterea, caveant cuſtodes, ne aliqua mulier prægnans intret domum de qua poſſit haberi ſuſpicio.

5. Et tria luminaria ſint in domo tempore partus. Quia tenebræ aptæ ſunt ad partum ſubjiciendum.

6. Quòd verò natum fuerit, oſtendatur amicis mariti defuncti, vt omnes amoveantur ſuſpiciones, & vt partus patri defuncto, ſine difficultate ſuccedat.

Annotatio.

Ver. 1. de poſthumis] *Poſthumus dicitur, qui poſt humatum, mortuum patrem naſcitur; qui habetur pro jam nato, quoties de ejus commodo agitur.* l. 2 l. 7. pen. de ſtat. hom. l. 231. de verb. Significat. §. cùm autem. Inſtit. qui teſtam. tutor. dar. poſſit. *Porrò, non ſolùm mulieris prægnantis damnatæ, pœna differtur quoad pariat: ſed etiam quæſtio de ea haberi non debet quandiu prægnans eſt.* l. 3. ff. de pœn.

DE JVDICE QVI MALE judicavit.

Cap. 28

SI quis convictus fuerit de falſis judiciis redditis tribus vicibus: poſteà ad judicium reddendum non audietur Stat. Rob. 1. c. 18. Exod. 22. 25.

neque

neque poteſt eſſe prælocutor, nec ſtare in judicio: Niſi ex gratia Domini Regis; aut per pœnitentiam fuerit reconciliatus.

Iac.1.parl.6.c 16. Iac.2.parl.6.c.17

DE INCENDIO.
Cap. 29.

Si ignis egreſſus invenerit ſpicas, & comprehenderit alterius fruges, ſive in horreis ſtantes, ſive in agris, qui ignem ſuccendit, reddat damnum.

Iac.3. parl.5.c.26. Iac.5.parl.7.c.104. Exod.22.6.

DE FVRE NOCTVRNO ET *diurno.*
Cap. 30.

Si fur domum fregerit, aut perfoderit de nocte, & aliquis ipſum ſic inventum vulneraverit; ita quòd ex vulnere mortuus fuerit, vulnerans non erit reus ſanguinis. Sed ſi aliquis orto ſole, hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipſe morietur.

Lib.4.c.13. Exod.c.22.2.

DE EO QVI ALIENVM SERVVM *alterius debitorem conducit.*
Cap. 31.

Si aliquis conduxerit aliquem debitum debentem vicino ſuo, & vicinus ſuus prohibeat ipſum, ne eum retineat in ſervitio ſuo: ſi vltra prohibitionem illam, eum retinuerit, tenetur vicino ſuo, reſpondere de debito.

2. Sed ſi ipſum ante prohibitionem ſuam, in ſervitio ſuo recepit: non vlteriùs tenetur ſibi reſpondere de debito prædicto, niſi pro quantitate ſervitii ſui.

QVI MANENT IN VICE-COMITATV, *debent venire ad forum ejuſdem.*
Cap. 32.

Omnes rure manentes, tàm libere-tenentes, quàm ruſtici, qui ſunt manétes in Comitatibus noſtris, veniant cum omnibus rebus mobilibus ſuis, ad vendendum, & non ad aliud forum

Digitized by Google

rum, quàm ad forum noſtrum, infra Vice-comitatum vbi manent.

2. Et aliter faciendo, ſi ſuper hoc convicti fuerint, quilibet dabit octo ſolidos: & rem amittet.

DE VVARANTO, QVI PENDENTE lite moritur.

CAP. 33.

SI quis vocaverit aliquem ad warantum, & warantus vocatus moriatur pendente lite, ceſſabit querela per mortem illam.

De teſtibus, qui quales eſſe debent. C. placuit 4. q. 2 et. 3. e Bart. in tractatu. 30. de teſtibus.

2. Et ſi tenens iterum implacitetur per novum Breve, benè poteſt vocare illum ad warantum, quem ipſe mortuus, quem priùs vocavit, reliquit hæredem.

3. Quia aliquis poteſt habere plures warantos de vno feodo, vel de vno & eodem tenemento. Et in optione ſua eſt, vocare ad warantum quem voluerit.

DE EXCLVSIS A PROBATIONE, ACquietatione & teſtimonio.

CAP. 34.

APrObatione, acquietatione & teſtimonio, repelluntur; puer infra ætatem, ſcilicet, qui decimum quartum annum ætatis minimè adimplevit, furioſi, ſervi, mulieres, adulteri, fures, pauperes, perjuri, verberati in circuitu Eccleſiæ, vel per medium villæ, infames, convicti & redemti à juſtitia, conſanguinei ſocii & participes ejuſdem criminis, Nativi & Bondi, Clerici contra laïcos, & è-converſo.

2. Repelluntur etiam ab acquietatione, inquiſitione, probatione & aſſiſa, pater, filius, frater, avunculus, conſanguineus & affinis infra quartum gradum, Dominus, Ballivus, nec aliquis gerens robas Domini, nec aliquis de conſilio ſuo, vel retinentia ſua, nec aliquis tenens terram de eo ad firmam, vel ad annuum redditum, neque aliquis particeps calumniæ, nec aliquis hoſtis, ſeu malevolus parti, nec aliquis conductus prece, vel pretio, excommunicati, incarcerati & vinculati.

Vid. Mar. parl. 5. c. 18. Lac. 6. parl. 3. c. 53. parl. 11. c. 27. parl. 14. c. 197. Stat. VVilh. c. 11, Stat. Rob. 3. c. 14.

3. Etiam quicunque indignus admitti ad accuſandum, vtlagati & accuſati de criminali cauſſa, antequam purificentur juſtè, & [b] hoc, vbi accuſantur.

[b] *i. Si inſtanter pendet accuſatio.*

4. Omnes iſti repelluntur ad teſtificandum in aſſiſa, inquiſitione, teſtimonio ſeu acquietatione.

DE MVLTVRA BLADI EMTI.

Cap. 35.

Iac 4. parl. 4. c. 44.

ITem, ſtatuit Dominus Rex, quòd omnes qui emunt bladum in portis Domini Regis ad naves; vel à Burgenſibus ad granarium ipſorum; poſſunt ire, per quatuor partes, vbi voluerint ad molendinum, & illud bladum habebunt, abſque contradictione portando liberè & quietè.

LIBERTATES DE NOVO CONCESSAE Galwidienſibus.

Cap. 36.

Ex rotulo ſeu Regiſtro Chartarum Robert. primi, fignat. E. nu. 8.

ROBERTVS Dei gratia Rex Scotorum, &c. Sciatis nos pro nobis, & hæredibus noſtris conceſſiſſe, & hac præſenti Charta noſtra confirmaſſe in perpetuum, Capitaneis, & omnibus hominibus *Galwidienſibus*, ſuper quocunque [a] ſuperdicto Serjandorum *Galwidiæ*, habeant bonam & fidelem aſſiſam patriæ.

a. Vpon anie thing that ſal be ſaid vpon them be the Serjandis.

2. Et quòd non teneantur ad purgationem, ſeu acquietantiam faciendam, ſecundum antiquas leges *Galwidiæ*.

3 Exceptis, & reſervatis tamen nobis, & hæredibus noſtris, quatuor loquelis ſpectantibus ad coronam noſtram. Et reſervatis etiam nobis, & hæredibus noſtris, articulis tangentibus proditionem, & interfectionem alienigenarum aliorum regnorum, & proſecutionibus eorundem.

4. Et licet aliquis *Galwidienſis* per prædictam aſſiſam fuerit convictus, ſolvet nobis decem vaccas, pro quolibet ſuperdicto quo fuerit convictus, & non vlteriùs.

5. Et ſi ad ſectam noſtram, vel partis ſuper proditione, vel interfectione hujuſmodi alienigenarum fuerit convictus; erit in voluntate noſtra, de vita, & membris.

Digitized by Google

6. Et ſi aliquis Serjandus, vel miniſter noſter *Galwidiæ* per nos, vel nomine noſtro ſuper aliquo articulo, tangente officium ſuum, fuerit accuſatus; acquietabit & purgabit ſe, per integram acquietantiam *Galwidiæ* debitam & conſuetam.

7. Et in aliis articulis ad ſectam partis reſpondebit, pro-ut alii vicini ſui facere tenentur ſecundum leges *Galwidiæ* ſupradictas.

In cujus rei &c. *Glaſgw.* 13. *Junii* Anno Regni noſtri nonodecimo.

VISVS TERRAE NON HABET LOCVM in petitione dotis.

CAP. 10.

NVllus viſus terræ jacet in Brevi Domini Regis de rationabili dote, vbi petens nihil habet: Nec viſus [a] terræ jacet in dote, vbi vir mulieris ſaiſitus fuit & veſtitus.

[a] i. locum, habet.

VISVS TERRAE NON DATVR HABENTI vnicum tenementum.

CAP. 38.

NVllus habebit viſum terræ in eadem villa vbi placitatur, niſi habeat duas terras aut duo tenementa ibidem. lib. 1. c. 9.

Digitized by Google

IN MY DEFENCE, GOD ME DEFEND.

ASSISAE ET STATVTA DAVIDIS SECVNDI.

David Broys, ejus nominis ſecundus, filius Roberti. 1. cœpit regnare, Anno Mundi. 5300. An. Chriſti. 1330. reg. An. 40.

DE FVRE VENDITO, VEL EX VINCVLIS evadente.

CAP. 1.

EX DAVID CONSTITVIT, quòd nullus homo vendat latronem de latrocinio approbatum, nec pro aliqua pecunia, nec amicitia, nec vlla alia mercede. Stat. 1. Rob. 1. c. 9. Stat. V Vilh. c. 15. Iac. 5. parl. 1. c. 2.

2. Et ſi Comes hoc fecerit, aut aliquis qui jura & conſuetudines Comitis ſibi, vendicat; ſit foriſ-factus, verſus regiam juſtitiam, de centum vaccis.

3. Si verò aliqui proceres hoc fecerint, dent Regi & Juſtitiæ, triginta quatuor vaccas.

4. Qui verò hoc facere ſubterfugerit; ſit in regia foriſ-factura, de centum vaccis.

5. Et latro ſit vtlagatus, de tota terra Domini Regis; Et ſi poſteà deprehenſus fuerit, fiat ſtatim de eo plena juſtitia, pro modo delicti & latrocinii.

6. Et ſi contigerit, quòd conſtitutus ſit in cattenis, & de

cuſtodia fortè evaſerit, Dominus de cujus cuſtodia vel carcere latro evaſerit, juret cum viginti ſeptem hominibus, & cum tribus Thanis, quòd latro evaſus fuit de vinculis, ſine ſua voluntate, vel conſenſu. Et ſic Dominus quietus remanebit.

ANNOTATIO.

Ver. 6. Vel carcere] *Leges vetant carcerem rumpere.* l. pen. ff. de cuſtod. Reor. l. 1. de effract. *& qui carcere effracto fugerit capite punitur.* l. 13. ff. de re milit. l. 38. §. miles. ff. de pen. *Sive aufugit fractis foribus ſive facta conſpiratione cum ceteris qui in eadem cuſtodia fuerunt.* l. 1. ff. de effractor. *etiam ſi crimen non fuit capitale propter quod incarceratus fuit.* l. 13. ff. ejus. ff. de re milit. l. in. eos 13. ff. de cuſtod. & ex his Reor.

DE HOMINE CALVMNIATO NON HABENTE plegios.

CAP. 2.

Stat. Alex. c. 13. SI quis calumniatus fuerit de latrocinio; & plegios invenire non poterit, Juſtitiarius Domini Regis capiat eum cum omnibus bonis ſuis; ad talem juſtitiam de eo faciendam, qualis lex, & conſuetudo eſt, de homine ſine plegio.

2. Videlicet, ſi capiatur cum rubea manu, & aliquis eum ſequatur: ſtatim ſubeat judicium. Et ſi nemo eum ſequatur, in priſona cuſtodiatur vſque ad ſequentem Curiam, vt omnes de eo ſcire poſſint.

ANNNOTATIO.

Ver. 2. Omnes] *Accuſatio criminalis ſit aut per indictamentum, aut per certũ accuſatorem.* lib. 1. c. 1. *quia ſine accuſatore nullus debet damnari.* c. 1. vt eccleſ. benef. ſine diminut. conf. l. c. §. Si quis. ff. de minorib. leg. burg. c. 41.

DE HOMINE INVENTO SINE DOMINO

CAP. 3.

HOmo qui in terra Domini Regis, ſine Domino inventus fuerit, poſtquàm Breve lectum fuerit in Curia Domini Regis, habeat ſpatium quindecim dierum perquirendi ſibi Dominum.

Iac. parl. 1. c. 41. Iac. parl. 4. c. 49.

2. Et ſi ad proximum terminum, Dominum ſibi non invenerit: Juſtitiarius Domini Regis, octo vaccas de eo capiat. Et hominem

hominem ad opus Domini Regis custodiat; donec Dominum sibi invenerit.

DE EO QVI FVRTVM NEGAT, ET IN *purgatione succumbit.*

CAP. 4.

SI quis calumniatus fuerit de latrocinio, & negaverit latrocinium: Ita quòd latro inde non est, nec consentiens nec etiam conscius est, & purgatio ei fuerit adjudicata: si defecerit in purgatione, fiat de eo, sicut de latrone probato.

DE NAMORVM INJVSTE CAPTORVM *manifestatione.*

CAP. 5.

SI quis manens in vna *bothyn*, id est Baronia, capiens namum in alia *bothyn* seu Baronia, absque licentia Domini vel ejus Ballivi, & in redeundo Domum, dicat probis hominibus obviantibus, quòd namum cepit; ista recognitio, [a] sanat ei vitam & membrum

[a] *Al. salvat.*

2. Sed quia injustè cepit namum: debet Regi octo vaccas, & namum reddat, & postea jus suum requirat.

3. Et si talem recognitionem nec fecerit nec probare poterit, fiat de eo, sicut de latrone probato.

DE NAMIS CAPIENDIS CVM LICENtia *Vice-comitis.*

CAP. 6.

SI quis manens in vno Vice-comitatu, volens capere namum in alio: veniat ad Vice-comitem, vel ad ejus Ballivum, & petat licentiam ab eo: Et tunc debet Vice-comes vel ejus Ballivus ire, vel ejus Ballivum mittere cum eo, ad domum debitoris.

Rationem hujus l. et. seq. vid. Edward. 1. An. 13. c. 36.

2. [a] Et si recognoscat debitum; Ballivus faciat eum habere namum, nisi debitor ei satis-fecerit.

[a] *Si debitor fatetur debitum, Ballivus tradet namũ creditori, nisi debitor debitum ei solverit.*

3. Si autem negaverit debitum, tùm creditor juret super debitorem suum in domo sua. Et Ballivus faciat ei habere namum, quem namum teneat per tres dies, in illo comitatu.

4. Et si aliquis velit replegiare namum, infra dictos dies tres;

detur

detur ad plegium ; & Ballivus ſtatuet diem in illo comitatu , ad exhibendum juſtitiam conquerenti.

5. Et lapſis tribus diebus, nullo namum replegiante , conquerens abducat namum domum : & illum paratum habeat, ad faciendum de eo quod jus dictaverit.

6. Si autem non tenuerit dictum namum , in eodem comitatu per dictos dies : det Regi octo vaccas.

ANNOTATIO.

Ver. 3. Si autem] *Quia juſ-jurandum vicem rei judicatæ obtinet , & non immeritò : Quia in hoc caſu ipſe debitor facit adverſarium ſuum , nempe creditorem , judicem in ſua cauſſa.* l. 1. quat. rer. non dat. l. 1. ff. de jure-jurand. *Et dato jure-jurando non aliud queritur quàm an juratum ſit , remiſſâ queſtione , an debeatur , quaſi ſatis probatum ſit jurejurando.* l. 5. ff. de jure-jurand.

DE NAMIS CAPIENDIS CVM LICENtia Domini terræ.

CAP. 7.

ITem , Rex *David* ſtatuit , quòd nullus in terra alicujus capiat namum , niſi priùs habeat licentiam Domini illius terræ , vel eius Ballivi.

2. Si quis autem hoc fecerit , ſi ſit in terra Domini Regis , Rex habeat octo vaccas.

3. Si verò in terra Comitis vel Baronis ; Comes , vel Baro, habeat ſex vaccas.

DE NON CONQVERENTIBVS PROpriis ſuis Dominis.

CAP. 8.

PRohibet Rex *David* , quòd nullus eum requirat de aliquo, nec de aliquo placito ſibi conqueratur , antequàm Dominum ſuum inde requirat , vel Vice-comitem : vel ſi Dominus , vel Vice-comes vel Comes , ei[a] defecerit in eodem comitatu.

Vid. lat. 1. parl. 2. c. 45.

[a] *i. jus ei non dixerit , aut juſtitiam non fecerit.*

2. Niſi ſit de magno & principali placito , ad coronam Domini Regis pertinente.

3. Si verò quis aliter fecerit , det Regiæ juſtitiæ , octo vaccas.

DE

DE TEMPORE CVRIARVM DOMINI *Regis, & his qui debent intereſſe.*

CAP. 9.

ITem, Rex *David* ſtatuit, quòd placita Domini Regis teneantur infra quadraginta dies, in quocunque comitatu. Iac.5.parl.6.c.71. Quor. Attach.c.79.& 33. Stat. VVilh.c.2.

2. Et his placitis interſint Epiſcopus, & comes de eodem comitatu, & Vice-comes, & Dominus cujuſlibet villæ, & quicunque calumniati ſunt de latrocinio, aut de quocunque alio malefacto.

3. Et hanc conſtitutionem, nullus ſuperſedere præſumat, ſuper plenariam foriſ-facturam Domini Regis, niſi fuerit manifeſta cauſſa & probabilis, quare dictis placitis non poterit intereſſe.

QVILIBET DEBET VTI PROPRIIS *terris, & abſtinere ab alienis.*

CAP. 10.

ITem, definivit Rex, quòd qui terras poſſident, eiſdem propriis terris ſuis vtantur, atque in iis, ſe & ſuos paſcant.

2. Nec iis liceat, quod hucuſque ſolebant agere, ſcilicet, propriis terris ſuis parcere & terras alienas devaſtare, & ſicut poſſeſſionibus ſuis propriis vti. *Contentus ſuis quiſque debet eſſe, nec res alienas invader'.*

3. Hanc, ſcilicet, pravam conſuetudinem, Rex modis omnibus prohibet, ne diutiùs ſub ſua poteſtate aliquis ſic præciſè agere præſumat, ſub ſua plenaria foriſ-factura. c.5 i quis Epiſc.7.q.1.l. 8.in prin. & fin.regiã.

DE MODO VENIENDI AD CVRIAS, *& tranſitu per terras alienas.*

CAP. 11.

ITem, decreuit & deliberavit Rex, quòd ſi quis major natu, vel minor, Curiam Regis adierit; vel aliâ rationabili cauſſâ compellente, cum tot hominibus pergat, vt ſibi convenit: Ne ſuperfluâ multitudine ſecum ductâ, terras Regis, Epiſcoporum, ſeu aliorum, eundo & redeundo devaſtet. Iac.2.parl.14.c.83. Iac.1 parl.1.c.7. Iac.3.parl.14.c.104. Iac.6.parl.8.c.140. Infr.c.36.h.tit.

2. *Item*, cùm in itinere ſuo ad cujuſcunque Domini domum veſpere venerit, ab eo hoſpitium roget, & poſtquàm cum conceſſione, vel juſſione ejuſdem, ſecundum morem patriæ, homines partiti domos intraverint: ab iis à quibus recepti ſunt, per violentiam

violentiam cibos, ſupra vires eorum non exigant; ſed ſecundum poſſe eorum. Et ſi Dominus terræ dederit aut præceperit quid detur eis, accipiant.

3. Quòd ſi aliquis ex eis, ad quos ordinati ſunt, hoſpitem, quem Dominus ſuus juſtè præceperit ſibi ſuſcipere, ejiciat: Et foris eſſe jejunantem facit; propter hoc dabit Domino ſuo vnam vaccam.

4. Prætereà decrevit Rex, quòd ſi quis decretum ſuum prædictum tranſgrediendo, terram alicujus Domini ſine licentia, vel conceſſione ejus intraverit, & per violentiam cibos ab hominibus ſumſerit, pro hac injuria Domino illius terræ, octo vaccas emendet; & deinceps ab ejuſmodi iniquitate abſtineat.

5. Præcepit etiam Rex, quòd cautſa charitatis, ſub ſua poteſtate conveniens & legalis hoſpitalitas cuſtodiatur. Et omnis vaſtatio hoſtilis & violentia, penitùs extinguatur: nec vlteriùs ab aliquo fieri præſumatur.

Iac. 6 parl. 7. c. 116. Edward. 1. An. 3. c. 1.

DE OFFICIO PEREGRINORVM, MERcatorum, & miniſtrorum, & pace Regis eis data.

CAP. 12.

ITem, præcepit Dominus Rex, vt omnes homines in regno, in officiis ſuis fideliter vivant & propria negotia fideliter agant.

2. Qui verò [a] peregrini ſunt, & loca ſanctorum pro remedio animæ ſuæ viſitare volunt: firmam pacem eundo & redeundo habeant; vt nemo iis injuriam faciat: Caveant & ipſi, vt legaliter ſe contineant.

[a] *i. Peregrinantes Religionis ergô.*

3. Mercatores autem ſive per terram ſive per aquam venientes, [b] rectitudinem Regis, Regi per miniſtros ſuos plenariè reddant, ſicut in diebus Regis patris ſui conſtitutum erat.

[b] *Veluti cuſtumã.*

Iac. 6. parl. 15. Iac. 2. parl. 3. c. 4.

4. Omnes autem miniſtri, qui in manſionibus Eccleſiarum, vel alibi in regno commorantur, in ſuis miniſteriis fideliter agant, & ſua lege juſtè vtantur, & Regi fideles ſint. Quorum etiam nomina & numerum, per aliquem fidelem, Rex ſcire vult.

5. Præfatam autem conſtitutionem ideò conſtituit, vt inter peregrinos, Mercatores, & miniſtros ſuos in regno commorantes, diſtantiam non cognoſcat. Et vnuſquiſque in officio ſuo, fideliter vivat.

DE

DE PROTECTIONE DOMINI REGIS, *conceſſa pauperibus, & de furto illis facto.* CAP. 13.

DE pauperibus & debilibus conſtitutum eſt, vt omnes qui cũctorum auxilio deſtituti ſunt, ſint ſub procuratione & protectione Domini Regis in regno ſuo, vbi ſũt vel aſſiduè eſſe debent.

2. Et ideò jure concedit, quòd ſi aliquid ab eis [a] furatur, & poſteà probator aliquis reperiatur, qui furtum vult probare: is furem nominabit coram teſtibus idoneis, ſuper ſanctum altare eo modo quo mos eſt in *Scotia*.

3. Et jurabit verum eſſe, quod affirmat de præfato fure, & reſtauretur quod furatum eſt: ac ſi proprium Regis eſſet.

4 Et ſi conceſſo veraciter confirmaverit, quòd ab eis ſine lege & judicio, per vim aliquid abſtulit; reddat quod abſtulit, & Regi octo vaccas pro tranſgreſſione emendet.

[a] *i. Furatum ſit, vel furto ablatum*

DE PONDERIBVS IN EMENDO, ET *vendendo.* CAP. 14.

STatutum eſt à Rege *David*, vt commune, & æquale pondus (quod dicitur pondus *Cathaniæ*) in emendo & vendendo, omnes homines in tota *Scotia* cuſtodiant. Deuteron. 25. 13. 14. Leviti. 19. 35. 36.

2. Divina namque lex præcipit dicens: Non habebis in ſaculo tuo diverſa pondera, majus & minus: nec erit in domo tua, modius major & minor. Sed pondus habebis juſtum.

3. Si quis contra decretum divinæ legis, aliquod inæquale pondus ſibi vſurpaverit: Regiæ juſtitiæ octo vaccas emendet pro tranſgreſſione.

DE EO QVI ALIENVM CANEM *domeſticum interfecit.* CAP. 15.

ITem, Statuit Dominus Rex, ſi aliquis injuſtè & contra legem, alterius canem interfecerit: vigilabit, & cuſtodiet ejus [a] fimarium per annum & diem. Et omnia damna, infra dictum tempus per eum ſuſtentata, pro defectu canis ſui reſtaurabit, ſine vlla contradictione.

[a] *Fimarium, Latinè fimetum, locus eſt vbi reponunt, fimũ quo agri ſtercorantur.*

Statuta,
DE MARITO PRO MORTE VXORIS suæ accusato.
Cap. 16.

Leg. Burg. c. 131. SI quis velit agere aliquid, contra aliquem de morte vxoris decedentis, cum qua matrimonium contraxit: in hoc exaudiri non debet Actor, nisi notorium fuerit, quòd vir ejus interfecerit eam, vel plagam ei dederit, de qua mortua fuit; dummodò eam maritali affectione pertractavit.

2. Casus super hoc contigit tempore Regis *David*; quòd quidam vir, boni testimonii, vxori suæ quæ fuit ex magna prosapia, bono zelo eam castigando, tantummodò vnam alapam ei dedit. Quæ indignatione viri sui, à die illo, in posterum, nec mãducare nec bibere pro aliquo voluit, quousque viam vniversæ carnis est ingressa: Amici verò mulieris, virum coram Rege de morte suæ vxoris, appellaverunt.

3. Et quia notorium fuit, quòd vir ejus eam non interfecit; nec plagam aliquam dedit, de qua mortua fuit: sed eam docendo, & castigando percussit, ac etiam vsque in diem prædictum suæ migrationis, affectione maritali eam pertractavit, Rex eum quietum clamavit omninò, & istam assisam hac de causa fecit.

Annotatio.

Ver. 2. Castigando] *Maritus potest vxorem immorigeram castigare, & emendare, modo id leniter faciat, & non atrociter.* Porc. in §. 2. Instit. de patr. potest. post. Dd. in Authen. sed novo jure. C. de repud. & in leg. vnic. C. de emend. propinq. *Nam vulgò dicitur: Qui nimis emungit solet extorquere cruorem: Et violenta facit correctio deteriorem. Sed moderata satis correctio, gignit amorem.*

DE MALEFACTORE DEFAMATO, per famam trium, duarum, vel vnius Baroniæ.
Cap. 17.

Lib. 4, c. 1. 2. Stat. Alex. c. 13. STatuit Dominus Rex, per consilium Prælatorum, Comitum, & Baronum, quòd si sequela trium Baroniarum appellaverit aliquem de roboria, furto, vel aliquo alio malefacto, pro quo de jure judicium subire debeat. Et defendens sine plegio fuerit

Digitized by Google

rit; tantummodò pro earum tribus appellationibus ſuſpendatur, & judicium ſubeat, quod de jure ſuſcipere debet.

2. Et ſi ſequela duarum Baroniarum, ipſum appellaverit; ſimili modo ſuſpendatur, ſi ſine plegio fuerit, & mala fama provinciæ ſeu Vice-comitatus proſequatur, loco tertiæ Baroniæ.

3. Et ſequela vnius Baroniæ, ipſum tantum modò appellaverit; & ipſe appellatus, vſque ad illum diem de mala fama fuerit, & ſine plegio, ſimili modo ſuſpendatur.

4. Quoniam tantummodò fama, cum vna appellatione, appellatum morti tradit. Sed fama ſimplex, niſi fuerit per inquiſitionem facta per ſacramentum, neminem morti tradit.

Hinc ortum eſt vulgatum proverbiũ, evill deimed halfhangit.

Annotatio.

Ver. 2. Mala fama] *Omnia ſi perdas famam ſervare memento. Nam crudelis eſt qui famam ſuam negligit.* c. 2. & ibi gl. in verb. negligens de purgat, canon extr. l. infamia. 8. C. de Decurionib. lib. 10. De fama vide latiſſimè Bart. in l. 10. ff. de quæſtionib. Prob. 22. 1. Eccleſ. 7. 3. Eccleſiaſt. 41. 12. 13. Rom. 12. 17. Virg. 4. Æn. *fama malum quo non aliud velocius vllum &c.*

JVDEX NON DEBET OBTEMPERARE injuſtis mandatis.

Cap. 18.

NVllus Juſtitiarius, Vice-comes, aut aliquis alius miniſter Regis, faciet exſecutionem alicujus mandati ſibi directi, ſub quocunque ſigillo magno, ſecreto vel parvo, ſeu ſigneto in præjudicium juris. Sed ſi quod tale ſibi fuerit præſentatum, indorſet; & indorſatum remittat.

Infr. h tit. c. 41. Iac. 6. parl. 6. c. 92.

Annotatio.

Quandoque per importunitatem nimiam Princeps non concedenda concedit: Ideoque à judice adimpleri non debent. c. 5. de reſcript. *Et in qua reſcripta Principis contra jus, vel vtilitatem publicam, non ſunt per judicem admittenda.* l. vlt. & ibi Gloſ. C. Si contra jus vel vtilit. public.

BREVIA DE MORTE ANTECESSORIS, & nova diſſaiſina debent implacitari per aſſiſam.

Cap. 19.

STatuit Dominus Rex, quòd Brevia de morte anteceſſoris & de nova diſſaiſina, nunquam erunt implacitata, per calum-

niam petentis, ſed tantùm per aſſiſam bonæ patriæ & non aliter.

2. Et ſciendum eſt, quòd nulla calumnia jacet ibidem, quia illi duodecim, qui electi ſunt de bona patria ad aſſiſam faciendam, dicent ſolummodò ſuum veredictum, ſecundum punctos & articulos vtriuſque Brevis. Et ſecundum hoc, quòd iſta aſſiſa pronunciaverit ſuum veredictum in Curia; judicium partibus reddatur.

DE IMPEDIENTIBVS PERAMBVLATIONEM fieri. CAP. 20.

De modo eligendi aſſiſam in cauſſa perambulationis. Iac. 6, parl. 6. c. 79.

SI citationes minùs juſtæ factæ ſunt; dies perambulationis non tenet.

2. *Item*, perambulatio priùs facta inter eaſdem perſonas, (exceptâ perſonâ Domini Regis) perambulationem deſtruit.

3. *Item*, ſi diviſæ ſunt nominatæ, in litera de terra perambulanda, perambulationem tollit.

4. *Item*, defectus hominum, qui debent intereſſe ad perambulationem faciendam, ipſam aufert.

5. *Item*, defectus juſtitiarij, perambulationem tollit.

6. *Item*, defectus judicis illud idem facit.

7. *Item*, terra non nominata ſub recto nomine, Breve de perambulatione deſtruit.

8. *Item*, communis exercitus in regno motus, perambulationem fieri non permittit.

9. *Item*, ſi ille contra quem perambulatio impetratur, ſit infra ætatem, ceſſabit perambulatio.

10. *Item*, prohibitio Domini Regis, ex certa cauſſa, perambulationem ceſſat.

BRVE DE MORTE ANTECESSORIS procedere debet, ſive tenens compareat, ſive non. CAP. 21.

SI petens per vim Brevis de morte anteceſſoris ſit præſens in Curia & tenens nullo modo compareat; quæritur vtrum procedet aſſiſa?

[a] *i. Continuata ad certum diem: Nam* jour Gallicè *ſignificat diem.*

2. Reſpondetur quòd non procedet. Sed tenens erit iteratò ſummonitus legitimè, & aſſiſa per juſtitiarium [a] adjornata ad alium diem legitimum.

3. Quo die ſive compareat, ſive non, procedat aſſiſa ſecundum formam

formam Brevis. Ita quòd propter defectum ſuũ non impediatur.

4. Et [b] licet tenens compareat eodem die, nihil poteſt dicere, quare aſſiſa remanere debeat.

[b] *Quia tenens prima die faciens defaltum, ſibi præjudicat.*

DE VVARANTO IN BREVI ANTE-ceſſoris. Cap. 22.

SI quis implacitetur de aliqua terra per Breve de morte anteceſſoris, & de illa terra warantum vocaverit, ille debet habere diem ad producendum warantum.

2. Et nominabit warantum ſuum, & dicet in qua provincia warantus ejus eſt, vt ipſo waranto præſente, placitum inde procedat in ſuo robore ſecundum legem terræ.

DE HIS QVAE IMPEDIVNT BREVE de nova diſſaiſina. Cap. 23.

BReve de nova diſſaiſina caſſabile eſt, ſi terra aut tenementum, aut firma tenementi juſto modo & vero nomine non nominentur.

2. *Item*, ſi locus in quo dicta terra, vel tenementum ſitum eſt, non nominetur, litera non valet.

3. *Item*, ſi duo vel tres, aut plures portionarii, æqualiter participes fuerint ejuſdem terræ vel tenementi, & non nominentur ſimul infra Breve; vno iſtorum deficiente, Breve eſt nullius valoris.

4. *Item*, ſi ipſa terra, vel tenementum movetur ex parte vxoris, et nomẽ vxoris non nominetur infra Breve Domini Regis, ipſum Breve non ſtabit.

DE HIS QVAE IMPEDIVNT PROCẽSſum juſtitiarii. Cap. 24.

ITem, ſi juſtitiarii duo vel plures conſtituantur in Brevi Domini Regis, tenens reſpondere non tenetur coram illis, ſi aliquis eorum non ſit præſens in Curia: Niſi infra Breve conſtituantur, conjunctim & diviſim.

2. *Item*, ſi Juſtitiarii ſubſtituant aliquem, vel aliquos loco ſuo, ſine litens Domini Regis: non tenetur aliquis coram illis ſubſtitutis reſpondere.

3. *Item*, ſi Juſtitiarii ſunt ſuſpecti vel recuſabiles, & hoc manifeſtè appareat; non tenetur aliquis coram eis reſpondere.

DE ESSONIIS VVARANTORVM.

CAP. 25.

Lib.1.c.2 b.

SI homo ſit implacitatus de vna terra, & fecerit omnes dilationes ſuas, vſque ad illud, quo vocaverit inde warantum ſuum, nullum eſſonium poteſt fieri pro waranto: antequam warantus comparuerit in Curia.

2. Quia ille warantus non eſt pars placitabilis in defenſione ipſi quando comparuerit tanquam warantus in Curia, & tunc eſt pars placitabilis.

3. Et ad alium diem poſſunt eſſonia ſibi valere, ſi ſe eſſoniare voluerit; ac omnia alia facere, ſicut pars principalis.

DE EQVO ONERATO DVABVS OVIBUS, & molendino combuſto.

CAP. 26.

Ex libro Sconenſi Domini Davidis Carnegy *de* Kinnard, Militis.

QVidam tranſiens per altam viam regiam, habens duas oves ſimul ligatas, ante ſe ductas. Et fortè vnum equum, habentem dorſum non ſanum, jacentem in media via inveniat: Et prædictæ oves tranſeant, ex vtraque parte ejuſdem equi. Scilicet, vna ex vna parte, & altera ex altera parte: Ita quòd ligatura inter eas, tangat dorſum equi. Surgente equo, & portante dictas oves, in diverſis locis hinc inde per totum campum, vſque ad molendinum vacuum, cum igne infra, ſine cuſtodia, & modendinum fuerit combuſtum, cum equo, & ovibus. Quæritur, quis reſpondebit?

2. Pro ovibus ille reſpondebit, qui debuit equum; quia via regia non debuit occupari per equum.

Qui occaſionem damni dedit, ipſũ damnum dediſſe videtur.

3. Et molendinarius, pro combuſtione molendini & equi, ac omnibus aliis damnis illatis in molendino: Propterea quòd, reliquit molendinum apertum, & ignem in eodem, ſine cuſtodia.

[a] *Al. quatuordecim. Quid ſit via Regia* l.2.§.*viarum* ff. *nequid in loco publ.*

4. Et ſciendum eſt, quòd via regia debet eſſe in latitudine, [a] quadraginta pedum ſine aliqua violẽtia, per aliquem inde facienda.

VBI DEBENT CVRIAE TENERI.

CAP. 27.

[a] *Quia nulli judici competit juriſdictio niſi infra ſuum territorium.* l.*vlt.* ff. *de juriſd.*

LIcet cuicunque Domino diem ponere, & Curiã ſuam tenere, vbicunque voluerit infra feudum ſuũ, [a] ſed non extra de jure.

DE

DE HIS QVI COGVNTVR PVGNARE, vel non.

CAP. 28.

STatutum fuit, per Regem & communitatem *Scotiæ*, apud *Sconam*, quòd ſi Miles, vel filius Militis, vel aliquis liberetenens in feodo Militari, vel aliquis alius terram ſuam, aliquo modo tenens per Chartam in feodo, per liberum ſervitium, vel per *fie de haubert*: vel eorum filii, aliquem appellant de roboria vel occiſione hominis, vel furto, vel raptu, aut aliquo alio malefacto, per quod duellum poſſit oriri, benè licet eis, ad pontem de *Stirling*, in Curia Domini Regis, vel alia aliqua Curia, defendentem debellare, per interpoſitam perſonam.

2. Si appellans dixerit in ſua appellatione in plena Curia, quòd defendentem in ſuo delicto probabit: ſicut ipſe qui liber homo eſt, & homines habet adverſus eum de ſuo delicto probãdo, quoniam tales homines ſuos in caſibus prædictis pro ſe ponere poteſt.

3. Sed firmarii de ruſticis nati, vel qui de vili proſapia fuerint, ſeu ruſtici, vel aliqui alii, qui liberum tenementum non habent; libertatem proſapiæ debellare non poſſunt, de proprio damno ipſorum, niſi per proprias eorum perſonas.

4. Sed Domini eorum, in quorum terris manent, pro damnis ipſorum, poſſunt malefactores per interpoſitas perſonas debellare: & per alios, quàm eorum perſonas qui damnum receperunt. Quoniam corpus tenentis, & omnia bona ſua, de jure eſſe debent in protectione & defenſione Domini ſui.

ANNOTATIO.

Ver. 1. Per fie de Haubert] *Feudum Hauberticum, idem videtur eſſe quod feudum militare, & alio nomine dicitur, feudum loricatum. Nam* Haubergeon *(unde dicitur Hauberticum) eſt lorica quædam militaris, ex parvis circulis æneis vel ferreis compoſita; multum in uſu apud majores noſtros, & ad hæc uſque tempora, apud* Hybernos *priſcos* Scotos. *Hujus autem feudi poſſeſſor hoc corporis militari tegumento indutus, Dominum ſuum, in bellum ſequi, & comitari tenetur: Hinc factum eſt, ut feudum ipſum dicatur militare, ſicut vaſallus, vocatur Miles.* Feudum Hauberticum.

COMPLICES NON DEBENT PVNIRI ante principalem malefactorem. CAP. 29.

ORdinatum fuit coram Rege in pleno parliamento, apud *Sconam* & per Regem & cõmunitatem regni, quod ſuperſeden- Lib 4. c. 16. Quon. Attach. c. 83.

Digitized by Google

ſedendum eſt, de receptatore alicujus malefactoris judicandi ſive appellandi, quouſque receptatus judicetur. Et ſi receptatus quietus fuerit, receptator quietus ſit, ſine aliqua alia aſſiſa. Si autem receptatus damnatus fuerit; receptator habebit aſſiſam.

VICE-COMES DEBET AEQVABILE jus dicere, & pro ſuis deputatis reſpondere. CAP. 30.

Quæ ſequuntur, ſunt deſcripta ex publico Regiſtro parliamentorum. David. 2 in ſuo parliamento. 6. Novembr. 1347. Iac. 6. parl. 11. c. 80.

ITem, ſtatutum eſt, quòd ordinentur boni & ſufficientes Vicecomites, qui ſciant & poſſint officium ſuum exercere, & vnicuique Juſtitiam reddere, ſicut decet:

2. Qui etiam habeant bonos & ſufficientes Ballivos & miniſtros, pro quibus habeant reſpondere.

3. Si qui verò de hujuſmodi officiis infeodati fuerint ex antiquo; & inepti fuerint in propriis perſonis exercere illa officia, tunc in hoc caſu præſentent Domino Regi, alios bonos & ſufficientes miniſtros, ad excercendum dicta officia, loco ipſorum pro quibus habeant reſpondere.

PAX REGIS DEBET COMMVNITER obſervari. CAP. 31

Stat. 1. Rob. 1. c. 20. Iac. 1. parl. 1. c. 2. parl. 3 c. 51. Iac. 2. parl. 6. c. 13. parl. 14. c. 83. Iac. 3. parl. 13. c. 92.

ITem, firma pax tencatur & ſervetur vbique per totum regnum, inter omnes ſubditos Domini Regis ad pacem ſuam exiſtentes; Ita quòd nullus de-cæterò moveat guerrã, contra vicinos ſuos quoſcunque, ſub pœna plenariæ foriſ-facturæ.

DE LIBERTATE BVRGENSIVM. CAP. 32.

OMnes burgi & burgenſes liberè gaudeant omnibus ſuis juribus, libertatibus & privilegiis, quibus vti ſolebant tempore bonæ pacis. Et quòd nullus de-cæterò præſumat eos infra burgos, vel extra injuſtè opprimere, ſub pœna infrictionis protectionis Domini noſtri Regis.

Quon Attach. c. 54.

DE LIBERTATE MERCATORVM EXtraneorum. CAP. 33.

Leg. burg. c. 18. Stat. VVilh. c. 37.

OMnes Mercatores extranei vndecunque venientes, admittantur ad emendum, & vendendum; prout aliâs legitimè fuit conſuetum.

DE

DE ALIENATIONE TENEMENTI *ſine conſenſu Regis.*

CAP 34.

SI quis totum feudum, vel tenementum ſuum quod de Rege tenet in capite, vel majorem ejus partem alienaverit abſque ipſius Regis licentia ſpeciali: hujuſmodi tenementum ſaiſiatur in manu Domini Regis. Stat. wilh. c. 21. Stat. Rob. 3. c. 19. 4.

DE MONETA ANGLIAE.

CAP. 35.

STatutum eſt, quòd omnis bona monêta Regis *Angliæ*, auri, vel argenti, recipiatur per hoc regnum *Scotiæ*: ad verum valorem, prout in Anglia poteſt dari.

DE HOSPITIO RECEPEIS, INBVRGIS *vel extra.*

CAP. 26.

IN ſingulis burgis, omnes communiter vendentes panem & cerviſiam, recipiant tranſeuntes ad hoſpitia ſua; vendendo eis neceſſaria, & non carius ad forum quàm facerent vicinis ſuis. Supr. c. 11. h. tit. Stat. wilh. c. 30.

2. Et omnes illi qui taliter recepti ſunt ad hoſpitia in burgis, & extra; nihil capiant de hoſpitibus ſuis contra voluntatem ipſorum.

3. Sed emant ab eis neceſſaria ſua, ad competens pretium: faciendo plenam ſolutionem.

4. Et qui recedentes, abſque ſolutione facta pro receptis, arreſtentur nomine Regis, per communitatem burgi, vel patriæ, vbi deliquerint; & ſtent periculo ſuo, ſi quòd damnum receperint in reſiſtendo tali arreſtæ.

DE MONETA TRANSPORTATIONE *extra regnum.*

CAP. 37.

MOnêta noſtra videlicet *Sterlingi*, non deferatur extra regnum per Mercatores regni, nec extraneos, Clericos, aut alios quoſcunque; niſi ſolvant Domino noſtro Regi, de qualibet libra dimidiam marcam.

DE

DE MONETA FABRICANDA.

CAP. 38.

David.2.in ſuo parliamẽto. 1366. STatutum eſt, quòd fabricetur monêta de materia jam allata in regnum: & quòd in pondere & metallo æquipolleat monêtæ currenti in *Anglia.*

2. Et fiat in ipſa, ſignum notabile, per quod poſſit ab omni alia priùs fabricata evidenter cognoſci: quouſque in proximo parliamento ſuper hoc maturiùs aviſari poſſit. *Infr.hoc,tit.c.46.*

3. Et interim ſuper mercede monêtarii,& operariorum,conveniat Camerarius pro parte Regis cum ipſis; prout meliùs poterit conveniri.

DE INSTITVTIONE TRONAE.

CAP. 39.

*David 3.in ſuo parliamẽto.*1365. ORdinatum eſt, quòd ſit Trona ad lanas ponderandas in burgis regiis, per ſingulos portus regni, per Camerarium debitè & decenter ſtatuta.

2. Et ſit in quolibet loco Tronarius, qui percipiat de Rege vnum denarium de ſacco:

Saccus lanæ, continet 24.petras. Petra verò, 16.pondo Turonẽſia. Sextene pound trois wecht.

3. Et ſit ibi Clericus ad Tronam,qui, vt videtur Dominis de concilio, poteſt convenienter eſſe Clericus Coketæ Regis.

4. Debent enim Cuſtumarii, vt ipſis videtur, ſuum Clericum habere, ſuis propriis ſumtibus: quibus, videlicet tàm Cuſtumariis, quàm Tronario, debet idem Clericus Coketæ, eſſe contra-rotulator.

DE PRISIS CAPIENDIS.

CAP. 40.

David.2.in ſuo parliamẽto 1366. *Infr.h.tit.c.48.§2.* ITem,ſtatutum eſt, quòd nihil capiatur à Communitatibus ad vſus Regis ſine promta ſolutione.

2. Nec etiam aliqua capiantur ad priſam: niſi vbi, & ſecundum quod fieri conſuevit.

3. Et debet fieri infra tempus conſuetum & debitum, ſolutio promta & debita eiſdem.

DE JVSTITIA ÆQVABILITER ADminiſtranda,& de reſcriptis Regis. CAP. 41.

IN Parliamento ad inſtantiam trium communitatum, per Regem expreſſè conceſſum & publicè proclamatum; Quòd vnicuique

vnicuique fiat communis juſtitia, ſine favore cuiquam faciendo, & abſque exceptione cujuſcunque perſonæ.

Stat.1.Rob.I.c.2.

2. Et quòd literæ, quæ emanaverint de Capella Regis, aut aliâs per alios miniſtros, quibus incumbit facere juſtitiam, pro juſtitia facienda, non revocentur per quaſcunque alias literas, ſub quocunque ſigillo. Sed quòd liceat miniſtris ſeu judicibus, quibus tales literæ deſtinentur, ipſis non obſtantibus, juſtitiam facere, ac ipſas remittere indorſatas.

DE LIBERTATE ECCLESIAE.

CAP. 42

STatuit Dominus Rex, quòd viri Eccleſiaſtici & terræ ſuæ elee-moſynatæ, gaudeant ſuis libertatibus, & privilegiis.

Stat.1.Rob.I.c.1.

2. Et quòd nulla alia onera, vel impoſitiones ſint eis impoſitæ, vltra onera in Parliamento conceſſa.

Vid.acta parliam̃ verb.S.rneres.

3. Et ſi qui ſint impeditores aſſedationis decimarum: quòd coërceantur per Regem ad querelam ipſorum, qui in hoc gravati fuerint. Sic quòd ſuis decimis poſſint pacificè, & cum integritate gaudere; ſub pœna excommunicationis quo ad Clerum; & decem librarum penes Regem.

PER PASTVRAM, EQVORVM, REGIS *ſubditi non debent opprimi.*

CAP. 43.

STatutum eſt, quòd non mittantur aliqui cum equis ad hyemandum cum Religioſis, Rectoribus, Vicariis, aut Husbandis.

2. Nec aliqui cum quibuſcunque equis, mittantur in patriam, qui conſumant bona, blada, vel prata Husbandorum, vel aliorum. Aut aliquis hoc facere præſumat, ſub pœna quæ pro hujuſmodi debet infligi, pro quantitate delicti, & qualitate perſonæ.

DE REMISSIONIBVS CRIMINVM PER *Regem conceſſis.*

CAP. 44.

ITem, ſtatutum eſt, quòd remiſſiones Regis conceſſæ vel concedendæ, pro quibuſcunque trangreſſionibus, ſint caſſæ, & nullæ

Lib.4.c.17. Inſt.h.t.c.50.

nullæ: niſi ſatisfiat parti, infra annum, à data earundem.

2. Niſi fortè manifeſtè ſteterit per illos quorum intereſt: & de hoc, illi quibus conceſſæ fuerunt remiſſiones hujuſmodi, fecerint ſufficienter doceri.

DE ITER FACIENTIBVS PER REGNVM. CAP. 45.

ma. will. c. 18. Jac. 1. parl. 1. c. 5 Jac. 5. parl. 4. c. 27.

ITem, quòd nullus Prælatus, Comes, vel Baro, vel alius cujuſcunque conditionis exiſtat, Eccleſiaſticus, vel ſecularis, equitet cum majore familia in perſonis vel equis, quàm deceat ſtatum ſuum, ad deſtructionem patriæ.

2. Et nullus ducat ſecum lanceatos, vel Arci-tenentes, equitando per patriam;

3. Niſi cauſa rationabilis exiſtat, de qua miniſtris Regis ſuper hoc quæſtionem moventibus, fidem facere teneantur: ſub pœna incarcerationis corporum eorundem.

DE FABRICATIONE NOVAE MONETAE CAP. 46.

David 2. in ſuo parliamento. 1367

PRopter raritatem pecuniæ de argento ad præſens in regno noſtro, per tres communitates in Parliamento noſtro, quo ad fabricationem monêtæ, exſtat per modum qui ſequitur ordinatum.

2. Videlicet, quòd libra argenti minuatur in pondere decem denariis ponderis, ſic ſcilicet, quòd de libra ponderis jam fiant viginti novem ſolidi, & quatuor denarii numerales.

3. De quibus percipientur ad vſum noſtrum ſeptem denarii.

4. Et habeat cuſtos monêtæ, pro ſuo labore, vnum denarium.

5. Et magiſter monêtarius pro ſe, & ſuis operariis, ac cæteris omnibus quæ ſibi facienda & ſubeunda incumbunt, vndecim denarios.

6. Et ſic percipiendi remaneant de libra ponderis viginti ſeptem ſolidi, & novem denarii.

7. Et ipſa monêta fabricanda ſit, de adeò bona & pura materia, ſicut monêta nunc facta in regno *Angliæ*: ſive ſicut illa, quæ in regno noſtro, vltimò ordinata fuit fieri, ante ordinationem præſentem.

SOLI

Digitized by Google

SOLI CONSILIARII ELECTI DEBENT *intereſſe concilio Regis.*

CAP. 47.

ORdinatum eſt, quòd nullus cujuſcunque conditionis fuerit, gradus præeminentiæ ſive ſtatus, alium ſecum quemcunque, ad concilium; vel in concilio Regis, ſibi conſiliarium, vel aſſeſſorem ſecum inducet: niſi illas duntaxat perſonas, quæ per concilium ſunt electæ, & per communitates. Stat. Rob. 2. c. 16.

DE MODO CAPIENDI PRISAS.

CAP. 48.

ITem ordinatum eſt, quòd ex-nunc & impoſterum omnes captiones, & omnia quæ capientur ad expenſas Regis, ligitimè & debitè perſolventur.

2. Et capientur omnia capienda, ſecundum conſuetudines antiquitùs approbatas, & de terris illis, de quibus priſæ Regis & ſervitia debent ſumi.

3. Et quòd in hujuſmodi captionibus ſeu providentiis faciendis, non fiet taxatio juxta numerum davatarum, ſeu Baroniarum: Sed ſecundum verum valorem bonorum.

DE CVSTVMA MONETAE, EQVORVM *boum, vaccarum, extra regnum aſportatorum.*

CAP. 49.

ORdinatum eſt & deliberatum, quòd nullus intraneus vel extraneus cujuſcunque conditionis, ſtatus vel gradus fuerit, aſportet monêtam aliquam auri vel argenti extra regnum:

2. Præter moderatas expenſas illorum, quibus licebit â regno tranſire.

3. Niſi ſolvat de libra quadraginta denarios ad Cuſtumam Regis.

4. Et quicunque equos emerit abducendos: de qualibet libra pretii equi, ſolvet quadraginta denarios;

5. De bove, vel vacca emtis duodecim denarios, ſine remiſſione aut aliqua diminutione, cuiquam facienda.

6. De qua Cuſtuma, Vice-comites, & Ballivi burgorum, ſeu Cuſtumarii ad Scaccarium in ſuis computis onerentur.

7. Et quia istud est à longo statutum, & similiter in Scaccario vltimo tento renovatum: mandandum est in scriptis, Vicecomitibus, ac Ballivis, seu Custumariis burgorum, qui de mandato Camerarii in dicta custuma levanda intromiserunt: quòd compellant quàm citò poterunt apprehendi, omnes illos & singulos, qui præfatam custumam non solverunt, aliquo tempore retro-acto, à tempore constitutionis inde factæ: ad ipsius solutionem plenariè faciendam: secundum quòd melius verificari poterit, de quantitate pecuniæ asportatæ.

8, Et si quis inventus fuerit cum pecunia asportanda, & concelaverit ipsam: solvet de quolibet denario custumæ inde debitæ, viginti solidos Sterlingorum.

9. Et est insuper ordinatum, quòd super asportatione pecuniæ non custumatæ; & concelatione Custumæ, tàm pecuniæ quàm equorum, & aliorum animalium emtorum, indictamenta capiantur, & fiat inde calumnia per Justiciarium, videlicet quantum ad commorantes infra regnum.

10. Si quis tamen extraneus pecuniam apportaverit in regnum; quam probare poterit se portasse de regno alio: illam tantùm reportare poterit liberè, sine solutione custumæ.

REMISSIONES PRO VOLVNtario homicidio negantur.

Cap. 50.

vid. supr. h. tit. c. 44.
[a] *i. In locis.*

NVllus impetraturus remissionem pro homicidio, de-cætero audietur, nisi factâ priùs inquisitione, in [a] partibus vbi homicîdium committitur: & per personas non suspectas, de modo & qualitate facti.

2. Sic quòd ipsâ inquisitione retornatâ, seu reportatâ, si possit notificari, quòd factum fuit per *Murther*, vel præcogitatam malitiam: concessit Rex, quòd pro hujusmodi homicîdio, remissionem non concedet ad instantiam cujuscunque personæ: nisi tantum ex consilii generalis deliberatione communi, si eis visum fuerit pro communi vtilitate expedientiùs faciendum.

3. De aliis autem, si quæ, quòd absit, contigerint; se avisabit

cum

Digitized by Google

cum bono consilio suo, & faciet quod potiùs videbitur expedire.

DE RECORDA SVMMONITIONIS PER *Serjandos facienda.*

CAP. 51.

DE recorda Serjandorum seu Mari, statutum est, quòd summonitio redigatur in scriptis, si Serjando seu Maro placuerit: & legatur per ipsum in Curia, si sciat legere.

2. Alioqui fiat recorda verbo, per eum provt sciverit facere.

3. Et si quatenus defecerit, suppleatur per judicis interrogatoria: interrogando eum, de singulis punctis & articulis consuetis interrogari in summonitionis recorda.

4. Quæ omnia probare tenebitur Serjandus seu Marus, per testes legitimos.

5. Sic tamen quòd nulla exceptio competat parti contra recordam Serjandi seu Mari, propter defectum recordæ sic factæ.

6. Et quòd liceat tàm Vice-comiti, quàm ejus locum tenenti, & Serjando seu Maro de feudo, & alii constituto, seu ministranti in officio Serjandi seu Mari, auctoritate Regiâ, & alterius ad hoc potestatem habentis, de consuetudine vel de jure, summonitiones & recordas facere: dum tamen sint personæ [a] habiles, quæ fecerint hujusmodi summonitiones, vel recordas.

Lib. 1. c. 6. 3. Quon. Attach. c. 56.

[a] *Hujusmodi personæ vulgò dicuntur* Schiress in that part. *Vice-comites in hac parte.*

PRISAE POSSVNT LEVARI DE OMNIbus partibus regni.

CAP. 52.

ITem, ad relevandum partes inferiores regni, in quibus lanæ currunt, & quæ per custumam earum gravantur: vt aliæ partes istis, in servitiis & oneribus exsequentur; ordinatum est, quòd certæ summæ victualium quæ abundant in partibus illis superioribus (vt martæ, hordeum, & hujusmodi) secundum dispositionem Camerarii, leventur per annum, ad expensas domus Domini nostri Regis, secundum prisas ibidem antiquitùs consuetas.

2. Vel alias Dominus noſter Rex velit, illuc cum ſua Curia perſonaliter accedere: & moram trahere certis temporibus opportunis; illas partes debitè onerando, & alias relevando in tantum, vt partes iſtæ illis inferioribus, in oneribus & ſervitiis parificentur.

3. Sunt autem illæ partes, *Kintyre*, *knapdale*, *Arane*, *Dominia Johannis de Inſulis*, *Johannis de Lorne*, *Gilleſpec Campbell.*

Annotatio.

Triſa.

Ver. 1 Secundum priſas] *Priſe, verbum Gallicum; captiones ſunt res mobiles, veluti carnes, aliaque eſculenta, et poculenta; quæ certo pretio limitato, infra valorem communis pretij, inferuntur ab agricolis et alijs, ad vſum et ſuſtentationem domus Regiæ, aut caſtellorum. Levantur autem ab omnibus partibus Regni, vt hoc in loco &* Suprà.c.40.c.48.leg.Burg. c.50. *vulgò*, the kings priſes, or prices. *Et qui his præſunt apud Anglos*, purveyours, *apud nos* Catouris *dici ſolent. Sed apud nos jamdudum in vſu eſſe deſierunt, tametſi quedam reliquiæ priſarum, de pretio vini, & quarundam aliarum rerum in vſum Regis emtarum, adhuc remanent.*

IN MY DEFENCE, GOD ME DEFEND.

STATVTA ROBERTI SECVNDI.

PARLIAMENTVM DOMINI REGIS *ROBERTI* SECVNDI, tentum apud *Sconam* 2. die *Maii.* 1372.

ANNOTATIO.

Statuta Roberti Secundi] *Robertus ejus nominis secundus, & ex gente Stuardorum primus Rex, nepos Roberti.* 1. *ex* Waltero Stuardo & Marjoria Bruise *sorore consanguinea* Davidis 2. *natus, coronatus fuit* 26. Martii Anno Domi. 1371. *moritur* 17. Aprilis 1390.

SOLI CONSILIARII DEBENT Inter-esse consilio Regis. CAP. I.

PRIMO ET PRINCIPALITER ordinatum est, quòd nullus electus ad consilium cujuscunque conditionis, gradus, præeminentiæ sive status, alium non electum, secum ad consilium seu in consilio Regis, sibi consiliarium vel assessorem, aut alia de causa adducat. David. 2. c. 47.

VICE-COMES, ET ALII MINISTRI legis, non debent partem debiti, a creditoribus extorquere. CAP. 2.

Crimen concussionis de quo in l. 1. et tot tit. ff. de cõcussion.

NVllus Vice-comes, Ballivus, Serjandus, vel Marus, audeat seu præsumat mendicare, vel aliquid remitti petere, per se vel per alium, aliquo modo à patriam inhabitantibus, de summis, vel debitis per solvendis eisdem.

INQVISITIO DEBET FIERI DE HOmicidio sit ne voluntarium, an casuale. CAP. 3.

Iac. 1. parl. 6. c. 95. c. 96 Exod. c. 21. 13.

STatutum & ordinatum est, de consensu & assensu trium communitatum, quòd cùm plura homicidia perpetrata fuerunt ante tempus Parliamenti: quòdque justitia quo ad hujusmodi homicidia per regni consuetudines, de ipsis homicîdis tàm citò fieri non potuit, sicuti expediret pro vtilitate communi: Rex[a] ex-nunc potest, & debet facere cognosci per assisam, si homicidium fuit perpetratum ex certo & deliberato proposito, videlicet, per *forethochtfelonie*, sive *Murther*: vel ex calore iracundiæ, videlicet, *chaud-melle*.

[a] 1. *In posterũ, sive tempore futuro.*

Ea dicuntur in cõtinente fieri, quæ fiunt ab aliquo antequám ad actus extraneos deveniat l. Reos. §. cùm duo Rei ff. de Duob. Reis stipul.

2. Et si compertum fuerit per assisam, ipsum homicidium perpetratum fuisse per *forethochtfelonie*, vel per *Murther*: in continenti facienda est justitia.

3. Si verò per *chaud-melle* fuerit perpetratum: homicîda habebit dilationes & defensiones legitimas, & debitas per leges regni, & consuetudines hactenus approbatas.

4. Et hæc omnia locum habent & habebunt, vbi homicidium est notorium; & de homicîda notoriè potest constare.

HOMICIDA FVGITIVVS POTEST banniri. CAP. 4.

Ita. 3. parl. 6. c. 42. parl. 13. c. 100. vide lac. 1. parl. c. 96.

IN casu quo committens homicidium per *forethochtfelonie*, vel *Murther*, non poterit apprehendi, sed est fortè fugitivus: fiat publica proclamatio per Vice-comitem ad capitale manerium Regis, quod talis homicîda exhibeat se, & præsentet coràm vice-comite, aut alio ad hoc deputato per Regem, infra quadraginta dies à tempore homicidii perpetrati.

Digitized by Google

2. Ad faciendum cognoſci per aſſiſam, an homicidium fuit perpetratum per *Murther* ſeu per *forethothtfelonie*.

3. Alioqui ſi non compareat: ex-tunc ſit perpetuò bannitus, & exſul.

4. Et ipſius bona ſint confiſcata in vſus Regis, vel Baronis, cui bona talia, tanquam eſchæta, debentur.

5. Et terræ, ſi quas habuerit, pro tempore vitæ ſuæ, ſint confiſcatæ & applicatæ in vſus Regis, vel Baronis, cui per leges regni hactenus approbatas, debentur.

DE HOMICIDIO INFRA BARONIAM vel regalitatem commiſſo.

CAP. 5.

PRæmiſſa omnia fiant, per miniſtros regalitatum & Baroniarum, ſicut per miniſtros Regis, quando, & quoties, homicidium infra regalitatem, vel Baroniam perpetrari contigerit. Alioqui per miniſtros Regis, in eorum defectu. Iac. 1. parl. 6. c. 91. c. 91.

DE HOMICIDIO PER CHAVD-MELLE commiſſo.

CAP. 6.

ITem, ſtatutum fuit, quòd omnes homicîdæ qui fuerint proſecuti & calumniati de commiſſo homicidio per *chaud-melle*, ex parte auſtrali aquæ de *forth*, non ſint audiendi vltra ſeptimum diem litis incœptæ. Nec ex parte boreali aquæ ejuſdem, vltra quartum diem litis motæ, proponendo exceptiones dilatorias & frivolas: ſed ſtatim ipſis exceptionibus dilatoriis & frivolis omiſſis, procedendum eſt in lite. Exod. c. 21, 13.

LEGES EXTENDVNTVR TANTVM ad futura. CAP. 7.

ORdinatum fuit & ſtatutum, quòd ad futura ſolummodò extendant præmiſſa ſtatuta: & non ad præterita, nec ad pendentia: ſed quòd in ipſis præteritis & pendentibus, locum habeant leges & conſuetudines hactenus approbatæ.

DE

DE HOMICIDIIS PERPETRATIS *ante dictum Parliamentum.*

CAP. 8.

ITem, ſtatutum fuit de illis qui homicîdia commiſerint ante tempus hujus Parliamenti ſive ſtatuti; quòd ſi infra quadraginta dies à tempore proclamationis ipſius ſtatuti, ſe exhibuerint & præſentaverint juri communi: tractandi ſunt & erunt, ſecundum antiquas leges regni hactenùs approbatas.

2. Si verò ſe exhibere vel præſentare noluerint; aut fortè juri communi ſtare recuſaverint; ex-tunc incident in pœnas ſupradicti ſtatuti: & per confiſcationem rerum & terrarum puniendi ſunt, vt ſupra.

DE HOMICIDA AD ASYLVM *confugiente.*

CAP. 9.

ITem, quoties homicîda aſſumſerit immunitatem Eccleſiæ: monendus eſt & requirendus eſt, vt ſupra, vt exeat & ſe exhibeat juri; ad cognoſcendum ſi per *Murther* ſive per *forethochtfelonie* fuit homicîdium perpetratum.

2. Si verò ſic requiſitus & monitus, ſe exhibere vel præſentare noluerit: tanquam de *Murther* & *forethochtfelonie* convictus, banniendus & exſulandus, ex-tunc perpetuò: Servatâ ſibi immunitate Eccleſiæ, quam aſſumſit.

Stat. wilh.c.9. Stat. Alex.c.6. Al. non ſervata vid. Iac. 3. parl. 5. c. 35. Iac. 5. parl. 4. c. 33.

3. Si verò ſe exhibuerit & præſentaverit communi juri & Juſtitiæ: & compertum fuerit per aſſiſam, quòd per *chaud-melle* fuit homicîdium perpetratum: reſtituendus eſt immunitati Eccleſiæ, ſicut priùs.

4. Et de hoc debebit Vice-comitem ipſum aſſecurare, antequàm de immunitate exierit, quam aſſumſit.

DE HIS QVI HOMICIDAS RECEPTANT

CAP. 10.

ITem, ſi aliquis fuerit de receptatione homicîdæ irretitus: miniſtri Regis habebunt de hoc ab ipſo veritatem inquirere.

2. Et ſi fateatur receptationem homicîdæ: cavebit, & ſecu-
ritatem inveniet ſufficientem, quòd, non erit ampliùs homicîdæ
eptator.

3. Et

3. Et quòd ſuam diligentiam & poſſe, ponet diligenter pro homicîda arreſtando, ſi poteſt.

4. Et quòd requiſitus, laborabit per ſe, vel per alium, cum miniſtris Regis vel Baronis, pro ipſo arreſtando.

5. Si verò negaverit ſe eſſe receptatorem homicîdæ; nihilominùs requiſitus per miniſtros Regis vel Baronis, apponet diligentiam pro poſſe, vt ſuprà.

6. Si verò vehemens ſuſpicio circa hoc habeatur de aliquo; debet per miniſtros Regis, vel Baronis arreſtari & liberari ſub ſecuris plegiis. Vel ſi hæreditatem habet notabilem liberetur, ad proprium plegium, de comparendo, & ſtando juri communi, quando, vbi & coràm quo, de hoc citiùs cognoſci poterit meliùs, in Curia videlicet, Baronis, Vice-comitis Juſtitiarii, aut in Parliamento Regis.

Iac. 1. parl. 2. c. 17. Iac. 5. parl. 7. c. 97. Malc. 2. c. 10. Stat. wilh. c. 7.

7. Si quis fuerit receptator homicîdæ notorius; & de hoc convictus fuerit per miniſtros Regis: debet puniri, ſicut de homicîda ſuperiùs eſt expreſſum; quoad bona confiſcanda, & terras tempore vitæ ſuæ.

DE MVTILATIONE, ET VVLNERATIONE CAP. II.

Robertus 2. apud Monaſteriũ Sãctæ Crucis de Edinburgh mẽſe Novẽbri; Anno regni ſui 14. hæc ſtatuta edidit.

SI aliquis aliquem mutilaverit, vulneraverit ſeu verberaverit ex præcogitata malitia: & pars læſa ipſum ſuper hoc proſequi voluerit coràm judice, vel per ſectam, vel per querelam; tunc fiet & deducetur contra talem, talis proceſſus qualis ordinatus eſt, quo ad homicîdam, quoúſque pervenerit ad diem peremtorium; qua die patietur aſſiſam. Et ſi per eam, ſuper hoc convictus fuerit, erit redemtus à judice: & ſecundum diſcretionem judicis, ſatisfaciet parti læſæ.

2. Et ſi non fuerit perſecutus (accuſatus) à parte læſa, erit indictatus de facto: comparebit coràm Juſtitiario iter tenente, & tunc patietur aſſiſam, ſine dilationibus & eſſoniis. Et ſi convictus fuerit, redimet vitam ſuam, & ſatisfaciet parti læſæ.

DE KATHERANIS i. IMPROBIS FVribus, ſeu raptoribus. CAP. 12.

ETiam ſtatutum & ordinatum eſt, quòd nullus tranſibit per patriam, in quibuſcunque partibus regni, in *Katheranatu.*

Et

Et qui tranſierint vt *Katherani*, comedendo patriam, & conſumendo bona comitatuum (incolarum) & capiendo per vim & violentiam, bona & victualia (niſi aut emerint, aut aliqui eis ſponte dare voluerint) Rex mandat & præcipit fidelibus ſuis, quòd ipſos *Katheranos* ſic rapientes arreſtent, & ad ſuos (ejus) miniſtros deducant; quibus etiam præcipit, quòd de ipſis juſtitiam faciant; tanquam exſulibus, in continenti.

2. Et ſi arreſtari noluerint, & fortè interfecti ſint reſiſtendo: interfectores hujuſmodi, erunt immunes penitus, & indemnes

3. Et quicunque Domini infra regnum in cujus Dominio vel cuſtôdia, tales *Katherani* fuerint converſantes ſive vagantes; facient totam diligentiam ſuam fidelem, ad faciendum ipſos arreſtari: & de ipſis incontinenti plenam facient juſtitiam, vt dictum eſt.

Lac. 2. parl. 5. c. 98. Cum ſequent.

4. Et ſi contingat, quòd Rex, vel habens poteſtatem regiminis legis ſub Rege, habuerit ſuſpicionem de aliquo Domino; vel ſi querela de eo ſibi fiat, quòd ad hoc non fecerit ſuam diligentiam, vt dictum eſt: Rex vel præfatus poteſtatem habens, vocabit ipſum Dominum ad ſuam præſentiam, ad comparendum coram ipſo, ad certum locum & tempus; & ipſe ibi patietur aſſiſam. Et ſi convictus fuerit, erit privatus officio, ſi quod habuerit à Rege, cum vituperio quod incumbet.

Annotatio.

Ver. 1. Katherani] *Verbum Hybernicum: Nunc vulgò, dicuntur* Sorners, Sojorners. *Et erant Montani & Hyberni qui in inferiores partes regni gregatim deſcendere ſoliti, prædas agebant, & incolis, eorumque bonis, vim inferebant.*

OFFICIARII REGIS EXAMINARI ET puniri poſſunt, ſuper exſecutione ſuorum officiorum.

Cap. 13.

IN omnibus & ſingulis punctis prænominatis concernentibus officium juſtitiariorum, Vice-comitum, & aliorum miniſtrorum, ipſi miniſtri ſtabunt ad calumniam Regis, vel habentis poteſtatem à Rege. Et patientur aſſiſam coram ipſo, ſuper exſecutione ſuorum officiorum quoad puncta prædicta, quotieſcunque de ipſorum aliquo, ſuſpicionem habuerit, aut querela fuerit ſibi facta. Et ſi per aſſiſam convictus fuerit, privabitur ſuo officio

officio. Et præterea sustinebit pœnam sibi infligendam, per Regem vel per ejus potestatem habentem, & consilium, secundum quantitatem & qualitatem delicti.

DOMINI, ET BALLIVI REGALITATVM *puniuntur a Rege,*

Cap. 14.

ITem, statutum & concordatum fuit vnanimiter, quòd, omnia & singula suprascripta extendantur ad regalitates & libertates tàm Ecclesiasticas, quàm alias: & in illis pariter per omnia observentur. Et super hoc, habentes hujusmodi regalitates & libertates, erunt ad calumniam Regis vel ejus potestatem habentis, vt jam dictum est de aliis. Et ita Vice-comites, & Ballivi regalitatum, calumniam patientur coram Justitiario, si fecerint debitam diligentiam suam, super ista statuta; & inde subibunt assisam. Et si inventi fuerint culpabiles seu remissi, aut negligentes in hoc: terra ipsorum & omnia bona, erunt eschetæ Regi, seu Domino regalitatis. Et vita eorum erit in voluntate Regis, seu in voluntate Dominorum regalitatis.

2. Et in casu quòd Domini regalitatum, non fecerint debitum suum in puniendo Ballivos suos, qui inventi fuerint, vt prædicitur, culpabiles, ipsi Domini regalitatum patientur calumniam coram Rege, super amissione terrarum suarum, & privilegiorum regalitatis.

DE MALEFACTORE FVGITIVO

Cap. 15.

CVm aliquis accusatus de aliqua caussa criminali subtraxerit se à suo Vice-comite ad alium; ille Vice-comes in cujus Vice-comitatu manebat, diriget literas suas alteri Vice-comiti, notificando sibi de tali malefactore: & ille alter Vice-comes faciet ipsum citari per Serjandum suum cum testibus, quòd compareat in alio Vice-comitatu Vice-comiti, ad certum diem assignatum, ad standum declarationi assisæ: quòd si non fecerit statim transacto termino capietur per ministros Regis, & punietur tanquam convictus de caussa criminali. Et si fugitivus fuerit: erit exsul ad cornu: & vbicunque inventus fuerit, punietur pœnâ statutâ de jure. Supr. c. 4. h. t.

MALE-

MALEFACTORES DEBENT CITARI VT in jus veniant, ſi fuerint contumaces, declarantur rebelles.

CAP. 16.

STatutum eſt, quòd capiatur inquiſitio in quolibet comitatu, & in qualibet regalitate totius regni; & nomina tranſgreſſorum, ſeu malefactorum redigantur in ſcriptis: Et tunc Vicecomites & Ballivi regalitatis, facient publicè proclamari in principalibus locis Vice-comitatuum ſeu regalitatum, in proximo die fori, poſt dictam inquiſitionem, vel apud Eccleſias Parochiales ſeu in aliis locis communibus, vbi major fuerit populi confluentia; vt prædicti tranſgreſſores nominati in inquiſitione, veniant infra quadraginta dies, dictam proclamationem immediatè ſequentes: Et obligent ſe ſtare juri, ad certum diem peremtorium, coram dictis officiariis Regis vel regalitatum. Et qui noluerit venire infra prædictum tempus, & offerre ſe juri, ſicut prædictum eſt, infra quadraginta dies, poſt exitum prædictorum quadraginta dierum, erit ad cornu Regis, ſine remiſſione; & proclamabitur ad cornu, per Vice-comitem.

PROMISSIO REGIS, EJVS LOCVM TENENTIS, & juramentum trium regni Statuum, de legibus & ſtatutis obſervandis.

CAP. 17.

ADhæc omnia & ſingula ſervanda, fideliter & plenariè perimplenda, Rex in ſuo concilio, quantum ad ipſum pertinet, ſe in verbo regio obligavit.

[a] *Robertus. 3. pater Iacobi primi.*

2. Et Dominus [a] Comes de *Carrik*, à Rege ad præmiſſa exſequenda conſtitutus, quantum ad ipſum pertinet, in propria perſona, tactis ſanctis Eu-angeliis ſuum præſtitit juramentum.

3. Et etiam omnes & ſinguli Prælati, Prælatorum procuratores, & alii de Clero.

4. Comites, Barones, & Burgenſes, qui interfuerunt, ad ſervanda omnia, & ſingula prædicta, quantum in eis fuerit, & ad manu-tenendum, fortificandum & ſuffulciendum, dictum Dominum Comitem de *Carrik* ſub Rege, ad legis regimen, & completionem Juſtitiæ conſtitutum, juramenta ſua tactis ſacroſanctis Eu-angeliis, perſonaliter præſtiterunt.

Digitized by Google

IN MY DEFENCE, GOD ME DEFEND.

ACTA PARLIAMENTI ROBERTI TERTII.

PARLIAMENTVM Domini noſtri ROBERTI TERTII, Scotorum Regis illuſtriſſimi, Tentum apud Sconam Die lunæ, vicesimo primo Februarii: Anno gratiæ Milleſimo, quadringentesimo, regni ſui vndecimo, cum continuatione dierum ſubſequentium: ſummonitis & ibidem vocatis more ſolito, Epiſcopis, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Boronibus, libere-tenentibus, & Burgenſibus, qui de Domino noſtro Rege tenent in capite.

Robertus 3. aliàs dictus Iohānes, filius Roberti 2. ex familia Stuardorū, nepos Walteri magni Scotiæ Seneſcalli mariti Marjoriæ Bruiſe, filiæ Roberti 1. Cœpit regnare Anno Mundi. 5360, *An. Chriſti.* 1390. *Regnavit Ann. 16.*

DE BREVI INQVISITIONIS, & retornato.

CAP. 1.

IN DICTO PARLIAMENTO pro eo quòd per inquiſitiones favorabiliter, & per ignorantes perſonas captas, quàm plurimi Regis ligii in ſuis feudis & hæreditatibus, multinodè & injuſtè vexantur: ſtatutum eſt, quòd nullus Vice-comes aut miniſter Regis, exſecutionem alicujus Brevis inquiſitionis fieri faciat; niſi in ſua plena Curia, per magis idoneos & digniores Balliæ ſuæ.

2. Sub præmonitione quindecim dierum, ad hoc ſummonitos & vocatos.

Iac.4.parl.5.c. 9.4 [a] *i. niſi magis idonei et digniores Ballie qui ſunt auctores retornationis, deponent.*

3. Et quòd Cancellarius de-cæterò, ſaiſinam alicujus retornationis non det, niſi [a] deponent pro ipſo, qui dictam inquiſitionem impetravit, quòd dictæ terræ, vel tenen enta in eadem contenta, exiſtant in manibus Domini Regis, vel alterius Domini ſuperioris, per mortem illius, cujus hæredem, impetrator Brevis ſe clamat vel dicit.

4. Et quòd dicta retornatio, ſigillis quorundam fide dignorum, in dicta inquiſitione exiſtentium, vnà cum ſigillo Vicecomitis, ſit ſigillata.

5. Statutum eſt etiam, quòd quilibet Baro vel alius tenens de Rege, habeat ſigillum proprium ad ſervien dum Regi, vt de jure tenetur. Iac.1.parl.3.c.130.

6. Et qui non habuerit, incidet in amerciamentum Regis ſine remiſsione, per indictamentum coram juſtitiario.

7. Et quòd ſigilla ſint, & non ſignêta; ſicut ante iſta tempora fieri conſuevit.

ANNOTATIO.

Ver. 1. Breve inquiſitionis] *vulgò*, the brieve of Inquieſt, *idem ferè eſt quòd Breve de morte anteceſſoris, per quod quis petit per aſsiſam legalium hominum deſerviri & declarari hæres alicui ſuo anteceſſori, veluti patri, avo, fratri, vel generaliter, nullas petendo terras. Vel ſpecialiter, petendo terras ſibi aſsignari, in quibus ſuus prædeceſſor obiit vltimò veſtitus & ſaiſitus, vt de feudo.*

Ver. 3. Retornationis] *Retornationem voco, reſponſum eorum, qui aſsiſæ, & inquiſitioni interfuerunt, eorum ſigillis ſigillatum, quod retornatur & remittitur per judicem ad Cancellariam Regis, de omnibus articulis & punctis Regii Brevis, quòd ex Cancellaria, Vice-comiti, vel judici ordinario vel delegato, dirigitur in favorem ejus, qui petit hæreditatem paternam ſibi adjudicari: vel quandoq; contra eum, ſi veredictum aſsiſæ ſit negativum.*

Ver. 5. Sigillum proprium] *Sigillum debet eſſe proprium vel alienum, mutuò acceptum.* arg. l. ad teſtam. 12. ff. qui teſtamentum fac. poſſ. *quod etiam communi vſu receptum eſt.*

DE RECOGNITIONE TERRARVM tempore & modo terras replegiandi.

CAP. 2.

ITem, quia per voluntarias, & occultas recognitiones terrarum factas per Dominos ſuperiores, quàm plures Regis ligii, in ſuis feudis & hæreditatibus perturbantur: Statutum eſt, quòd nec per Regem, nec alios quoſcunque Dominos

minos ſuperiores, fiat de-cætero de aliquibus terris recognitio aliqua, niſi aſſignetur tempore recognitionis debita & rationabilis cauſſa, quare hujuſmodi terræ, recognoſci debeant.

2. Et quòd nullus tenens, poſſeſſionem ſuam, pro tali recognitione amittat, vſque ad exitum vnius anni & vnius diei.

3. Ita tamen, quòd ſuam diligentiam apponat, terras ſuas recognitas, à Domino ſuo ſuperiore replegiare, infra quadraginta dies, dictam recognitionem ſequentes: ſi Dominum ſuum ſuperiorem invenire poſſit.

4. Quẽ ſi invenire non poſſit, tranſeat ad capitalem locũ Domini, cum ſufficiente teſtimonio; offerendo ſe paratũ, dicto Domino ſuperiori ſuo, de dictis terris hoc facere; quod de jure debet.

5. Et poſteà cùm ad præſentiam ſui ſuperioris Domini acceſſerit, ante exitum anni, & diei, prædictas terras ſuas,[a] ad plegium liberari petat.

[a] *i. Dato plegio et fide-juſſore, terras ſibi reſtitui petat.*

6. Inſuper ordinatum eſt, quòd quilibet Dominus ſuperior, recognitionem faciens; & quilibet tenens, terras ſuas in capitali loco petens ad plegium (vt præfertur) dictam recognitionem, & ad plegium petitionem; in proxima Eccleſia parochiali, die Dominico proximo, poſt recognitionem prædictam horâ concionis & divinarum precum, cùm parochiani fuerint congregati, manifeſtet in vulgari cauſſam, quare facta eſt recognitio.

7. Et hoc idem faciet & eodem modo, tenens qui tenementum ſic recognitum petit ad plegium, ſi ſibi à Domino ſuperiori ſuo denegetur, vel præſentiam Domini ſui habere non poterit, infra tempus præſcriptum.

DE VLTIMI FRATRIS HÆREDE INTERris ſuis de conquæſtu. CAP. 3.

ITem, penes ſtatutum antiquum de pluribus fratribus, & vltimo natu de coquæſtu terras habente, & ſine hærede de corpore ſuo decedente: Declaratum eſt & determinatum, quòd proximus ante natus ſuperior frater ejus, ad dictas terras, tanquam hæres legitimus, ſuccedet gradatim aſcendendo, pro-ut in dicto ſtatuto continetur.

De ſucceſſione medii fratris vid. Quon Attach. c. 88.

SVPERIORITAS NON POTEST ALIENARI ſine conſenſu vaſalli. CAP. 4.

ITem, penes conceſſiones factas per Regem, diverſis Baronibus, & aliis de ſuperioritate tenentium terras ſuas, de

2. Vel alias Dominus noſter Rex velit, illuc cum ſua Curia perſonaliter accedere: & moram trahere certis temporibus opportunis; illas partes debitè onerando, & alias relevando in tantum, vt partes iſtæ illis inferioribus, in oneribus & ſervitiis parificentur.

3. Sunt autem illæ partes, *Kintyre*, *knapdale*, *Arane*, *Dominia Johannis de Inſulis*, *Johannis de Lorne*, *Gilleſpec Campbell.*

Annotatio.

Triſæ.

Ver. 1 Secundum priſas] *Priſæ, verbum Gallicum; captiones ſunt res mobiles, veluti carnes, aliaque eſculenta, et poculenta; quæ certo pretio limitato, infra valorem communis pretij, inferuntur ab agricolis et alijs, ad vſum et ſuſtentationem domus Regiæ, aut caſtellorum. Levantur autem ab omnibus partibus Regni, vt hoc in loco &* Suprà. c. 40. c. 48. leg. Burg. c. 50. *vulgò*, the kings priſes, or prices. *Et qui his præſunt apud Anglos*, purveyours, *apud nos* Catouris *dici ſolent. Sed apud nos jamdudum in vſu eſſe deſierunt, tametſi quædam reliquiæ priſarum, de pretio vini, & quarundam aliarum rerum in vſum Regis emtarum, adhuc remanent.*



Digitized by Google

IN MY DEFENCE, GOD ME DEFEND.

STATVTA ROBERTI SECVNDI.

PARLIAMENTVM DOMINI REGIS *ROBERTI* SECVNDI,

tentum apud *Sconam*
2. die *Maii*. 1372.

ANNOTATIO.

Statuta Roberti Secundi] *Robertus ejus nominis ſecundus, & ex gente Stuardorum primus Rex, nepos Roberti* 1. *ex* Waltero Stuardo *&* Marjoria Bruiſe *ſorore conſanguinea* Davidis 2. *natus, coronatus fuit* 26. Martii Anno Domi. 1371. *moritur* 17. Aprilis 1390.

SOLI CONSILIARII DEBENT Inter-eſſe conſilio Regis.

CAP. 1.

PRIMO ET PRINCIPALITER ordinatum eſt, quòd nullus electus ad conſilium cujuſcunque conditionis, gradus, præeminentiæ ſive ſtatus, alium non electum, ſecum ad conſilium ſeu in conſilio Regis, ſibi conſiliarium vel aſſeſſorem, aut alia de cauſſa adducat. David. 2. c. 47.

VICE-COMES, ET ALII MINISTRI legis, non debent partem debiti, a creditoribus extorquere.

CAP. 2.

Crimen concussionis de quo in l. 1. et tot tit. ff. de cõcussion.

NVllus Vice-comes, Ballivus, Serjandus, vel Marus, audeat seu præsumat mendicare, vel aliquid remitti petere, per se vel per alium, aliquo modo à patriam inhabitantibus, de summis, vel debitis per solvendis eisdem.

INQVISITIO DEBET FIERI DE HOmicidio sit ne voluntarium, an casuale.

CAP. 3.

Iac. 1. parl. 6. c. 95. c. 96 Exod. c. 21. 13.

STatutum & ordinatum est, de consensu & assensu trium communitatum, quòd cùm plura homicidia perpetrata fuerunt ante tempus Parliamenti: quòdque justitia quo ad hujusmodi homicidia per regni consuetudines, de ipsis homicîdis tàm citò fieri non potuit, sicuti expediret pro vtilitate communi: Rex[a] ex-nunc potest, & debet facere cognosci per assisam, si homicidium fuit perpetratum ex certo & deliberato proposito, videlicet, per *forethochtfelonie*, sive *Murther*: vel ex calore iracundiæ, videlicet, *chaud-melle*.

[a] 1. *In posterũ, sive tempore futuro.*

Ea dicuntur in cõtinente fieri, quæ fiunt ab aliquo antequám ad actus extraneos deveniat l. Reos. §. cùm duo Rei ff. de Duob. Reis stipul.

2. Et si compertum fuerit per assisam, ipsum homicidium perpetratum fuisse per *forethochtfelonie*, vel per *Murther*: in continenti facienda est justitia.

3. Si verò per *chaud-melle* fuerit perpetratum: homicîda habebit dilationes & defensiones legitimas, & debitas per leges regni, & consuetudines hactenus approbatas.

4. Et hæc omnia locum habent & habebunt, vbi homicidium est notorium; & de homicîda notoriè potest constare.

HOMICIDA FVGITIVVS POTEST banniri. CAP. 4.

IN casu quo committens homicidium per *forethochtfelonie*, vel *Murther*, non poterit apprehendi, sed est fortè fugitivus: fiat publica proclamatio per Vice-comitem ad capitale manerium Regis, quod talis homicîda exhibeat se, & præsentet coràm vice-comite, aut alio ad hoc deputato per Regem, infra quadraginta dies à tempore homicidii perpetrati.

Ric. 3. parl. 6. c. 42. parl. 13. c. 100. vide ac. 1. parl. c. 96.

3. Ad

Digitized by Google

2. Ad faciendum cognoſci per aſſiſam, an homicidium fuit perpetratum per *Murther* ſeu per *forethothtfelonie*.

3. Alioqui ſi non compareat: ex-tunc ſit perpetuò bannitus, & exſul.

4. Et ipſius bona ſint confiſcata in vſus Regis, vel Baronis, cui bona talia, tanquam eſchæta, debentur.

5. Et terræ, ſi quas habuerit, pro tempore vitæ ſuæ, ſint confiſcatæ & applicatæ in vſus Regis, vel Baronis, cui per leges regni hactenus approbatas, debentur.

DE HOMICIDIO INFRA BARONIAM vel regalitatem commiſſo.

CAP. 5.

PRæmiſſa omnia fiant, per miniſtros regalitatum & Baroniarum, ſicut per miniſtros Regis, quando, & quoties, homicidium infra regalitatem, vel Baroniam perpetrari contigerit. Alioqui per miniſtros Regis, in eorum defectu. Iac. 1. parl. 6. c. 91. c. 91.

DE HOMICIDIO PER CHAVD-MELLE commiſſo.

CAP. 6.

ITem, ſtatutum fuit, quòd omnes homicîdæ qui fuerint proſecuti & calumniati de commiſſo homicidio per *chaud-melle*, ex parte auſtrali aquæ de *forth*, non ſint audiendi vltra ſeptimum diem litis incœptæ. Nec ex parte boreali aquæ ejuſdem, vltra quartum diem litis motæ, proponendo exceptiones dilatorias & frivolas: ſed ſtatim ipſis exceptionibus dilatoriis & frivolis omiſſis, procedendum eſt in lite. Exod. c. 22. 18.

LEGES EXTENDVNTVR TANTVM ad futura. CAP. 7.

ORdinatum fuit & ſtatutum, quòd ad futura ſolummodò extendant præmiſſa ſtatuta: & non ad præterita, nec ad pendentia: ſed quòd in ipſis præteritis & pendentibus, locum habeant leges & conſuetudines hactenus approbatæ.

DE

Statuta.

DE HOMICIDIIS PERPETRATIS ante dictum Parliamentum.

CAP. 8.

ITem, ſtatutum fuit de illis qui homicîdia commiſerint ante tempus hujus Parliamenti ſive ſtatuti; quòd ſi infra quadraginta dies à tempore proclamationis ipſius ſtatuti, ſe exhibuerint & præſentaverint juri communi: tractandi ſunt & erunt, ſecundum antiquas leges regni hactenùs approbatas.

2. Si verò ſe exhibere vel præſentare noluerint; aut fortè juri communi ſtare recuſaverint; ex-tunc incident in pœnas ſupradicti ſtatuti: & per confiſcationem rerum & terrarum puniendi ſunt, vt ſupra.

DE HOMICIDA AD ASYLVM confugiente.

CAP. 9.

ITem, quoties homicîda aſſumſerit immunitatem Eccleſiæ: monendus eſt & requirendus eſt, vt ſupra, vt exeat & ſe exhibeat juri; ad cognoſcendum ſi per *Murther* ſive per *forethochtfelonie* fuit homicîdium perpetratum.

2. Si verò ſic requiſitus & monitus, ſe exhibere vel præſentare noluerit: tanquam de *Murther* & *forethochtfelonie* convictus, banniendus & exſulandus, ex-tunc perpetuò: Servatâ ſibi immunitate Eccleſiæ, quam aſſumſit.

Stat. wilh. c. 7. Stat. Alex. c. 6. Al. non ſervata vid. Tit. 3. parl. 5. c. 35. Tit. 5. parl. 4. c. 22.

3. Si verò ſe exhibuerit & præſentaverit communi juri & Juſtitiæ: & compertum fuerit per aſſiſam, quòd per *chaud-melle* fuit homicîdium perpetratum: reſtituendus eſt immunitati Eccleſiæ, ſicut priùs.

4. Et de hoc debebit Vice-comitem ipſum aſſecurare, antequàm de immunitate exierit, quam aſſumſit.

DE HIS QVI HOMICIDAS RECEPTANT

CAP. 10.

ITem, ſi aliquis fuerit de receptatione homicîdæ irretitus: miniſtri Regis habebunt de hoc ab ipſo veritatem inquirere.

2. Et ſi fateatur receptationem homicîdæ: cavebit, & ſecuritatem inveniet ſufficientem, quòd, non erit ampliùs homicîdæ receptator.

3. Et

Digitized by Google

3. Et quòd ſuam diligentiam & poſſe, ponet diligenter pro homicîda arreſtando, ſi poteſt.

4. Et quòd requiſitus, laborabit per ſe, vel per alium, cum miniſtris Regis vel Baronis, pro ipſo arreſtando.

5. Si verò negaverit ſe eſſe receptatorem homicîdæ; nihilominùs requiſitus per miniſtros Regis vel Baronis, apponet diligentiam pro poſſe, vt ſuprà.

6. Si verò vehemens ſuſpicio circa hoc habeatur de aliquo; debet per miniſtros Regis, vel Baronis arreſtari & liberari ſub ſecuris plegiis. Vel ſi hæreditatem habet notabilem liberetur, ad proprium plegium, de comparendo, & ſtando juri communi, quando, vbi & coràm quo, de hoc citiùs cognoſci poterit meliùs, in Curia videlicet, Baronis, Vice-comitis Juſtitiarii, aut in Parliamento Regis.

7. Si quis fuerit receptator homicîdæ notorius; & de hoc convictus fuerit per miniſtros Regis: debet puniri, ſicut de homicîda ſuperiùs eſt expreſſum; quoad bona confiſcanda, & terras tempore vitæ ſuæ.

Iac. 1. parl. 2. c. 37. Iac. 5. parl. 7. c. 97. Malc. 2. c. 10. Stat. wilh. 67.

DE MVTILATIONE, ET VVLNERATIONE CAP. 11.

Robertus 2. apud Monaſterium Sãctæ Crucis de Edinburgh mẽſe Novẽbri; Anno regni ſui 14. hæc ſtatuta edidit.

SI aliquis aliquem mutilaverit, vulneraverit ſeu verberaverit ex præcogitata malitia: & pars læſa ipſum ſuper hoc proſequi voluerit coràm judice, vel per ſectam, vel per querelam; tunc fiet & deducetur contra talem, talis proceſſus qualis ordinatus eſt, quo ad homicîdam, quoúſque pervenerit ad diem peremtorium; qua die patietur aſſiſam. Et ſi per eam, ſuper hoc convictus fuerit, erit redemtus à judice: & ſecundum diſcretionem judicis, ſatisfaciet parti læſæ.

2. Et ſi non fuerit perſecutus (accuſatus) à parte læſa, erit indictatus de facto: comparebit coràm Juſtitiario iter tenente, & tunc patietur aſſiſam, ſine dilationibus & eſſoniis. Et ſi convictus fuerit, redimet vitam ſuam, & ſatisfaciet parti læſæ.

DE KATHERANIS i. IMPROBIS FVribus, ſeu raptoribus. CAP. 12.

ETiam ſtatutum & ordinatum eſt, quòd nullus tranſibit per patriam, in quibuſcunque partibus regni, in *Katheranatu.*

Et

Et qui transierint vt *Katherani*, comedendo patriam, & consumendo bona comitatuum (incolarum) & capiendo per vim & violentiam, bona & victualia (nisi aut emerint, aut aliqui eis sponte dare voluerint) Rex mandat & præcipit fidelibus suis, quòd ipsos *Katheranos* sic rapientes arrestent, & ad suos (ejus) ministros deducant; quibus etiam præcipit, quòd de ipsis justitiam faciant; tanquam exsulibus, in continenti.

2. Et si arrestari noluerint, & fortè interfecti sint resistendo: interfectores hujusmodi, erunt immunes penitus, & indemnes

3. Et quicunque Domini infra regnum in cujus Dominio vel custôdia, tales *Katherani* fuerint conversantes sive vagantes; facient totam diligentiam suam fidelem, ad faciendum ipsos arrestari: & de ipsis incontinenti plenam facient justitiam, vt dictum est.

Iac. 2. parl. 6. c. 91. Cum sequent.

4. Et si contingat, quòd Rex, vel habens potestatem regiminis legis sub Rege, habuerit suspicionem de aliquo Domino; vel si querela de eo sibi fiat, quòd ad hoc non fecerit suam diligentiam, vt dictum est: Rex vel præfatus potestatem habens, vocabit ipsum Dominum ad suam præsentiam, ad comparendum coram ipso, ad certum locum & tempus; & ipse ibi patietur assisam. Et si convictus fuerit, erit privatus officio, si quod habuerit à Rege, cum vituperio quod incumbet.

Annotatio.

Ver. 1. Katherani] *Verbum Hybernicum: Nunc vulgò, dicuntur* Sorners, Sojorners. *Et erant Montani & Hyberni qui in inferiores partes regni gregatim descendere soliti, prædas agebant, & incolis, eorumque bonis, vim inferebant.*

OFFICIARII REGIS EXAMINARI ET puniri possunt, super exsecutione suorum officiorum.

Cap. 13.

IN omnibus & singulis punctis prænominatis concernentibus officium justitiariorum, Vice-comitum, & aliorum ministrorum, ipsi ministri stabunt ad calumniam Regis, vel habentis potestatem à Rege. Et patientur assisam coram ipso, super exsecutione suorum officiorum quoad puncta prædicta, quotiescunque de ipsorum aliquo, suspicionem habuerit, aut querela fuerit sibi facta. Et si per assisam convictus fuerit, privabitur suo officio

officio. Et præterea sustinebit pœnam sibi infligendam, per Regem vel per ejus potestatem habentem, & consilium, secundum quantitatem & qualitatem delicti.

DOMINI, ET BALLIVI REGALITATVM *puniuntur a Rege,*

Cap. 14.

ITem, statutum & concordatum fuit vnanimiter, quòd, omnia & singula suprascripta extendantur ad regalitates & libertates tàm Ecclesiasticas, quàm alias: & in illis pariter per omnia observentur. Et super hoc, habentes hujusmodi regalitates & libertates, erunt ad calumniam Regis vel ejus potestatem habentis, vt jam dictum est de aliis. Et ita Vice-comites, & Ballivi regalitatum, calumniam patientur coram Justitiario, si fecerint debitam diligentiam suam, super ista statuta; & inde subibunt assisam. Et si inventi fuerint culpabiles seu remissi, aut negligentes in hoc: terra ipsorum & omnia bona, erunt escheta Regi, seu Domino regalitatis. Et vita eorum erit in voluntate Regis, seu in voluntate Dominorum regalitatis.

2. Et in casu quòd Domini regalitatum, non fecerint debitum suum in puniendo Ballivos suos, qui inventi fuerint, vt prædicitur, culpabiles, ipsi Domini regalitatum patientur calumniam coram Rege, super amissione terrarum suarum, & privilegiorum regalitatis.

DE MALEFACTORE, FVGITIVO

Cap. 15.

CVm aliquis accusatus de aliqua caussa criminali subtraxerit se à suo Vice-comite ad alium; ille Vice-comes in cujus Vice-comitatu manebat, diriget literas suas alteri Vice-comiti, notificando sibi de tali malefactore: & ille alter Vice-comes faciet ipsum citari per Serjandum suum cum testibus, quòd compareat in alio Vice-comitatu Vice-comiti, ad certum diem assignatum, ad standum declarationi assisæ: quòd si non fecerit statim transacto termino capietur per ministros Regis, & punietur tanquam convictus de caussa criminali. Et si fugitivus fuerit: erit exsul ad cornu: & vbicunque inventus fuerit, punietur pœnâ statutâ de jure. Supr. c. 4. h. t.

MALE-

MALEFACTORES DEBENT CITARI VT in jus veniant, ſi fuerint contumaces, declarantur rebelles.

CAP. 16.

STatutum eſt, quòd capiatur inquiſitio in quolibet comitatu, & in qualibet regalitate totius regni; & nomina tranſgreſſorum, ſeu malefactorum redigantur in ſcriptis: Et tunc Vicecomites & Ballivi regalitatis, facient publicè proclamari in principalibus locis Vice-comitatuum ſeu regalitatum, in proximo die fori, poſt dictam inquiſitionem, vel apud Eccleſias Parochiales ſeu in aliis locis communibus, vbi major fuerit populi confluentia; vt prædicti tranſgreſſores nominati in inquiſitione, veniant infra quadraginta dies, dictam proclamationem immediatè ſequentes: Et obligent ſe ſtare juri, ad certum diem peremtorium, coram dictis officiariis Regis vel regalitatum. Et qui noluerit venire infra prædictum tempus, & offerre ſe juri, ſicut prædictum eſt, infra quadraginta dies, poſt exitum prædictorum quadraginta dierum, erit ad cornu Regis, ſine remiſſione; & proclamabitur ad cornu, per Vice-comitem.

PROMISSIO REGIS, EJVS LOCVM TENENTIS, & juramentum trium regni Statuum, de legibus & ſtatutis obſervandis.

CAP. 17.

AD hæc omnia & ſingula ſervanda, fideliter & plenariè perimplenda, Rex in ſuo concilio, quantum ad ipſum pertinet, ſe in verbo regio obligavit.

[a] *Robertus. 3. pater Iacobi primi.*

2. Et Dominus [a] Comes de *Carrik*, à Rege ad præmiſſa exſequenda conſtitutus, quantum ad ipſum pertinet, in propria perſona, tactis ſanctis Eu-angeliis ſuum præſtitit juramentum.

3. Et etiam omnes & ſinguli Prælati, Prælatorum procuratores, & alii de Clero.

4. Comites, Barones, & Burgenſes, qui interfuerunt, ad ſervanda omnia, & ſingula prædicta, quantum in eis fuerit, & ad manu-tenendum, fortificandum & ſuffulciendum, dictum Dominum Comitem de *Carrik* ſub Rege, ad legis regimen, & completionem Juſtitiæ conſtitutum, juramenta ſua tactis ſacroſanctis Eu-angeliis, perſonaliter præſtiterunt.

IN MY DEFENCE, GOD ME DEFEND.

ACTA PARLIAMENTI ROBERTI TERTII.

PARLIAMENTUM Domini noſtri ROBERTI TERTII, Scotorum Regis illuſtriſſimi, Tentum apud Sconam Die lunæ, vicesimo primo Februarii: Anno gratiæ Milleſimo, quadringentesimo, regni ſui undecimo, cum continuatione dierum ſubſequentium: ſummonitis & ibidem vocatis more ſolito, Epiſcopis, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Boronibus, libere-tenentibus, & Burgenſibus, qui de Domino noſtro Rege tenent in capite.

Robertus 3. aliàs dictus Johannes, filius Roberti 2. ex familia Stuardorũ, nepos Walteri magni Scotiæ Seneſcalli mariti Marjoriæ Bruiſe, filiæ Roberti. 1. Cæpit regnare Anno Mundi. 5360, *An. Chriſti.* 1390. *Regnavit Ann. 16.*

DE BREVI INQUISITIONIS, & retornato.

CAP. I.

IN DICTO PARLIAMENTO pro eo quòd per inquiſitiones favorabiliter, & per ignorantes perſonas captas, quàm plurimi Regis ligii in ſuis feudis & hæreditatibus, multinodè & injuſtè vexantur: ſtatutum eſt, quòd nullus Vice-comes aut miniſter Regis, exſecutionem alicujus Brevis inquiſitionis fieri faciat; niſi in ſua plena Curia, per magis idoneos & digniores Balliæ ſuæ.

2. Sub præmonitione quindecim dierum, ad hoc ſummonitos & vocatos.

Iac.4.parl.5.c. 9.4 [a] *i. niſi magis idonei et digniores Ballivæ qui ſunt auctores retornationis, deponent.*

3. Et quòd Cancellarius de-cæterò, ſaiſinam alicujus retornationis non det, niſi [a] deponent pro ipſo, qui dictam inquiſitionem impetravit, quòd dictæ terræ, vel tenen enta in eadem contenta, exiſtant in manibus Domini Regis, vel alterius Domini ſuperioris, per mortem illius, cujus hæredem, impetrator Brevis ſe clamat vel dicit.

4. Et quòd dicta retornatio, ſigillis quorundam fide dignorum, in dicta inquiſitione exiſtentium, vnà cum ſigillo Vicecomitis, ſit ſigillata.

5. Statutum eſt etiam, quòd quilibet Baro vel alius tenens de Rege, habeat ſigillum proprium ad ſervien dum Regi, vt de jure tenetur. Iac.1.parl.3.c.130.

6. Et qui non h buerit, incidet in amerciamentum Regis ſine remiſsione, per indictamentum, coram juſtitiario.

7. Et quòd ſigilla ſint, & non ſignêta; ſicut ante iſta tempora fieri conſuevit.

ANNOTATIO.

Ver. 1. Breve inquiſitionis] *vulgò*, the brieve of Inquieſt, *idem ferè eſt quòd Breve de morte anteceſſoris, per quod quis petit per aſsiſam legalium hominum deſerviri & declarari hæres alicui ſuo anteceſſori, veluti patri, avo, fratri, vel generaliter, nullas petendo terras. Vel ſpecialiter, petendo terras ſibi aſsignari, in quibus ſuus prædeceſſor obiit vltimò veſtitus & ſaiſitus, vt de feudo.*

Ver. 3. Retornationis] *Retornationem voco, reſponſum eorum, qui aſsiſæ, & inquiſitioni interfuerunt, eorum ſigillis ſigillatum, quod retornatur & remittitur per judicem ad Cancellariam Regis, de omnibus articulis & punctis Regii Brevis, quòd ex Cancellaria, Vice-comiti, vel judici ordinario vel delegato, dirigitur in favorem ejus, qui petit hæreditatem paternam ſibi adjudicari: vel quandoq; contra eum, ſi veredictum aſsiſæ ſit negativum.*

Ver. 5. Sigillum proprium] *Sigillum debet eſſe proprium vel alienum, mutuò acceptum.* arg. l. ad teſtam. 12. ff. qui teſtamentum fac. poſſ. *quod etiam communi vſu receptum eſt.*

DE RECOGNITIONE TERRARVM tempore & modo terras replegiandi.

CAP. 2.

ITem, quia per voluntarias, & occultas recognitiones terrarum factas per Dominos ſuperiores, quàm plures Regis ligii, in ſuis feudis & hæreditatibus perturbantur: Statutum eſt, quòd nec per Regem, nec alios quoſcunque Dominos

Digitized by Google

minos ſuperiores, fiat de-cæterò de aliquibus terris recognitio aliqua, niſi aſſignetur tempore recognitionis debita & rationabilis cauſſa, quare hujuſmodi terræ, recognoſci debeant.

2. Et quòd nullus tenens, poſſeſſionem ſuam, pro tali recognitione amittat, vſque ad exitum vnius anni & vnius diei.

3. Ita tamen, quòd ſuam diligentiam apponat, terras ſuas recognitas, à Domino ſuo ſuperiore replegiare, infra quadraginta dies, dictam recognitionem ſequentes: ſi Dominum ſuum ſuperiorem invenire poſſit.

4. Quẽ ſi invenire non poſſit, tranſeat ad capitalem locũ Domini, cum ſufficiente teſtimonio; offerendo ſe paratũ, dicto Domino ſuperiori ſuo, de dictis terris hoc facere; quod de jure debet.

5. Et poſteà cùm ad præſentiam ſui ſuperioris Domini acceſſerit, ante exitum anni, & diei, prædictas terras ſuas,[a] ad plegium liberari petat.

[a] *i. Dato plegio et fide-juſſore, terras ſibi reſtitui petat.*

6. Inſuper ordinatum eſt, quòd quilibet Dominus ſuperior, recognitionem faciens; & quilibet tenens, terras ſuas in capitali loco petens ad plegium (vt præfertur) dictam recognitionem, & ad plegium petitionem; in proxima Eccleſia parochiali, die Dominico proximo, poſt recognitionem prædictam horâ concionis & divinarum precum, cùm parochiani fuerint congregati, manifeſtet in vulgari cauſſam, quare facta eſt recognitio.

7. Et hoc idem faciet & eodem modo, tenens qui tenementum ſic recognitum petit ad plegium, ſi ſibi à Domino ſuperiori ſuo denegetur, vel præſentiam Domini ſui habere non poterit, infra tempus præſcriptum.

DE VLTIMI FRATRIS HAEREDE INTERris ſuis de conquæſtu. CAP. 3.

ITem, penes ſtatutum antiquum de pluribus fratribus, & vltimo natu de coquæſtu terras habente, & ſine hærede de corpore ſuo decedente: Declaratum eſt & determinatum, quòd proximus ante natus ſuperior frater ejus, ad dictas terras, tanquam hæres legitimus, ſuccedet gradatim aſcendendo, pro-ut in dicto ſtatuto continetur.

De ſucceſſione medii fratris vid. Quon Attach. c. 88.

SVPERIORITAS NON POTEST ALIENARI ſine conſenſu vaſalli. CAP. 4.

ITem, penes conceſſiones factas per Regem, diverſis Baronibus, & aliis de ſuperioritate tenentium terras ſuas, de

ipso Rege: Statutum est, quòd talis concessio sive donatio sine consensu tenentis facta, seu facienda, omni robore careat, & virtute.

2. Et quòd dictus tenens, remaneat Regis tenens, nisi talem ratione dictæ concessionis, suum Dominum superiorem admiserit spontaneâ voluntate.

3. *Item*, penes Barones infeodatos in suis Baroniis jacentibus, in Comitatu, vel alio Dominio tunc temporis in manibus Regis existente, & de Rege clamantes tenere: Statutum est & ordinatum, quòd licet in posterum Dominus Rex de dicto Comitatu aut Dominio, cum tenandriis, & liberè-tenentibus, per Chartam suam infeodaverit aliquem: non tenebuntur dicti Barones, de aliquo tenere, nisi de Domino Rege.

DE QVERELIS ECCESIASTICORVM, *viduarum, orphanorum & pupillorum.*

CAP. 5.

GEneraliter ordinatum est & statutum, quòd locum-tenens Domini Regis, & cæteri ministri regii, teneantur audire querelas, Ecclesiasticorum, viduarum, orphanorum & pupillorum simpliciter, & de plano, sine plegio; de quibuscunque injuriis sibi, aut bonis suis propriè illatis.

Viduarum causſæ sunt favorabiles. Exod. c. 22, 22. *Et orphanorũ, pupillorum, et peregrinorũ.* Zachar. 7. 10.

2. Et auditis querelis inquirere faciat Dominus locum-tenẽs, aut ejus minister, si tales querelæ justæ aut rationabiles reperiantur.

3. Et si sic; fiat per locum-tenentem, aut ministros suos prædictos, partibus conquerentibus debita & justa reformatio, sine vlterius processus dilatione. Et injuriatores, secundum quantitatem delicti puniantur.

ANNOTATIO.

Ver. 1. Locum-tenens] *Is fuit* Robertus Steuard *Comes* Fifæ & Menteith *Pater* Murdoci Stuard, *patruus* Jacobi Primi.

De plano] *Dispositio loquens de summaria cognitione, intelligitur quoad ordin processus, non quoad probationẽ.* l. 8. & ib. Bart. nu. 5. de offic. proconſs. *Nam in causſis etiam summariis probationes legitimæ requruntur.* vt hic. nu. 2.

Ver. 3. Quantitatem] *Delictorum & pœnarum certi sunt gradus.* l. 1. ad Turpil. *Ideoq; majori delicto, major pœna, & minori, minor debetur.* l. 11. l. 16. ff. de pœn. *Pœna autem non egreditur delictum.* l. 16. de his quib. vt indig

Porrò

Porrò pœna arbitraria, judicis arbitrio relinquitur. Sed pœnam legitimam, & à lege ſtatutam, judex mutare non poteſt. l. vlt. C. ne ſacr. Baptiſm. iter.

DE LITERIS CAPTIONVM, ET APpellationibus.

Cap. 6.

STatutum & ordinatum eſt, quòd Juſtitiarii, Vice-comites, & alii miniſtri regii, intendant & reſpondeant literis captionis per Epiſcopos & ſuos officiales ſibi dirigendis, & debitam exſecutionem faciant de eiſdem, ſecundum modum ab antiquo vſitatum: non obſtantibus quibuſcunque appellationibus, vel rationibus in contrarium allegatis, aut propoſitis. Lic. 2. parl. 6. c. 12.

2. Propterea ſi aliquis Regis ligius, ſe excommunicatū ſenſerit, per injuſtum proceſſum: ante exitum quadraginta dierum, à judice ſuo appellet, ad Cleri conſervatorem; qui dictum proceſſum, cum ſuo conſilio tenebitur declarare, & injuſtum reformare.

3. Et ſi videatur ſibi, quòd dictus conſervator, rectum judicium non faciat: appellet ab eo, ad generalem Cleri congregationem, ubi talia de-cæterò, quandiu ſchiſma in Eccleſia exiſtit, ordinantur diſcuti & declarari. Cui ordinationi conſenſit Clerus, durante ſchiſmate, ſicut cæteri Regis ligii.

Annotatio.

Ver. 3. Schiſma] *Hoc ſchiſma in Eccleſia Romana, cœpit Anno Domini.* 1345. *inter* Vrbanum 6. *ab Italis creatum Pontificem, &* Clementem 6. *à Gallis ordinatum, & duravit per* 42. *Annos. Tandem res compoſita eſt, in Concilio Conſtantienſi. Anno.* 1416. *vbi totius Eccleſiæ Romanæ conſenſu,* Martinus 5. *ex familia Columnenſium electus, cæteris omnibus ſchiſmaticis Papis, ab officio remotis.*

DE INTERFECTORIBVS SALMONVM.

Cap. 7.

STatutum eſt de-cæterò, quòd ſi quis convictus fuerit de interfectione ſalmonum tempore prohibito: ſolvet centum ſolidos, ſine remiſſione, per totum regnum generaliter. Et ſi ſuper hoc ter convictus fuerit pro tali delicto, vitam ſuam redimet. Quon. Attach. c. 87. Stat. Alex. c. 16. Jac. 1. parl. 1. c. 10. Jac. 2. parl. 5. c. 9. parl. 14. c. 86. Jac. 6. parl. 7. & 11.

Annotatio.

Et ſi ſuper] *Nam creſcente malitiâ, creſcere debet & pœna.* l. 4. C. de ſervis fugit. *& plus punitur, qui ſæpiùs deliquit.* l. 8. C. ad leg. Jul. de vi. public.

DE LIBERTATE EMENDI VICTVALIA.

Cap. 8.

Non licet emere victualia, eaque asservare vt posteà cariùs vendantur.

Iac. 2. parl. 5. c. 24. Parl. 9. c. 38. c. 39.

ITem, ordinatum est, quòd omnes ligii Regis ement victualia, generaliter per totum regnum: & ea liberè ducant, vbi sibi videbitur meliùs expedire infra regnum, solvendo inde custumã.

TESTES INFEODATIONIS PER REGEM *concessæ, ratione resignationis.*

Cap. 9.

Vid. Iac. 6. parl. 12. c. 13; Mar. parl. 9. c. 81.

ITem, statutum est, quòd si aliqua resignatio de-cæterò facta fuerit Domino Regi, de aliquibus terris seu tenementis, & inde facta fuerit nova infeodatio per Regem: Secretarius Regis, teneatur scribere in præcepto dirigendo Cancellario, nomina existentium tempore resignationis in præsentia Regis: Et Cancellarius eadem nomina ponet, in Charta infeodationis in perpetuum remansura.

DE INTERFECTIONE LEPORVM.

Cap. 10.

Iac. 2. parl. 14. c. 89.

NVllus inveniatur ad lepores interficiendos tempore nivis, sub forisfacto sex solidorum, octo denariorum, absque remissione aliqua levandorum, ad vsum Domini terrarum. Et in ejus defectu ad vsum Domini Regis per Vice-comitem.

DE COMBVSTIONE MORVM

Cap. 11.

Iac. 1. parl. 1. c. 20. Iac. 3. parl. 10 c. 75. Iac. 4. parl. 6. c 71. Iac. 5. parl. 4. c. 10.

[a] *Nostrates*, muirburne, *vocant. Erica enim*, heath or hedder *in suo exicèto incenditur, que brevi revivescens, teneris agnis pascendis maturè inservit.*

ITem, statutum est generaliter, per totum regnum observari, quòd non fiat combustio [a] morûm sive bruarii, nisi in mense *Martii*, & non pòst, durante Æstate seu Autumno: sub pœna quadraginta solidorum, absque remissione levandorum, ad vsum Domini terrarum, vbi facta est combustio.

2. Et si Dominus fuerit negligens in hoc; fiat indictamentum coram Justitiario, & levetur pœna Domino Regi.

DE CAPTIONE NAMORVM.

Cap. 12.

ITem, statuit Rex generaliter, quòd nemo capiat namos absque officiariis Regis, vel Domini terræ, nisi Domini infra sua Dominia

Dominia pro ſuis firmis & debitis propriis.

2. Et ſi quis namando abſque officiario Regis, aut Domini terræ, alicujus terras perturbaverit; ſeu extra ipſas aliquid acceperit vel abduxerit: illa namatio coram locum-tenente ſeu juſtitiario, per indictamentum vel [a] plegium, tanquam rapina judicabitur.

[a] *i. plegiagium: quo ſcilicet, namator invenire cogetur ad ſtandū juri, cùm fuerit ſummonitus.*

DE POSSESSIONE ET FEODO TERræ recognitæ.

Cap. 13.

IN recognitione terrarum, quæ juſtè & debitè, ad plegium petuntur: neuter, hoc eſt, neque Dominus neque tenens qui conqueritur, eſt in poſſeſſione.

2. Quia prima Domini poſſeſſio, infra terminum quadraginta dierum formaliter frangitur. Et ita non eſt in poſſeſſione, quia non intravit, ſed habet jus ad rem. Et ſic non eſt in manu Domini ſuperioris.

3. Quia nullus juſtè occupat poſſeſſionem, de terris recognitis, in manibus Domini ſuperioris ſine judicio dato.

4. Præterea ſi terra ſit recognita ex cauſſa: debet dari ad plegium ipſam petenti, de ſtando juri.

5. Et ſi non ſit cauſſa: nulla valet recognitio ſecundum jus regni. Et licet terra ſit recognita, ſive tenementum, ex cauſſa vel ſine cauſſa, tenente petente ad plegium vel non petente: tamen feodum terræ, remanet cum tenente, quoùſque proceſſus ſit finitus contra ipſum.

Annotatio.

Ver. 2. Frangitur] *Videlicet, à tenente ſeu poſſeſſore terrarum, ſcilicet, tenens petit ſibi dimitti terras, ad plegium infra quadraginta dies, quia per hanc petitionem, poſſeſſio Domini terras recognoſcentis impeditur & frangitur: donec per ſententiam lis terminetur, coram judice ordinario.*

DE HIS QVI REPLEGIARI NON debent.

Cap. 14.

REplegiari, ſeu per plegios dimitti non debent, qui capti ſunt pro morte hominis, ex præcepto Regis, vel Capitalis Juſtitiarii Edward. 1. An. 3. c. 15.

Digitized by Google

tiarii. Qui priſonam fregeruñt, latrones publici & notorii; capti pro incendio, & felonia. Falſarii monêtæ, vel ſigilli Domini Regis, excommunicati, capti per mandatum Epiſcopi. *Item*, illi qui capti ſunt pro proditione, & nequitia tangente Regem, Ballivi exiſtêtes in [a] arrieragiis, erga Dominos ſuos in computis. *Item*, reſiſtentes præceptis Domini Regis ex ore, vel in ſcriptis voluntariè.

[a] Quon. Attach. c. 46.

SPOLIATVS SVA POSESSIONE ANTE omnia eſt reſtituendus.

CAP. 15.

STatutum & aſſiſatum eſt, quòd cùm aliquis fuerit in aliqua poſſeſſione alicujus terræ ſive teneméti, ſive juſtè & injuſtè; ſuperveniés aliquis, dicendo ſe verum eſſe hæredem de dicta terra, ejecerit eum extra poſſeſſionem propriâ auctoritate, & ſine judicio: Ipſe qui fuit priùs in poſſeſſione, ſive juſtè ſive injuſtè, ſemper debet recuperare ſaiſinam, antequam reſpondeat.

Edward. 1. An. 3. c. 23.

2. Nam ipſe qui priùs fuit in poſſeſſione, ſive juſtè ſive injuſtè; ſemper debet recuperare ſaiſinam, & eam tenere aut amittere in forma judicii:

3. Et diſrationator erit in foriſ-facto Regis, pro ſua tranſgreſſione & diſſaiſina.

ANNOTATIO.

Omnes leges tàm Eccleſiaſticæ quàm vulgares præcipiunt, vt omnia ablata reſtituantur ei, qui ſuis rebus eſt exſpoliatus. c. omnes. 2. q. 2. c. 1. & tot. tit. de reſtit. ſpoliat. l. 1. C. Si per vim, aut alio modo.

IN QVIBVS CASIBVS DVELLVM locum habet.

CAP. 16.

[a] *Locum habeat. Hoc caput congruit cũ his quæ ſcribuntur per Guidonem papæ quæſt. 617. Nu. 3.*

[b] *vbi ſunt ſufficientes probationes, nõ eſt locus duello. vt verſ. 4.*

STatutum eſt, quòd quatuor requiruntur ad hoc quod [a] contingat duellum. Primò, quòd factum de quo quis provocatur, requirat in ſe pœnam mortis.

2. Secundò, quòd [b] proditionaliter fit in occulto factum.

3. Tertiò, quòd ille qui provocatur per conjecturas, vel veriſimiles ſuſpiciones, ſeu præſumtiones habeatur ſuſpectus.

4. Quartò, quòd cauſſa in ſe non poteſt aliter probari, niſi per duellum: Et non per teſtes, neque per inſtrumenta, aut literas ſive ſcripta.

DE

DE REVOCANDIS DONATIONIBUS.

Cap. 17.

CVm donatio facta fuerit, regulariter non revocatur.

2. Tamen ex causa revocari potest, vt putà propter ingratitudinem ejus, cui facta est, veluti si ille cui donatio fit, in donatorem manus violentas injecerit. *Item*, si atrocem injuriam sibi arrogaverit, *Item*, si grave damnum rerum suarum, molitus sit. *Item*, si vitæ periculum inferre præsumserit.

Donatio propter pœnitentiam donatoris revocatur, nemini enim sua liberalitas debet esse damnosa. l. 50. de re jud.

3. *Item*, si conditionem appositam non adimpleverit, vel si donatio ratione obsequii facta sit: non præstito obsequio revocatur.

Vid. l. vlt. et ibi Azon. C. de revocand donat. Bald in. §. 1 instit. de capit. diminut.

4. *Item*, propter pacti turpitudinem.

5. *Item*, propter donantis enormitatem, vt si pater iratus filium injustè exhæredaverit.

6. *Item*, propter fraudem suscipientium, vt si monachi alliciendo laïcum, eum tonsuraverint, vt ejus bona percipiant.

7. *Item*, propter rei donatæ impotentiam, vt si res Ecclesiastica detur, vel legetur.

DE DISCLAMATIONE, ET MODO DISclamandi aliquem.

Cap. 18.

QVicunque disclamare vult aliquem, vadat, aut ire faciat sufficientem Actornatum suum, ad capitale messuagium illius terræ, supra qua mota est quæstio.

Quæ sequuntur, desumpta sunt ex libro Sconensi.

2 Capiendo secum si sit Actornatus, literam suæ actornationis in eodem loco primitùs prælegendam, si ipsemet Actor non possit personaliter interesse, cum vno officiario, vel pluribus officiariis, Domini superioris, de quo ipse tenens clamat, & proponit tenere talem terram.

5. Vnà cum aliis sufficientibus testibus diversorum dominorum circa adjacentium.

4. Et ibi per se, vel per sufficientem Actornatū, semel, secundò & tertiò, cū quodam intervallo, planè & plenè notificet, quòd tales terras non tenet, nec tenere intendit de tali Domino superiori suo, & cū tali servitio: Et [a] hoc subjacet se, & omne quod [a] *Al. in hoc.* suum

ſuum eſt, curſui juris communis, debitis locorum interſtitiis in hac parte requiſitis, ad hoc faciendum & reſpondendum.

DE CAVSSIS RECOGNOSCENDI terras.

CAP. 19.

Non introitus. Infra.c.38.h.t.

IVſtæ & legitimæ cauſſæ recognoſcendi terras tenentis, ſecundum jus regni, ſunt hujuſmodi. Prima cauſſa eſt, ſi tenens moriatur, tunc Dominus ſuus ſuperior recognoſcet & retinebit terras ſuas tentas, quouſque recuperatæ fuerint ab eo, per verum hæredem illius tenentis ſeu alium hæredem illarum terrarum.

2. Secunda cauſſa eſt propter relevium, quando hæres recuperavit terras de manu Domini ſui; Dominus poteſt eas recognoſcere, quouſque habeat ſecuritatem de relevio ſuo ſuis terminis ſibi ſolvendo. Lib.2.c.28.

3. Tertia cauſſa eſt, quando tenens committit homicîdium, & fugit, nec eſt legis patiens: Dominus poteſt recognoſcere terras de eo tentas, quandiu felo veraciter vixerit.

4. Quarta eſt, ſi tenens alienaverit[a] terras ſuas ſine licentia Domini ſui ſuperioris: tunc Dominus poteſt eas dimittere ad plegium. Quon.Attach.c.18. Iac.5.parl.4.c.31.

5. Quinta cauſſa eſt, ſi duo certent & convolant ad arma circa poſſeſſionem alicujus terræ; Dominus ſuperior, poteſt illas recognoſcere; quouſque ſibi conſtiterit, quis eorum ſit legitimus poſſeſſor. Et ei dimittere terras ad plegium.

[a] *i. Terras quæ tenentur per ſervitium wardæ et relevii.*

6. Sexto, pro ſervitio terræ, terra recognoſci poteſt, per Dominum ſuperiorem, cui debetur illud ſervitium. Supr.c.2.h.t.Stat. David.2.c.34. Lib.2.c.63.10.

DE DAMNIS VIDVARVM SVPER dotibus.

CAP. 20.

Henr.3 An.9.c.7.in Magna Charta.

DE viduis, quæ poſt mortem virorum ſuorum expelluntur de dotibus ſuis, aut dotes ſuas & quarantênam ſuam habere non poſſunt, ſine placito. Statutum eſt à Domino Rege, quòd quicunque eis deforciaverit dotes ſuas, & quarantênam ſuam de tenementis, de quibus ſui viri obierunt ſaſiti, & ipſe viduæ poſtea

poſteà per placitum ſuum dotes, & quarantênam recuperaverint: quòd ipſi qui de injuſto deforciamento convicti fuerint, reddent ipſis viduis damna ſua.

2. Videlicet, valorem totius dotis illas contingentis, à tempore obitus virorum ſuorum vſque ad diem, quo ipſæ viduæ per judicium Curiæ Regis, ſaiſinam inde recuperaverint.

3. Et nihilominùs ipſi diſſaiſitores, in miſericordia Domini Regis etiam remanebunt.

4. Et ſciendum eſt, quòd ipſæ viduæ poſſunt legare blada ſua de terris ſuis, tàm de dotibus quàm de aliis terris & tenementis ſuis, ſalvis ſervitiis Dominorum ſuorum, quæ debentur de dotibus.

Annotatio.

Ver. 1. Quarantênam] *Poſt mortem mariti, dos debet reſtitui viduæ intra 40. dies: & interea illa ali debet de bonis defuncti; & in illius domo manere.* leg. burg. c. 16. Henr. 3. An. 30. c. 1. & An. 9. c. 7. *Apud Gallos dicitur* la quareſme des veſues. *Vidua igitur deforciatur de quarantêna ſua, eamq; habere non poteſt, cùm infra quadraginta dies poſt mortem mariti, dos illi non reſtituitur.* Stat. Alexan. c. 22.

Ver. 2. A tempore obitus] *Si multis annis poſt mortem mariti, ejus vidua in judicio dotem ſuam recuperaverit: in favorem dotis, & in odium eorum qui eam injuſtè detinent: ſaiſina & poſſeſſio ipſius mulieris, favorabili juris fictione retrotrahitur ad tempus mortis mariti; adeò ut omnes fructus medii temporis ad ipſam pertineant, nempè à tempore mortis mariti, ad tempus latæ ſententiæ.*

VSVRAE NON CVRRVNT CONTRA MINOREM.

Cap. 21.

Henr. 3. Ann. 20. c. 5.

STatutum eſt etiam à noſtro Domino Rege, quòd nullo modo currant vſuræ contra minorem, qui infra ætatem, à tempore mortis anteceſſoris, cujus ipſe eſt hæres vſque ad legitimam ætatem ſuam.

Nota mortuum vadium rei immobilis eſſe permiſſũ et legitimum.

2. Ita tamen propter hoc non remaneat ſolutio. Sed detur principale ſine vſura aliqua, cum vſuris ante mortem anteceſſoris ſui, cujus hæres ipſe eſt, inde provenientibus.

ASSI-

ASSISA DE PONDERIBVS ET MENsuris. Cap. 22.

VLna communis Regis *Dauid*, debet continere in se 37. pollices mẽsuratos cumpollicibus trium hominũ; cũ videlicet, ex magno, mediocri, & parvo. Et secundum mediocrem pollicẽ debet stare; aut secundum longitudinem trium granorum hordei, sine caudis.

Vid. stat. 1. parl. 2. c. 57. c. 58. stat. 2. parl. 13. c. 14. stat. 6. parl. 21. c. vltimo. stat. 4. parli. 3. c. 32. stat. 5. parl. 7. c. 314. stat. 1. parl 4. c. 69, c. 70. Edward. 3. An. 25. c. 10. In the statut of purveours. An. 27. c. 10. An 34. c. 1. Henr. 7. An. 11 c. 3. c. 4. An. 12. c. 5.

2. Petra seu lapis, ad lanam ponderandam & res alias, debet ponderare quindecim libras. Petra ceræ octo libras. Duodecim libræ Londonienses faciunt petram.

3. Libra debet ponderare viginti quinque solidos; hoc erat in tempore assisæ prætactæ: & libra debet ponderare quindecim vncias.

4. In tempore autem quondam Domini Regis, *Roberti* de *Bruyse* Conquæstoris magni, primi hujus nominis; libra argenti ponderabat viginti sex solidos & quatuor denarios: & hoc propter minorationem denarii, seu monêtæ istius Regis, ab antiqua monêta Regis *Dauid* præscripti.

5. Vncia continebat tempore Regis *Dauid* præfati, viginti denarios. Tempore autem dicti Regis *Roberti*, continebat viginti vnum denarios: Nunc autem nostris temporibus; videlicet, *Roberti* tertii, Anno gratiæ 1393. Vncia continet de ejusdem Regis monêta, triginta duos denarios.

6. Sterlingus debebat dicti Regis *Dauid* tempore, triginta duo grana, boni & rotundi frumenti; hodie est aliter, propter minorationem monêtæ.

7. Vaga *lie waw*, debet continere duodecim petras: cujus pondus continet octo libras.

8. Bolla debet continere sextarium, videlicet, duodecim lagenas: & debet esse in profunditate novem pollicum, cum spissitudine ligni vtriusque partis. Et in rotunditate superiore, continebit septuaginta duos pollices, in medio ligni superiotis. In rotunditate inferiore, septuaginta vnum pollices.

9. Lagena debet continere duodecim libras aquæ, videlicet, de aqua marina, quatuor libras, & aqua currente, quatuor libras, & de aqua de stagno, quatuor libras. *Item*, lagena debet esse sex pollicum & dimidii pollicis in profunditate. In latudine inferiore

re, debet esse octo pollicum, & dimidii pollicis, cum spissitudine ligni vtriusque partis. Et in rotunditate superiore, debet esse viginti septem pollicum, & dimidii pollicis. In rotunditate inferiore, debet esse viginti trium pollicum. Vid. Iac. 6. part. 12. c. 71.

10. Pollex in omni mensura, debet mensurari ad radicē vnguis, & debet stare ex lōgitudine, triū granorū hordei boni, sine caudis.

DE CLERICO VICE-COMITIS. CAP. 23.

STatutum est, quòd quilibet Vice-comes habeat Clericum sibi deputatum per Regem, non habentem aliquam ligam cum Vice-comite.

2. Sed quòd sit obligatus Regi duntaxat; & de ejus retinentia & domicilio dum venerit Regi. Et quòd ille Clericus operetur cum consilio Regis; & per ejus instructionem, semper avisando Regem in singulis.

VICE-COMES DEBET HABERE ACTA parliamenti. CAP. 24.

NVllus Vice-comes transeat aut discedat à Curia Domini Regis, ad exercendum suum officium, quousque habeat statuta parliamenti, vnà cum certis instructionibus inscriptis: prout dabitur ei per concilium Regis.

DE FEVDO VICE-COMITIS. CAP. 25.

Hen. 5. An. 3 5. c. 1. 5. Leg. Malc. 2. c. 7.

ITem, feudum Vice-comitis solvatur ei de extractis & eschetis Curiæ suæ, & non aliunde. Et nihil allocetur ei quousque fecerit computum suum.

VICE-COMES DEBET VENIRE AD Scaccarium. CAP. 26.

ITem, quilibet Vice-comes compareat singulis annis in Scaccario, vel sufficiens deputatus pro eo habēs potestatem jurandi pro eo, & in animam ejus, sub pœna decem librarum & perditione officii sui, ad voluntatē Regis. 12. 6. part. 1. c. 73. c. 74

DĒ EXTRACTIBVS JVSTITIARIAE. CAP. 27.

ITem, omnis Justitiarius, vel Ballivus ejus, per Clericum suū importet extractus justitiariæ infra octo dies, post quadraginta Vid. Iac. 6. part. 12. c. 126.

dies contentos in præfatis extractibus. Et si in ipsorum defectu præfati; extractus non fuerunt importati; hoc imputabitur eis.

Vid. Iac. 6. parl. 12. c. 126.

2. Nec in Scaccario sequetur allocatio, quanvis per literas Regis, post præfatum terminum, ostendatur dilatio, & remissio præfatæ summæ.

ESCHETAE DEBENT VENDI.
Cap. 28.

Item, Vice-comes intromittat cum eschetis malefactorum, & si ea vendiderit, vendat ea publicè in foro, & non privatim, vt omnes ligii Regis, possint scire pretia eorum, & emere si voluerint.

DE PLEGIIS CORAM VICE-COMITE.
Cap. 29.

De temerè et injustè alium accusante

Iac. 6. par. 6. c. 78; Iac. 5. parl. 4. c. 34. Stat. Alex. c. 10.

Item, in singulis Curiis Vice-comes non accuset quenquam, nec aliquis accusetur coram eo, sine plegio, & sine Brevi Regis. Et quia multi excusant se de paupertate, plegii tales sint, qui possunt solvere amerciamentum Curiæ.

DE ITINERE JVSTISIARIAE
Cap. 30.

Quon. Attach. c. 79. Iac. 2. part. 2. c. 5 Iac. 3. parl. 73. c. 94. Iac. 4. parl. 3. c. 19. Iac. 6. parl. 18. c. 81. Iac. 5. parl. 4. c. 32.

ORdinatum est, quòd sint Justitiarii, tàm ex parte Australi, quàm Boreali aquæ de *Forth*. Et quòd ipsi, in quolibet Vicecomitatu suæ jurisdictionis, teneant Curias, & itinera sua, bis in anno; nisi hoc ex magna causa fuerit omissum.

2. Et si Justitiarius cessante notabili & rationabili impedimento omiserit tenere Curiam suam proportionabiliter amittet feudum suum, & inde Regi respondebit.

DE SECVNDO DIE ITINERIS.
Cap. 31.

STatutum est, quòd processus super causis deductis coram Justitiario, abbrevientur per Clericum. Et quòd in omni causa præterquam de feudo, & hæreditate in qua quarta dies solebat esse terminus peremtorius, nunc secunda Curia & dies, sit terminus peremtorius, & vltima dies.

2. Et

Digitized by Google

2. Et pars contumax in ſecunda Curia ſit in tali ſtatu, ſive ad cornu ſive aliter, pro-vt eſſe conſuevit, in quarta Curia peremtoria, in Curiis antiquis.

DE ARRESTAMENTIS CORONATORIS.
CAP. 32.

ITem, Coronatores habeant poteſtatem arreſtandi indictatos, ſecundum libitum per totum annum, tàm ante proclamationem juſtitiariæ, quàm poſt.

DE ITINERE JVSTIARIAE IN REGALIBUS.
CAP. 33.

ITem ordinatum eſt, quòd Domini habentes regalias, ſimiliter bis in anno teneãt itinera juſtitiariæ; & ſuos proceſſus abbrevient in omnibus, ſicut de Juſtitiario Regis ſuperiùs eſt ordinatum. Iac. 1. parl. 13. c. 139.

2. Et quòd Vice-comites in ſuis Vice-comitibus, & omnes Barones habentes Curias in criminalibus cauſſis, ſervent eundem ordinem in poceſſibus ſuis.

DE VICECOMITE, ET ALIIS MINISTRIS Regis calumniandis.
CAP. 34.

ITem ordinatum eſt, quòd juſtitiarii in itineribus ſuis, calumnient Vice-comites & alios miniſtros Regis, & cognitionem capient, qualiter ſe geſſerunt & habuerunt, in exercendo officium ſuum. Iac. 3. parl. 14. c. 103.

2. Et ſi quem defectum invenerint, de officio ſuo removeant ipſum vſque ad proximum Parliamentum. Et qui remotus fuerit perdat feudum officii ſui de illo anno.

3. Et prætereà Juſtitiarius capiet ſecuritatem ſub certis pœnis: quòd comparebit in proximo Parliamento ſubiturus determinationem & punitionem Parliamenti, pro delicto ſuo. Nec reſtituatur, niſi Parliamento hoc viſum fuerit expedire.

4. Et vbi Juſtitiarius aliquem ab officio ſuo duxerit removendum, ponat alium, qui valeat dictum officium facere, & populo de lege deſervire.

Statuta,

DE COLLATIONE HAEREDITATIS divisæ, inter plures sorores.

Cap. 35.

CContingit aliquando, quòd aliquis habet duas vel plures filias: & ipse pater dat vni earum aliquam partem terræ suæ, & postea moritur, vnde contentio oritur inter sorores.

2. Quia ipsa, quæ nihil habet de feofamento patris sui, vult quòd ea pars quam earum soror habet de feofamento, computetur in parte sua, aut quòd ipsa soror ponat ipsam partem sibi datam per patrem suum, in communi inter ipsam & reliquas sorores. Ita quòd omnes eædē sorores habeāt inde partem suam.

3. Et contrà, soror nititur tenere illam partem, tanquam suam separatam & distinctam: sicut hoc, quod non est de hæreditate patris sui; vnde pater suus non fuit saisitus, tempore mortis suæ. Et ideò videtur sibi, quòd licet pater suus dederit sibi aliquam partem terræ suæ, ipsa propter hoc non excluditur à jure suo, de hæreditate patris sui. Quia per hoc patet, quòd pater magis dilexit eam, quàm aliquā aliarū sorerum: & propter hoc augmentavit potiùs partem illius quàm aliarum.

4. Judicium in hoc tale est: Si pater infeodavit eam pro homagio, & servitio tenendam de Domino Capitali, ipsa tenebit illam partem in pace. Et nihilominus participabit in residuo, vnà cum aliis sororibus, eo quòd Pater augmentavit partem suam. Et si pater agat sagaciter, ipsa erit infeodata de terra illa, tenenda de Domino Capitali illius feudi: saltem patre suo in vita sua, & post ejus discessum de Capitali Domino.

5. Sed si terra datur à Patre dictæ sorori in libero maritagio; tunc oportet quòd ipsa terra, imponatur ad aliam hæreditatem, & projiciatur communiter inter omnes sorores: aut quòd illa terra computata sit sibi in partem suam, & quòd ipsa habeat residuum de hæreditate & aliis terris; quantum sibi pertinet ad perficiendam partem suam.

Annotatio.

Ver. 5. In libero] *Id est, nomine dotis: Nam si pater in vita sua filiam dotaverit: filia post mortem patris, cum sororibus suis conferre cogitur.* l. 2. l. 3. l. 4. C. de collationib. l. 1. ff. de collat. dot. *nisi pater in testamento vel ab intestato, illam collationem prohibuerit.* Authen. ex testamento C. de collationib.

DE

DE OSTENSIONE CHARTÆ
Cap. 36.

Quon. Attach. c. 25.

STatutum eſt, de tenente ſummonito ad oſtendendam Chartam ſuam; quòd ſi tenens compareat, poteſt Dominus petere, quòd oſtendat Chartam infeodationis ſuæ terræ.

2. Et ſi habet Chartam, debet eam oſtendere; Et ſi aliter occupat, quàm ſua Charta proportat, amittet terram per judicium Curiæ.

3. Et ſi concelet Chartam habitam, & convictus fuerit per aſſiſam & quòd habet Chartam, amittet terram; ſiquidem tenens debet, in hoc caſu, amittere beneficium Chartæ ſuæ negatæ.

4. Et ſi dicat tenens, quòd vidit Chartam de illa terra, tamen eam non habet; tunc tenens debet *voucher*, id eſt affirmare, quòd aliter tenere debet illam terram; ſecundum tenorem illius Chartæ amiſſæ. Et ſi aliter quàm ipſe aſſerit, reperiatur per aſſiſam; etiam in illo caſu amittet terram.

5. Sed ſi dicat, quòd non habet, nec habuit Chartam de terra illa, nec aliquam vidit: & verum dicit non concelando Chartam ſuam; tunc inquiratur per aſſiſam, qualiter tenere debet terram illam; & tunc determinatio illius aſſiſæ ſtabit pro Charta.

6. Et ſi occuperaverit aliter quàm aſſiſa tenere ipſum debere determinaverit, etiam in hoc caſu, amittet terram illam, quam ipſe occupavit, contra tenorem Chartæ ſuæ.

DE VENDITIONE FIRMAE TERRAE
Cap. 37.

SI firmarius tuus habeat firmam in terra tua, quam habet ad terminum, benè licebit ei firmam dare, vel vendere cuicunque voluerit ante terminum, ſed[a] non poſt terminum.

[a] *Quia fructus fundi poſt terminum ſolutionis, obligantur domino fundi pro debito quod illi debetur pro ipſa firmi.* Supra, c. 15. hu.

NON-INTROITVS TERRARVM, PERtinet ad Dominum Capitalem.
Cap. 38.

ITem, Dominus Rex, mortuo aliquo Barone, ſtatim Baroniam illam ſaiſiri faciat in manum ſuam; donec conſtiterit ei de hærede per inquiſitionem: vtrum ſit rectus hæres, & plenam habuerit ætatem.

2. Idem poſſunt minores Domini facere, quo-ad tenẽtes ſuos.

DE TEMPORE INFRA QVOD SAISINA terrarum infringi debet.

CAP. 39.

ITem ordinatum est, quòd si aliquis recuperaverit saisinam alicujus tenementi, per Breve inquisitionis, & alius dicit se esse saisitum de illa terra vel tenemento, tunc erit ei licitum, infringere illam saisinam, infra quindecim dies; si fuerit terra de hæreditate. Et si fuerit de conquæstu, infra quadraginta dies: & sic tenebit se in sua possessione.

PORCI VEL SALMONES CORRVPTI non debent vendi.

CAP. 40.

STatutum est, quòd si porci vel Salmones corrupti, ad vendendum producantur ad forum per quoscunque; capiantur per [a] Ballivos. Et incontinenti mittantur ad leprosos, sine quæstione aliquali. Et si venditor aliquam solutionem inde ceperit: reddat iterum emtori, sine difficultate aliquali. Et si nolit ad id faciendum consentire, distringatur per Ballivos. Et si leprosi ibidem non fuerint, penitùs destruantur.

[a] *Ballivos burgorum, ubi forum tenetur.*

OFFICIARII REGIS IN OFFICIO DElinquentes puniuntur.

CAP. 41.

CVm sit manifestũ, quòd omnis mala regni ad ministratio, & in exsequendis legibus negligentia, debet imputari officiariis Regis; propterea Rex, si ipsi placuerit, vocabit suos officiarios, quibus potestatem & commissionem dedit, & eos coram suo concilio accusabit; & auditis ipsorum defensionibus, concilium de eorum defaltis cognoscet, quia nemo condemnari debet, nisi sit priùs vocatus, & accusatus.

Dam hend sit. de accusationib. c. 5. per ly scriptio. §. Si quis accusator. ff. de munerib. et honorib. l. 3. C. de his qui accus. non poss.

OMNES DEBENT ITER FACERE PER Regnum in forma pacifica.

CAP. 42.

Stat. Rob. 2. c. 12.

ITem, ad impediendum magnas & horribiles destructiones, deprædationes, incendia, & homicîdia, quæ quotidie in omnibus

nibus regni partibus perpetrantur, ſtatutum eſt quòd omnes Vice-comites totius regni publicam proclamationem faciant: quòd nemo equitans aut pedibus iter faciens, ſecum ducat plures perſonas, quàm eas ſolas, pro quarum ſuſtentatione ipſe ſolvit. Stat. will. c. 39.

POENA HOMICIDII, ROBORIAE, incendii.

CAP. 43.

STatutum eſt, ne quis faciat deſtructionem, depræ dationem, incendium, roboriam, homicîdium, ſub pœna amiſſionis vitæ & omnium bonorum (mobilium)

MALEFACTORES AD MANDATVM Vice-comitis, debent comparere coram Juſtitiario.

CAP. 44.

ITem, ſtatutum eſt, quòd omnes Vice-comites diligentem faciant inquiſitionem, ſi qui ſunt communes deſtructores ſive vaſtatores patriæ: aut oppreſſores ligiorum Regis, per depræ dationes, homicîdia, incendia, aut incolarum patriæ oppreſſionem.

2. Et ſi qui inventi fuerint tales malefactores; Vice-comes faciat eos arreſtari: & dimittet eos ad plegiũ (acceptis fide-juſſoribus) quòd comparebunt in proximo itinere juſtitiariæ, tanquam die peremtorio, vnuſquiſque eorum ſub pœna viginti librarum.

3. Et qui non comparuerit, denunciabitur rebellis: & ejus fide-juſſor ſolvet pœnam & ſatisfaciet parti conquerenti.

4. Et ſi quis fuerit, qui talem fide-juſſorem invenire non poterit: Vice-comes ſtatim coget eum ſubire aſſiſam: & ſi attayntus fuerit per aſſiſam tanquam talis malefactor: condemnabitur ad mortem.

DE MALEFACTORIBVS FVGIENTIBVS ab vno Vice-comitatu ad alium.

Stat. Rob. 2. c. 4. c. 13.

CAP. 45.

SI quis malefactor fugerit ab vno Vice-comitatu, in alium: Vice-comes à quo fugit, ſcribet ad Vice-comitem, in cujus Vice-comitatu ille malefactor eſt receptus, præcipiens ei in nomine

mine Domini Regis, vt talem malefactorem arrestet, & ad illum remittat: Cui mandato, Vice-comes tenebitur obedire, & malefactorem remittere: & eo remisso, Vice-comes procedet contra eum in forma juris superiùs expressa.

2. Et sub hac eadem forma, omnes Domini & officiarii Regalitatum, respondebunt literis Vice-comitis. Et vicissim Vice-comes ipsorum literis, in arrestandis malefactoribus fugitivis.

3. In exsecutione hujusmodi arrestationum, omnes Domini, & alii Regis ligii, adjumentum & auxilium ferent Vice-comitibus, & aliis Regis officiariis, secundum eorum potestatem, adversus suos homines & domesticos, tum etiam alienos.

4. Et si quis in hoc inventus fuerit culpabilis; & non surgit cum officiariis Regis, vt dictum est; & hoc probatum fuerit contra eum coram Justitiario, per testes, vel per assisam: punietur pœnâ pecuniariâ decem librarum, Regi persolvendarum, sine remissione.

5. De his articulis justitiarius in singulis suis itineribus inquiret, non solùm de Vice-comitibus, si ipsi faciunt officium suum in exsecutione horum statutorum, quàm de aliis qui Vice-comites adjuvare & auxilium ferre debent regiis ministris, in forma prædicta.

FINIS.

BIBLIOTECA ...
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

IN LIBROS. REG. MAIEST.

INDEX COPIOSVS,

QVI TOTIVS OPERIS EPITOMEN ET PLVRIVM LOcorum paraphrasin continet.

A

ABsentes *in Curiis tàm civilibus, quàm criminalibus, legitimè citati; amerciantur variis & diversis amerciamentis, secundum Curiarum diversitatem.* Leg.Malc.2.cap.8.

Absens *qui personaliter non potest apprehendi, potest per bona attachiari, in causis criminalibus.* Quon.Attach.c.1.7.

Absens *extra regnum semel citatus per sexaginta dies, vel ratione suæ absentiæ essoniatus, debet postèa citari & essoniari, secundum solitum juris ordinem.* Lib.1.cap.8.13.

Absentia *absenti solet esse damnosa, nunquam autem lucrosa: quia absens propter suam absentiam, potest perdere, nihil autem lucrari. Ideoq; assisa potest procedere in causis civilibus contra absentem legitimè citatum.* Lib.1.c.12.6. Lib.3.c.28.4.Quon.Attach.c.52.8.

Si quis vocatus in warantum catallorum calumniatorum non compâreat, sed fuerit absens, reddit calumniato triplum catallorum. Lib 1.cap.17.5.

Et generaliter si tenens amiserit in judicio rem petitam, propter absentiam waranti: warantus tenebitur ei ad competens excambium .i. ad tantum quantum tenens in judicio amisit. Lib. 1. c. 21. 6.

Venditor qui non compâret, ut servet plegium suum indemnem, debet outlagari per totum regnum. Lib. 1. c. 18. 3.

Propter absentiam debitoris, vadium sive pignus adjudicabitur creditori, ex pacto convento, si ita inter eos convenit; vel ex sententia judicis, si nullum pactum intercessit. Lib. 3. c. 5. 6.

Absens *non potest constituere procuratorem. Sed per præsentem in Curia absens potest constitui procurator, contra absentem.* Lib.3. c. 15. 3.4.

Loquelæ sive actiones non solùm differuntur propter absentiam warantorum. Lib. 1. c. 15.

Sed

Sed etiam ſi ſit controverſia, de quo Domino Capitali, terra controverſa teneatur: Hujuſmodi loquèla differri debet, propter abſentiam Dominorum Capitalium, donec ipſi pro ſuo intereſſe, in judicium vocentur. Lib. 1. c. 24. 1.

Abſens *tempore redditi judicii contra illum, poteſt illud contradicere, vel falſare infra quadraginta dies.* Quon. Attach. c. 13. 5. Stat. Wilhel. c. 10. 3.

Propter abſentiam tenentis, Dominus tenementi vacui, & non diſtringibilis, non poteſt ſaiſire tenementum in ſuis manibus, pro arrieragiis firmarum. Quon. Attach. c. 46. 1. 2.

Sed Dominus Capitalis, pro ſervitio ſibi debito, illud ſaiſire & recognoſcere poteſt. Quon. Attach. c. 47.

Arbitri poſſunt dicere ſententiam, ex pacto convento in abſentia alter-utrius partis. Lib. 2. c. 6. 4.

Si Dominus qui recognoſcit terras ſui vaſalli fuerit abſens; & per vaſallum inveniri non poſſit: vaſallus infra annum, & diem, poteſt petere à Domino, terras ſibi dimitti ad plegium. Stat. Rob. 3. c. 2. 5.

Abſens *in ſecunda Curia juſtitiarii poteſt vtlagari.* Stat. Rob. 3. c. 31. 1. 2. *vel etiam in prima Curia.*

Contra abſentem non currit præſcriptio. leg. burg. c. 9. 2.

Abſente *Domino in exercitu Regis, vel in cuſtodia caſtri Regis, vel in Curia Vice-comitis, ejus ſervus namari non poteſt in burgo.* leg. Burg. c 36. 1. 2. 3.

Burgenſis non priùs poteſt terras ſuas vendere, quàm eas offerat proximo heredi. Et ſi hæres ſit abſens extra regnum, debet expectari per quadraginta dies. leg. burg. c. 45. 1.

De abſentia *petentis, id eſt Actoris & Tenentis, id eſt Rei, in judicio.* vide Petens. vid. Tenens. vid. Plobatio. vid. Defalta.

Accvsator *in omni accuſatione & criminali cauſſa intervenire debet: Nam abſq; accuſatore, nemo debet condemnari.* Stat. David. 2. c. 2. 2. leg. burg. c. 41. 1.

Accuſator *aut eſt certus, ſine certa aliqua perſona, quæ aliquem criminis reum defert & accuſat: aut accuſatio inſtituitur per indictamentum* (be way of dittay) Lib. 1. c. 1. 6. 7. Lib. 4. c. 5. 4. 5. *Aut per famam publicam.* Lib. 4. c. 1. 3. *Veluti per famam trium, duarum, vel vnius Baroniæ.* Stat. Alexan. c. 13. 1. Stat. David. 2. c. 17. 1. 2. 3.

Accuſator *qui alium læſæ majeſtatis accuſat, debet invenire plegium de placito perſequendo. Si verò plegios non habeat, dat fidem, ſeq; accuſaturum, juramento interpoſito promittit.* Lib. 4. c. 1. 7.

Accuſare *in hoc crimine, poteſt quilibet liber homo legitimæ ætatis, etiam ruſticus.* Lib. 4. c. 2. 1. 3.

In accuſatione murdri, vel ſimplicis homicidii, propinquior conſanguineus admittitur, & vxor pro morte mariti, vaſallus pro cæde Domini, & Dominus pro nece vaſalli. Lib. 4. c. 5. 4. 7.

In omni cauſſa criminali, qui alium accuſata, debet dare plegium; qui ejus nomine obligabitur, quòd accuſabit eum, quem criminis reum defert. Stat. Rob. 3. c. 29. 1.

Digitized by Google

Qui plegium invenit de proſoquendo, & non vult proſequi, aut qui plegium, non habuerit eſt in miſericordia Regis; & incarcerari poteſt. Stat. Alex. c. 10. Stat. 1. Rob. 1. c. 34. 1. 2. 3.

Nemo poteſt puniri in Burgo, pro fractione legis aut aſſiſæ, niſi ſit aliquis qui eum accuſat. Leg. Burg. c. 41. 1.

Quàm damnum infertur vtriq; parti, qui priùs accuſat, priùs auditur. Leg. Burg. c. 87. 1.

Accuſare *non poſſunt perſonæ infames.* Stat. Wilh. c. 11. 7.

Accuſare *maritum, vxor non cogitur.* Stat. Wilh. c. 19. 1.

Accuſationis *forma, clameum accuſatoris, & reſponſio accuſati.* Mod. ten. cur. c. 78. c. 79.

ACCVSATVS, *vel reus læſæ majeſtatis, etiamſi nullus ſit certus accuſator, per plegios Attachiatur, vel incarceratur.* Lib. 4. c. 1. 10.

Nam generaliter omnes qui accuſantur, de aliquo malefacto, debent dare plegium. Stat. Rob. 3. c. 29. 1.

In omnibus placitis de felonia, accuſatus poteſt dimitti per plegios niſi in homicidio. Lib. 4. cap. 1. 10.

Accuſatus, *qui ratione decrepitæ ætatis, vel Mahamii, duellum declinat cogitur ſe defendere per Dei judicium, veluti per ferrum candens, quam aquam fervidam.* Lib. 4. c. 3. 4.

Accuſato *datur electio aſſiſæ vel duelli.* Lib. 4. c. 1. 13. Quon. Attach. c. 31. 1. c. 61. 1.

In Attachiamento vel citatione debet declarari Accuſato, cauſſa accuſationis. Quon. Attach. c. 64. 1.

Accuſatus *non tenetur reſpondere, vni accuſatori vno die, niſi de vno delicto.* Quon. Attach. c. 65. 1.

Accuſatus *licet ſit abſolutus ad inſtantiam partis: tamen poteſt per judicem nomine Regis accuſari.* Lib. 4. c. 28. 1.

Omnes malefactores accuſati de quocunque malefacto, debent comparere in Curia Regis. Stat. David. 2. c. 9. 2.

Si accuſatus moritur pendente accuſatione, extinguitur delictum. Quon. Attach. c. 98.

Actor vid. Petens.

Actore *non probante Reus abſolvitur.* Quon. Attach. c. 49. 3. Mod. ten. cur. c. 11.

ACQVIETATIO. vid. Purgatio.

ADJORNATVS. vid. Citatio.

ADVENAM *nemini licet in domo ſua retinere vltra vnam noctem, ſine plegio.* Quon. Attach. c. 36. 1. leg. Burg. c. 90. 1.

ADVOCATIO *cauſſarum.* vid. Tranſlatio.

Advocatio *Eccleſiæ, ſi de ea fuerit controverſia, pertinet ad forum Eccleſiaſticarum.* Lib. 1. cap. 1. 2.

Advocatio *Eccleſiæ, nonnunquam pertinet ad mulierem ratione dotis ſive rationabiles tertiæ partis.* Lib. 2. c. 16. 61. 67.

Nonnunquam ad Dominum Capitalem tempore warde. Lib. 2. cap. 42. c. 45. 2.

Et hujusmodi præsentatio vtilis est præsentato, dut ante vitâ suâ. Et si is moritur tempore warde: Dominus potest alium iterum præsentare. Lib. 3. c. 33. vid. Patronus.

Ætas *plena & perfecta hæredis masculi de feudo militari, est viginti vnius annorum. Hoc enim anno finitur warda seu custòdia in hæredibus masculis.* Quon. Attach. c. 91. 2. Stat. 2. Rob. 1. cap. 6. 1.

Sed in finienda warda ætas mulieris hæredis, est quatuor-decim annorum completorum:

Hæres socco-mannus est perfectæ ætatis, cùm decimumquintũ annũ complevit:

Hæres verò Burgensis, quùm rumos numerare, pannos vlnare, & alia negotia paterna exercere noverit. Lib. 2. c. 41. 2. 4.

Controversia de ætate hæredis sitne minor an major, per assisam terminari debet. Lib. 2. c. 43. 1.

Et majorem ætatem allegranti, incumbit onus probanti, per assisam octo legalium hominum. lib. 3. cap. 32. 19.

Ætas *masculorum & fœminarum in nuptiis contrahendis, est quatuordecim annorum.* Quon. Attachiament. c. 91. 1. 2. c. 92. 1. Lib. 2. c. 48.

Si quis sit ætatis 60. annorum, potest declinare duellum. Lib. 4. c. 3. 2. leg. Burg. c. 24. 1.

De Ætatis minoris privilegio. vid. Minor.

Agricvltvra *debet exerceri ab omnibus agrestibus, servis & aliis.* Stat. Alex. c. 1. 1.

Alienare *terras suas fatuus naturalis non potest.* Lib. 2. c. 46. 3.

Alienare *terras suas in lecto ægritudinis nemo potest, sine sui hæredis consensu.* Lib. 2. c. 18. 7. *nisi sit oneratus debitis.* Stat. Wilh. c. 31. 2.

Alienari *terræ Ecclesiasticæ non possunt, sine confirmatione Regis.* Lib. 2. c. 23. 1. 2.

Neque vasalli, sine consensu Domini sui. Stat. Wilh. c. 13. 2.

Maritus non potest alienare hæreditatem vxoris viventis, sine ejus consensu. Quon. Attachiament. c. 20. 1.

Aut *vxoris mortuæ sine licentia ejus hæredis.* Lib. 2. c. 23. 2.

Alienare *bona, redditus seu possessiones, extra regnum sine licentia Regis, non licet.* Stat. 1. Robert. 1. cap. 24. 1.

Non licet alicui alienare suas terras, domui religiosæ, de ipso alienante tenẽdas.

Non licet alienare terras domus religiosæ ipsi alienanti postèa restituendas, vt de ipsa domo teneantur. Stat. 2. Rob. 1. c. 1. 1. 2.

Terræ Ecclesiasticæ sunt de eleemosyna Regis. Lib. 2. c. 29. 5. *Idem dicendum est de terris datis Ecclesiæ, per Barones, & sine eorum consensu alienatis.* vid. Barones.

Alienatio *superioritatis facta per Dominum, sine consensu vasalli, non valet.* Stat. Rob. 3. c. 4. 1. 2

Terræ de feudo militari, alienatæ per vasallum sine consensu Domini, possunt recognosci à Domino. Stat. Rob. 3. c. 19. 4.

Si pars terræ fuerit alienata, pars servitii pro ea solvi debet Domino Capitali. Stat. 2. Rob. 1. c. 25. 4. Stat. Alex. c. 26.

Alienare *licet terras vnicuique in sua legitima potestate, & earum possessionẽ reti-*

retinere toto tempore vitæ ſuæ. leg. burg. c. 12. 1. 2.

Alienatio terrarum ſuarum, eſt conceſſa burgenſibus. leg. burg. cap. 23. 1. *Sed terræ debent primùm offerri propinquioribus hæredibus.* leg. burg. cap. 45. 1. cap. 115. cap. 127. 2. c. 96. 1. cap. 95. 1. *Sine fraude & dolo malo.* leg. burg. c. 96. 1. 6.

Terræ ad feudi-firmam datæ, non poſſunt vendi, niſi offerantur ei, qui eas ad feudi-firmam dedit. leg. burg. c. 100. 1.

Ballivus in burgo in cujus manibus terræ reſignantur, debent eas illi dare in cujus favorem reſignantur. leg. burg. c. 117. 10.

Burgenſis poteſt alienare bona ſua mobilia. leg. burg. c. 125.

Terræ alienatæ, non debent teneri de alienante, aut ejus hæredibus, ſed de Domino Capitali alienantis. ſtat. 2. Rob. 1. c. 25.

AMERCIAMENTVM *aliud atq́; aliud eſt, in diverſis curijs.* leg. Mal. 2. c. 8. 1.

Si tenens qui fecit tres defaltas in tribus curijs, non compareat in quarta Curia ad ſolvendas ſuas defaltas; pro tribus ſuis defaltis, tria amerciamenta Curiæ ſolvere debet. Quon. Attach. c. 4. 6.

Sed ſi quarto die compareat, & defaltas ſuas ſalvaverit, non debet amerciari. Quon. Attach. c. 5. 1.

Qui alium accuſat furti & non probat, amerciatur. Quon. Att. c. 12. 4.

Si judicium redditum in curia baronis, falſatur coram Vice-comite; non levatur niſi unum amerciamentum. Si vero judicium per Vice-comitem datum, falſatur coram juſtitiario, unuſquiſq; ſectator, qui fuit coram Vice-comite, amerciatur per juſtitiarium in decem libris. Quon. Attach. c. 13. 7.

Amerciari poteſt eſſoniator, qui non warantizat ſua eſſonia; aut qui non dat plegios, pro ſuis eſſonijs. Quon. Attach. c. 33. 2.

Amerciamentum falſi judicij contradicti, in curia juſtitiarij, eſt decem librarum. Quon. Attach. cap. 35. 4. *Ut in brevi de nova diſſaiſina.* Quon. Attach. c. 53. 2.

Amerciari non debet ſectator, pro ſua imperitia. Quon. Att. c. 36. 1.

Amerciamentum non capitur, ubi eſcheta capitur. Quon. Att. c. 48. 8.

In brevi diſtrictionis pro debito, debitum petitur ſine amerciamento, utriuſq; partis. Quon. Att. c. 49. 5.

Amerciari poſſunt per judicem Actor & Reus, ſi ambo fuerint abſentes, in termino probationis. Stat. 1. Rob. 1. c. 30. 3.

Qui non tenet curiam in loco, ubi eſt tutus & facilis acceſſus; amerciatur in decem libris. ſtat. 1. Rob. 1. c. 10. 1.

Amerciamentum Curiæ, quàm debetur, ſolvitur per plegios eorum, qui amerciantur. ſtat. Robert. 3. c. 29. 1.

De uno foriſ-facto ſive delicto, unum tantum debetur Amerciamentum. leg. burg. c. 113. 1.

Amerciamenta in burgo, alia pertinent ad Regem, alia ad Burgenſes. ſtat. Gild. c. 45. 1.

Amerciamenta in itinere Cameravij non poſſunt modificari ſine conſenſu Regis. Iter. Cam. c. 32. 1. vid. Foriſ-factum.

Amicabilis *compoſitio dicitur, quæ fit ex pacto convento per Arbitrium.* lib. 1.

cap.27.1.*& per quam dubia inter partes de ſuis litigijs diſſolvuntur*.lib.2.cap.4.10. *Iudex poteſt eſſe amicabilis compoſitor, qui alio nomine dicitur arbitrator*. lib. 2. cap. 4. 10. *& cognoſcere de cauſſa matrimoniali vel criminali*. lib. 2. c. 6. 2.

Angliæ *monèta debet in hoc regno recipi*. ſtat. David. 2. c. 35.

Animalia *poſſunt eſſe eſcheta, ſi per plures vices paſcuntur, in alieno Dominio, vel herbagio*. Quon. Att. c. 48. 6.

Animalia omnia, quæ occidunt homines, ſunt eſcheta Regis. Quon. Attach. c. 48. 12. vid. Equus.

Forma & proceſſus repetendi animal aberrans, quod dicitur wayff. mod. ten. Cur. c. 28. *Et ſi nemo inveniatur, qui illud ſibi vendicat, fit eſcheta*. Quon. Att. c. 48. 14. leg. Foreſta. c. 19. 1.

Animalium damna, quæ alia, alijs dant, aut quæ illis dantur, ab hominibus dolent reſarciri. ſtat. 1. Rob. 1. c. 33. 1. 2. 3. 4.

De damnis animalium, in foreſta Domini Regis, vt ſunt oves, capræ, porci, equi. leg. Foreſt. c. 1. 2. 3. cum ſequentibus & in burgo c. 126. 1. 2. 3. 4.

Annuus redditus *debet ſolvi per tenentem Domino, ſecundum tenorem chartæ*. leg. burg. c. 136. 12.

Proceſſus recuperandi tenementum, propter non ſolutum annuum redditum. leg. burg. c. 136.

Redditus terræ conſiſtentes in denarijs vel alijs rebus, computantur inter res immobiles. lib. 3. cap. 2. 2. *ideóque pro ijs homagium fieri debet*. lib. 2. cap. 65.

Appellare *cauſſis Eccleſiaſticis licet infra quadraginta dies, ad Clerici conſervatorem, & ab eo, ad generalem Cleri congregationem*. ſtat. Rob. 3. c. 6. 2. 3.

Aquæ filum [the ſtreeme of the water] vid. Piſcari. vid. Filum.

Arbitrium *eſt redactum ad ordinem judiciorum. Etenim lites & controverſiæ terminantur per compromiſſum & arbitrium, eodem modo, quo per judicium*. lib. 2. c. 1. 2.

Arbitrium eſt actus legitimus perſonarum, de civili cauſſa in qua ſi judicio id eſt, foro voluntario cõtendentium. lib. 2. c. 2. 1.

Arbiter debet eſſe bonæ famæ, & talis qui à lege non prohibetur. lib. 2. c. 3. 3.

Prohibentur autem ſervus, fœmina, furioſus, ſurdus, mutus, minor 25 annis, Ballivus, ſeu judex. lib. 2. c. 4. 1. 2.

Arbiter cogi poteſt ad arbitrandum. lib. 2. c. 4. 7.

Arbitri debent eſſe numero impares. lib. 2. c. 1. 5. 2.

Sententia majoris partis arbitrorum, eſt valida. lib. 2. c. 5. 2.

Arbitri numero pares poſſunt cogi per judicem, vt tertiam perſonam eligant. lib. 2. 5. 5.

Arbitri poſſunt cognoſcere de cauſſa pecuniaria, temporali & ſpirituali; ſed non de cauſſa matrimoniali, liberali vel criminali. lib. 2. c. 6. 1. 2.

Arbitri poſſunt dicere ſententiam in abſentia partis vel partium. lib. 2. cap. 6. 4.

In eo loco, in quo inter partes convenit, alioqui in loco cõpromiſſi. lib. 2. c. 7. 1. 2.

Arbitri tenẽtur ſecundũ leges arbitrari, ſed nõ in die feſto, niſi in tribus caſibus

lib. 2.

Digitized by Google

lib.2.c.7.4.5.

Eorum ſententiæ, ſi ſit juſta, partes ſtare debent: Et vt ad hoc melius cogi poſſint, ſententia debet eſſe pœnalis. Lib.2.c.8.1.2.

Arbiter non poteſt punire contumacem, qui ipſius ſententiæ non obtemperat: Quia arbiter nullam habet juriſdictionem. Lib.2.c.9.1.

Omnes arbitri debent ſimul ſententiam dicere. Lib.2.c.9.2. *Si modò conjunctim conſtituantur: Nam in ſententia dicenda, ſervari debet forma & modus compromiſſi.*

Arbitrium diſſolvitur morte partium vel arbitrorum, lapſu temporis vel diei, in compromiſſo expreſſi, pacto & conſenſu partium. Lib.2.c.9.10.

Qui ſolvit pœnam arbitrio adjectum, non cogitur ſolvere rem judicatam. Lib. 2.c.10.vid.Compromiſſum.

Arrhæ *in venditione & emtione; datæ, per emtorem, & receptæ per venditorem, faciunt & abſolvunt contractum.* Lib.3.c.10.4.Stat.Gild.c.22.4.

Armorum *ordinatio pro Guerra.* vid. Exercitum.

Arma non debent vendi publicis hoſtibus regni. Stat.1.Rob.1.c.35.

De Arte *& parte Furti.* vid. Furtum.

Assisa *debet eligi, & procedere ad rei veritatem inveſtigandam, ſi tenens ſit Reus, nullas habeat exceptiones, quibus electionem impediat.* Lib.1.c.12.1.lib.2 c.29.13.

Aſſiſa, in brevi de recto, conſtat ex duodecim juratis hominibus. lib.1.c.1.2.

Forma juramenti. lib.1.c.12.Leg.Burg.c.127.

In Aſſiſa de brevi de recto, ignorantes ſunt rejiciendi, donec inveniantur duodecim de rei veritate concordes. lib.1.c.12.9.10.

Cauſſam amittens per aſſiſam, nunquam poſtea auditur. lib.1.c.13.2.3.

Aſſiſarij (perſonæ Aſſiſæ) ſi fuerint de perjurio convicti, per magnam Aſſiſam; vel ſi perjurium confeſſi fuerint: omnia eorum bona mobilia confiſcantur, ipſi incarcerantur, & infamia notantur. lib.1.c.14.2.

Per aſſiſam queſtio ætatis majoris vel minoris, debet terminari. lib.2.c.43. 1.lib.3.c.32.19. *Per Aſſiſam 32 hominum, ſolet de uſuris inquiri, poſt mortem uſurarij.* lib.2.c.54.2.

Per Aſſiſam determinatur queſtio ſervitij inter Dominum & Vaſallum. lib.1 c.12.2. lib.2.c.63.14. *Et limites terrarum inter vicinos.* lib.2.c.74.14. *Et occultatio theſauri inventi fraudulosa.* lib.c.4.c.4.3.

De furto inquiritur per aſſiſam. Quon.Attach.c.12.2.c.41.1.

Per aſſiſam terra debet, ter in anno purgari. Quon.Attach.c.41.1.

Queſtio ſtatus ſeu Nativitatis, utrum ſcilicet aliquis ſit liber, an ſervus, per aſſiſam inquiritur. Quon.Att.c.565. lib.2.c.11 10.

Tenor Chartæ amiſſæ, per aſſiſam probatur. Quon.Att.c. 55.6.

In cauſſa furti, vel roboriæ, damna poſſunt taxari per aſſiſam. Quon. Att. c. 68.1. *Eodem modo, quo in alio omni crimine.* Quon. Att. c. 69. 2.

Per aſſiſam inquiritur de deforciamento facto Miniſtris Domini Regis. Stat. Wilh.c.4.6.

Per aſſiſam inquiſitio fit de eſſonio infirmitatis. Stat.1. Rob.1.c.6.2. *Et de modo quo quis tenet terras, qui Chartam de eis non habet.* Rob. 3.c.36.4.

Terræ emtio & venditio, probatur per aſſiſam. Leg.Burg.c.127.4.

Eodem modo, quo recens deforciatio in Burgo. l.Burg.c.135.4.

Per aſſiſam debent omnes malefactores judicari. ſtat. Alex. c. 3. 2. 5. 6.

Aſſiſa de amiſſione vitæ, membrorum vel terræ, debent fieri per liberè tenentes per chartas. ſtat. Alex. c. 3. 7.

Qui ſponte ſua conſentiunt in aſſiſam, nullum habent eſſonium. Quon. Att. c. 33. 4.

Perſonæ aſſiſæ, debent habere notitiam rei controverſæ, vel per viſum, vel per auditum & verba Patrum ſuorum. lib. 1. c. 12. 13. Leg. Burg. c. 127. 4.

Res judicata per unam Aſſiſam, non debet per aliam Aſſiſam judicari iterum: quia obſtat rei judicatæ exceptio. Quon. Att. c. 82. 1.

Terra amiſſa per defaltam in Aſſiſa, nunquam recuperatur. Quon. Attach. c. 96. 2.

Per aſſiſam recognoſci poteſt, utrum quis poſſideat terram, ut feudum ſuum, an ut vadium. lib. 3. c. 6. 4. *Et utrum aliquis obyt ſaiſitus, & veſtitus in terra aliqua, ut de feudo, an de warda.* lib. 3. c. 32. 5.

Brevia de morte anteceſſoris, & novæ diſſaiſinæ, debent implacitari per aſſiſam. ſta. David. c. 19. 1.

Aſſiſa in brevi de morte Anteceſſoris, debet ex duodecim liberis, & legalibus hominibus de vicinèto, fieri & conſtare in præſentia petentis & tenentis; vel abſente tenente, ſi ſit legitimè citatus. lib. 3. c. 28. 12.

Eorum nomina imbreviantur per Curiæ Clericum, & tenens citari debet, ut veredictum aſſiſæ audiat. Tenenti ſua conceduntur eſſonia: & ſive venerit, ſive non, die ſtatuto procedit aſſiſa. lib. 3. c. 28. 8. 9. 10.

Si aſſiſa dejudicat alicui, vel ejus anteceſſori, ultimam præſentationem Eccleſiæ, hoc ipſo, jus patronatus ad eum pertinere intelligitur. lib. 3. c. 33. 4.

Aſſiſæ vel Duelli, electio datur defendenti. lib. 4. c. 1. 13.

Aſylum *debet eſſe vnicuiq; tutum refugium: ideoq; punitur certo vaccarum numero, qui aliquem in aſylo injuria afficit, vel interficit.* ſtat. Wilh. c. 5. 1.

De pœnitentia & reſtitutione eorum qui confugiunt ad aſylum. ſtat. Alex. c. 6. ſtat. Rob. 2. c. 9.

Attachiamentum *dicitur quoddam vinculum juris, per quod Reus invitus, cogitur reſpondere juridicè, parti deſe conquerenti. Fieri debet per judicem, vel ejus ſerjandum. Per bona partis, regulariter in cauſis civilibus. Nonnunquam verò per bona in alijs cauſſis, ſi quis non petitur ſe attachiari, aut cùm eſt fugitivus.*

Fit quoque per corpus partis defendentis, ut in placito tranſgreſſionis. Quon. Attach. c. 1.

Poſſeſſor rei, de cuius warantia quæſtio eſt, debet invenire fide-Juſſores, de re intranda in judicium: alioqui ejus corpus cum re Attachiabitur. lib. 1. c. 15. 6.

In Attachiamento debet contineri, & Attachiato declarari cauſſa Attachiationis. Quon. Attach, c. 64. 1.

Attachiatores debent ſuſtentari, de bonis Attachiati. lib. 4. c. 30. 3.

Serjandus negligens in faciendis Attachiamentis ſolvit damna parti. Mod. ten. Cur. c. 15.

Nemo debet attachiari, niſi ſit indictatus, de aliqua felonia. ſtat. Al. c. 2. 5.

Attachiari nemo debet in nundinis, niſi in criminibus gravioribus. leg. burg. c. 91. 1.

Si quis manens in burgo, attachiatus fuerit infra burgum, ibidem debet judicium in ſe ſuſcipere. leg. burg. c. 116. vid. Plegius.

Digitized by Google

AVXILIA *debent præſtari per vaſallum Domino.* vid. Hæres. vid. Dominus. vid. Vaſallus. vid. Filius. vid. Filia.

B

BAIRMAM vid. Ceſſio bonorum.

BALLIVVS *ſive judex, non poteſt eſſe arbiter in eadem cauſſa in qua eſt judex.* lib. 2. c. 4. 5. *Poteſt punire contumacem.* lib. 2. c. 9. 1. *Ballivus ſeu Seneſcallus, debet eſſe procurator, ſeu reſponſalis Domini ſui in loquelis & placitis, ex* lib. 3. c. 15. 7. vid. Iudex.

BARONES *in ſuis curiis capiunt idem amerciamentum, quod Vice-comes in ſua curia, & iiſdem legibus eâdemque formâ proceſſus vtuntur, qua Vice-comes.* L. 2. Mal. 2. c. 8. 6.

Baro habet eſchetam ejus, qui damnatur furti. Leg. Mal. 2. c. 9. 1.

Placitum de Baronijs pertinet ad vice-comitem. lib. 1. c. 3. 1.

Barones poſſunt petere conſilium à curia Regis de his quæ ſunt difficilia: ideoq; in eorum curiis determinari non poſſunt. lib. 3. c. 23. 5. 6.

Barones poſſunt terras ſuas, ter in anno purgare, de malefactoribus. Quon. Att. c. 41. 1.

Poſſunt curias ſuas tenere, de cauſſis criminalibus & eſchetis. Quon. Atta. c. 43. 1.

Poſſunt incarcerare fures captos in ſuis Baroniis. leg. Mal. 2. c. 9. 1.

Barones & alij habentes poteſtatem in cauſſis criminalibus, debent tenere curias ſuas, eodem modo quo juſtitiarius tenet ſuas. ſtat. Rob. 3. c. 33. 2.

Barones non poſſunt facere concordiam de furto vel homicidio, ſine licentia Regis. Quon. Att. c. 77.

Nec coguntur mutare ſuum Dominum Capitalem, etiamſi eorum ſuperioritas alienetur per Regem ſine eorum conſenſu. ſtat. Rob. 3. c. 4. 1. 2.

Non poſſunt tenere curias duelli, aquæ, vel ferri: niſi Vice-comes interſit, Stat. Wilh. c. 16.

Nam in omnibus baronum curijs, Vice-comes aut ejus ſerviens, debet intereſſe. ſtat. Alex. c. 14. 1.

Non capiunt eſchetam ejus, qui condemnatur de aliquo placito coronæ. leg. Mal. 2. c. 13. 3. *Quia placita coronæ, non pertinent ad curiam Baronis:* vid. Placita coronæ.

Baronibus, juſtitiarius nonnunquam tradit fures & homicidas, vt puniantur. Stat. Alexand. c. 2. 6.

Si Barones, vel eorum anteceſſores alienarunt terras Eccleſiæ, vel domui religioſæ, nomine eleemoſynæ; & terræ poſteà alienentur per Eccleſiam contra formam collationis: vel ſi eleemoſina ſubtracta fuerit, per biennium: licet ipſi Baroni qui terras dedit, vel ejus hæredibus terras repetere. Stat. 2. Rob. 1. c. 1. 5.

Barones *debent punire malefactores captos in corum foreſtis.* leg. Foreſt. cap. 21. 1.

Barones *& alii libere-tenentes, debent habere ſua ſigilla, ad ſigillandos returnatos, in Brevi inquiſitionis.* Stat. Rob. 3. c. 1. 5.

Barones *& alii libere-tenentes per Chartam non ſolvunt cuſtumam in Bar-*

gis, pro his rebus quæ pertinent ad victum. de Cuſtum. c.2.

Barones *non poſſunt cognoſcere de furto, niſi ſit furtum manifeſtum.* Quon. Att.c.100.1.

BASTARDVS *non poteſt eſſe hæres, neque poteſt cuiquam ſuccedere.* lib.2 c.50.1.

*Ideoq; exceptio Baſtardiæ objecta petenti hæreditatem ſui anteceſſoris, impedit Breve de morte anteceſſoris.*lib.3.cap.29.5.

*Et cùm exceptio Baſtardiæ, objicitur contra eum, qui hæreditatem petit in curia laïcali, cauſſa de petitione hæreditatis, ibi ceſſat & dormit, donec in curia Chriſtianitatis, ſive Eccleſiaſtica, determinatum fuerit, vtrum petens ſit natus ex legitimo matrimonio nec ne.*lib,2.c.50.2.

Baſtardus nullum poteſt habere hæredem, niſi de corpore ſuo, ex legitimo matrimonio procreatum lib.2.c.52.

Et Baſtardo non habenti hæredem de corpore ſuo, Rex ſuccedit jure coronæ ſuæ ibidem.

*Baſtardus is eſt, qui natus eſt ante matrimonium legitimè contractum, tametſi ejus parentes, poſt ejus nativitatem, matrimonium cõtraxerint.*lib.2.c.51.1.

BLAE and BLOODIE *quum utraq; pars, talem injuriam patiturus prius audietur, qui prius conqueritur & ad judicium provocat.*Leg.burg.c.87.

BLOODVVIT *non habet locum in burgo,*Leg.Burg.c.19.

BONA *non debent exportari extra regnum.* vid.Rex. vid. Carcer. vid. *alienare.*

BONA *Felonum vid.Felonum. Bona vid.Terræ.*

BOVES *& vaccæ non debent tranſportari.*Stat.David 2.c.49.

BRASIATRIX *punitur in Burgo Per præpoſitum ſupra Caſtigatorium.*Leg. Burg.c.21.

*Præſertim ſi malam cerviſiam Braſiaverit. Et debet exponere ſignum, vt cerviſia guſtari poſſit.*Leg.Burg.c.69.6.

Debet vendere cerviſiam communiter omnibus, tàm extraneis quàm aliis. Leg.Burg.c.71.1. *Sed non cogitur illis vendere cerviſiam, qui pro ea non ſolvunt.*Leg.Burg.c.130.

*Certum pretium cerviſiæ conſtituitur.*Stat.Gild.c.26.

*In Burgo præpoſitus, Ballivi, Bedellus non poſſunt facere cerviſiam, ad vendendum,*Leg.Burg.c.65.

*Braſiatrix debet dare certam firmam Præpoſito Burgi.*Leg.Burg.c.39.

Non debet emere in foro, plus quàm vnam celdram avenarum, ad braſiandum Stat.Gild.c.39.

Braſiatores variis de cauſſis poſſunt accuſari in itinere Camerarij. Iter. Cam.c.10.

Qui faciunt Braſium [Malt-men] *variis de cauſſis poſſunt accuſari coram Camerario.*Iter.Camer.c.26.

BREVE de *Nativis.*vid.Nativi.

Breve de recognitionibus. vid.Recognitio.

Breve de morte anteceſſoris, vid. Mort. anteceſſoris

Breve de nova Diſſaiſina. vid. Nova diſſaiſina.

*Breve de Purpræſturis.*vid.Purpræſtura.

Breve

Digitized by Google

Breve de Diſtrictionibus. vid. Diſtrictio. vid. Namare.
Breve de Protectione Domini Regis infricta. vid. Protectio.
Breve de Waranto. vid. Warantum.
Breve Terambulationis vid. Perambulatio.
Breve de Conventione obſervanda. Quon Attach.c.49.vid.Pactum.
Breve de recto in Burgo. vid. Burgus.
Breve Inquiſitionis. vid. Morte Anteceſſoris.
Breve de recto extra Burgum datur contra eum, qui alicujus terram detinet per deforciamentum, [perforce and againſt Law] Lib. 1. c. 6. *Poteſt continuari per totum annum, etiam per dies feriarum, prohibitos de quindena ad quindenam.* Quon Attach.c.9.2.
Per Breve de recto, poſſunt implacitari terræ, à Rege datæ per certas diviſas. Quon Attach.c.78.
Broccarii *debent eligi per communiam villæ, ſeu Burgi.* Stat.Gil.c.27.
Burdingser. *Nemo debet ſuſpendi pro tanto cibi, quantum poteſt portare ſuper dorſum ſuum in ſacco.* Lib.4.c.16.1.
Burgi *principales ſunt quatuor ex parte Auſtrali aquæ de* Forth.Edinburgh, Stirling, Bervick & Roxburgh. cur quatuor burg. c. 1. *vel* Edinburgh, Stirling, Lanark & Linlithcow.mod. ten.cur c.17.cur. quatuor burg.c.2.
Burgagium de Rege tentum, non importat cuſtodiam hæredis alicujus Burgenſis, aut terrarum ad eum pertinentium. Lib.2.c.44.4.
Quia hæres, & ejus catalli, erunt in cuſtodia cognatorum, & hæreditas in cuſtodia agnatorum. Leg. Burg. c. 106.
Amerciamentum, in curia Burgi coram Præpoſito, & Ballivis, non excedit ſummam octo ſolidorum. Leg.Malc.2.c.8.3. Leg. Burg. c.42.
Quilibet Burgenſis ſolvit Regi annuatim pro quilibet perticata terræ, quinq; denarios. Leg.Burg. c. 1. *Libertates burgenſium ſunt ſervandæ.* Stat. David. 2. cap. 32.
Tam de terra vaſta quàm de aliis. Leg. Burg.29.4.
Nemo poteſt eſſe Burgenſis, niſi habet perticatam terræ. Leg.Burg.c.53.
Aut terram aliquam diſtringibilem, ſeu inhabitatam. Leg.Burg.29.
Burgenſis Ruſticus, defendit ſe Duello, contra Burgenſem in Burgo: ſed Burgenſis non cogitur pugnare. Leg. Burg. c. 13. 2.3.
Et Burgenſis poteſt declinare duellum, contra forinſecum. Leg.Burg.c.14.1.
Burgenſis Regis, poteſt cogere Burgenſem *Eccleſiæ, vel Baronis pugnare, ſed non poteſt ab illis cogi vt pugnet.* Leg.Burg.c.15.
☞ *Victualia per navim adducta, in Burgum: non poſſunt emi à foriſ-habitãtibus.* Stat.Gild.c.46.
De emtione, & venditione in Burgo. vid.Emtio.
Herrezelda non debet capi infra Burgum. Leg.Burg.c. 19.
Pannum facere, & ſecare, nemo poteſt niſi Burgenſis. Leg.Burg.c.22.
Curialitas habet locum in Burgo. Leg.Burg.c.44.
Lot, & Cuvil, Burgenſes habent, & nulli alij, niſi in Nundinis. Leg.Burg. c. 59.Stat.1.Gild.c.20.
Tempore nundinarum in Burgo, nemo debet capi, attachiari, vel namiri, niſi in certis caſibus. Leg.Burg.c.91.1.c.93.c.3.

gis, pro his rebus quæ pertinent ad victum. de Cuſtum. c.2.

Barones *non poſſunt cognoſcere de furto, niſi ſit furtum manifeſtum.* Quon. Att.c.100.1.

BASTARDVS *non poteſt eſſe hæres, neque poteſt cuiquam ſuccedere.* lib.2 c.50.1.

*Ideoq; exceptio Baſtardiæ objecta petenti hæreditatem ſui anteceſſoris, impedit Breve de morte anteceſſoris.*lib.3.cap.29.5.

*Et cùm exceptio Baſtardiæ, objicitur contra eum, qui hæreditatem petit in curia laicali, cauſſa de petitione hæreditatis, ibi ceſſat & dormit, donec in curia Chriſtianitatis, ſive Eccleſiaſtica, determinatum fuerit, vtrum petens ſit natus ex legitimo matrimonio nec ne.*lib,2.c.50.2.

Baſtardus nullum poteſt habere hæredem, niſi de corpore ſuo, ex legitimo matrimonio procreatum lib.2.c.52.

Et Baſtardo non habenti hæredem de corpore ſuo, Rex ſuccedit jure coronæ ſuæ ibidem.

*Baſtardus is eſt, qui natus eſt ante matrimonium legitimè contractum, tametſi ejus parentes, poſt ejus nativitatem, matrimonium cõtraxerint.*lib.2.c.51.1.

BLAE and BLOODIE *quum utraq; pars, talem injuriam patiturus priùs audietur, qui priùs conqueritur & ad judicium provocat.*Leg.burg.c.87.1.

BLOODVVIT *non habet locum in burgo,*Leg.Burg.c.19.

BONA *non debent exportari extra regnum.* vid.Rex. vid.Carcer. vid. *alienare.*

BONA *Felonum vid.Felonum.Bona.vid.Terræ.*

BOVES *& vaccæ non debent tranſportari.*Stat.David 2.c.49.

BRASIATRIX *punitur in Burgo Per præpoſitum ſupra Caſtigatorium.*Leg. Burg.c.21.

*Præſertim ſi malam cerviſiam Braſiaverit.Et debet exponere ſignum, vt cerviſia guſtari poſſit.*Leg.Burg.c.69.6.

Debet vendere cerviſiam communiter omnibus, tàm extraneis quàm alijs. Leg.Burg.c.71.1. *Sed non datur illis vendere cerviſiam, qui pro ea non ſolvunt.*Leg.Burg.c.130.

*Certum pretium cerviſiæ conſtituitur.*Stat.Gild.c.26.

*In Burgo præpoſitus, Ballivi, Bedellus non poſſunt facere cerviſiam, ad vendendum,*Leg.Burg.c.65.

*Braſiatrix debet dare certam firmam Præpoſito Burgi.*Leg.Burg.c.39.

Non debet emere in foro, plus quàm vnam celdram avenarum, ad braſiandum Stat.Gild.c.39.

Braſiatores variis de cauſſis poſſunt accuſari in itinere Camerarij. Iter. Cam.c.10.

Qui faciunt Braſium [Malt-men] *variis de cauſſis poſſunt accuſari coram Camerario.*Iter.Camer.c.26.

BREVE de *Nativis.*vid.Nativi.

Breve de recognitionibus. vid.Recognitio.

Breve de morte anteceſſoris, vid. Mort. anteceſſoris

Breve de nova Diſſaiſina. vid. Nova diſſaiſina.

*Breve de Purpræſturis.*vid.Purpræſtura.

Breve

Digitized by Google

Breve de Diſtrictionibus. vid. Diſtrictio. vid. Namare.
Breve de Protectione Domini Regis infricta. vid. Protectio.
Breve de waranto. vid. Warantum.
Breve Terambulationis vid. Perambulatio.
Breve de Conventione obſervanda. Quon Attach.c.49.vid.Pactum.
Breve de recto in Burgo. vid. Burgus.
Breve Inquiſitionis. vid. Morte Anteceſſoris.
Breve de recto extra Burgum datur contra eum, qui alicujus terram detinet per deforciamentum, [perforce and againſt Law] Lib. 1. c. 6. *Poteſt continuari per totum annum, etiam per dies feriarum, prohibitos de quindena ad quindenam.* Quon Attach.c.9.2.
Per Breve de recto, poſſunt implacitari terræ, à Rege datæ per certas diviſas. Quon Attach.c.78.
Broccarii *debent eligi per communiam ville, ſeu Burgi.* Stat.Gil. c.27.
Burdingser. *Nemo debet ſuſpendi pro tanto cibi, quantum poteſt portare ſuper dorſum ſuum in ſacco.* Lib.4. c.16.1.
Burgi *principales ſunt quatuor ex parte Auſtrali aquæ de* Forth.Edinburgh, Stirling, Bervick & Roxburgh. cur quatuor burg. c. 1. *vel* Edinburgh, Stirling,Lanark & Linlithcow.mod. ten.cur c.17.cur. quatuor burg.c.2.
Burgagium de Rege tentum, non importat cuſtodiam hæredis alicujus Burgenſis, aut terrarum ad eum pertinentium. Lib.2. c.44.4.
Quia hæres, & ejus catalli, erunt in cuſtodia cognatorum, & hereditas in cuſtodia agnatorum. Leg. Burg. c. 106.
Amerciamentum in curia Burgi coram Præpoſito, & Ballivis, non excedit ſummam octo ſolidorum. Leg.Malc.2.c.8.3. Leg. Burg. c.42.
Quilibet Burgenſis ſolvit Regi annuatim pro quilibet perticata terræ, quinq; denarios. Leg.Burg. c. 1. *Libertates burgenſium ſunt ſervande.* Stat. David. 2. cap. 32.
Tam de terra vaſta quam de alijs. Leg. Burg.29.4.
Nemo poteſt eſſe Burgenſis, niſi habet perticatam terræ. Leg.Burg.c.53.
Aut terram aliquam diſtringibilem, ſeu inhabitatam. Leg.Burg.29.
Burgenſis Ruſticus, defendit ſe Duello, contra Burgenſem in Burgo: ſed Burgenſis non cogitur pugnare. Leg. Burg. c. 13. 2.3.
Et Burgenſis poteſt declinare duellum, contra forinſecum. Leg.Burg.c.14.1.
Burgenſis Regis, poteſt cogere Burgenſem Eccleſiæ, vel Baronis pugnare, ſed non poteſt ab illis cogi ut pugnet. Leg.Burg.c.15.
Victualia per navim adducta, in Burgum: non poſſunt emi à foris-habitãtibus. Stat.Gild.c.46.
De emtione, & venditione in Burgo. vid.Emtio.
Herrezelda non debet capi infra Burgum. Leg.Burg.c. 19.
Pannum facere, & ſecare, nemo poteſt niſi Burgenſis. Leg.Burg.c.22.
Curialitas habet locum in Burgo. Leg.Burg.c.44.
Lot, & Civil, Burgenſes habent, & nulli alij niſi in Nundinis. Leg.Burg. c. 59.Stat.1.Gild.c.20.
Tempore nundinarum in Burgo, nemo debet capi, attachiari, vel namiri, niſi in certis caſibus. Leg.Burg.c.91.1.c.93.c.3.

Index.

Duo non poſſunt eſſe ſimul, & eodem tempore Burgenſes de eodem Burgagio. leg.burg.c.138.

Burgenſes Regis, habent poteſtatem emendi & vendendi, per totum Regnum. leg.burg.c.139.

Forēſis debet reſpōdere burgēſi, rē ſuā repetēti, infra burgum. leg.burg.c.5.2.

Placita & actiones terminantur infra burgum. leg burg.c.6.1.2.

Burgenſis debet judicari in ſuo burgo, per ſuos pares & ſecundum leges burgi. leg.burg.c.7.1. *Sive ſit contra Ruſticum.* leg.burg,c.13.2. *Aut contra forinſecū.* leg.burg.c.14.3. *Aut contra Caſtellinū.* leg.bur.c.49. Quon.Att,c.67.1.

In curiis burgorum, replegiatio non habet locum. ſtat.1.Rob.1,c.17.3.

Sed tamen burgenſis citatus ad curiam Regis debet comparere, & ab illa curia adſui burgi curiam replegiari. leg.burg.61.1.

Burgenſes poſſunt replegiari in itinere juſtitiarij. Iter.juſt.c.1.

Burgenſis acquirit Dominium terrarum quas poſſedit, per annum & diem pacificè in burgo. leg.burg.9.1. *Mercatores debent emere ſuas mercantias a burgenſibus.* leg.burg.c.18.

Soli burgenſes habent furnum. leg.burg.c.20.

Soli burgēſes faciunt & ſecāt pannū: & emūt lanam ad tingendū. leg.b.c.22.

Burgenſis poteſt terras ſuas alienare & liberè ire quo voluerit. vid.Alien.

Burgenſis poteſt namare forinſecum. vid.Namare.

Burgenſis poteſt dare ſuū conqueſtū cui voluerit. Sed hæreditatem ſuā vēdere non poteſt; niſi neceſſitas eum urgeat: & proximioribus hæredibus offeratur. vAl.

Burgenſes non debent per Caſtellanos ſpoliari ſuis gallinis, aucis, porcis. le.b.50.

Burgenſis poteſt habere pondera & menſuras in ſua domo. leg. burg.c.52.

Burgenſis non cogitur commodare Caſtellano, ultra valorem quadraginta denariorum. leg. burg.60.

Burgenſis habitans extra burgum, non gaudet libertate ſua, niſi in eo burgo, in quo eſt burgenſis. leg.burg,c.108.

Si quis manens in burgo, attachiatur in burgo, ibidem debet reſpondere; quia non debet duci extra libertatem burgi, ſi plegios habet. leg.burg,c.116.

Si burgenſis deliquerit in aliqua baronia, extra burgum: judicari debet per legem Mercatorum. leg.burg.c.120.

Burgenſis rebellis, domus dejicitur, & ipſe urbe ejicitur. leg.burg.c 122.

Hæres burgenſis, debet habere bona mobilia hereditaria, his aireſchip. leg. burg.125. *Et niſi ſit foriſ-familiatus, ſuccedit in bonis mobilibus æqualiter cum aliis liberis.* leg.2.1.burg.124.

Ad Præpoſitum burgi pertinet foriſ-factū panis, & cerviſiæ. leg.burg.c.211.

Præpoſitus habet certā firmā annuatim, de Braſiatricibus. leg.burg.c.39.

Et in quolibet die fori, ſtallangiatores & Mercatores extranei debent illi ſatisfacere. leg.burg.c.40.

Præpoſitus non poteſt cogere aliquem jurare, niſi ſit aliquis qui eum accuſat. leg.burg.c.41.1.

In emtione terræ, emtor dabit unum denarium & venditor alterum Præpoſito. leg.burg. c.56.

Præpoſitus nihil poteſt probare per teſtes, contra aliquē in burgo. leg.bur.c.82.

Præpoſitus debet elegere in burgo lineatores, cū cōſilio cōmunitatis. l.b.c.102.

Præpoſitus & ballivi, ex præcepto Regis poſſunt cognoſcere, de diſtrictionibus

per

ſuper debitis,of poynding for debts. lib. 1.c.5.5. *Et de brevi de recto in burgo*. Quon.Attach. c.57.

Præpoſitus & Ballivi debent eligi in feſto S. Michaelis, per communè concilium. leg.burg. c.76.1..

Præpoſitus, Ballivus, Bedellus, non poſſunt facere panem, vel cerviſiam ad vendendum. leg. Burg. c. 65.

Si quis diſperſonaverit Præpoſitum, vel Ballivos in curia: debet emendam facere. leg. burg. c. 104. 1.

Ballivi burgorū, varijs de cauſſis poſſunt accuſari in itinere Camer.Iter.Cam..c.4

Camerarium ſolum habent judicem; & quod ab eo decretum fuerit ſolvere debent.Iter.Cam.c.37.c.38.

Præcones ſervientes, ſeu ſerjandi in burgo, debent eligi ob omnibus burgenſibus & jurare fidelitatem.leg. burg. c. 76.

De falſo convictis, puniuntur foriſ-facto burgi, amiſſione officij, & infamiâ. leg.burg.c.75.

Varijs de cauſſis poſſunt accuſari coram Camerario. Iter. Cam. c. 5.

Nihil poſſunt probare contra alium in burgo per teſtes. leg. burg. c. 82.

Placita Capitalia in burgo ſunt tria, quæ certis temporibus teneri, & quibus burgenſes intereſſe debent. leg. burg. c. 43.

Debēt currere & cōtinuari de quindena, ad quindenā & nō vlteriùs leg.bu.c.51

Burgenſes debent ad eam venire certâ dei horâ. leg. burg. c. 81.

Placitum inter burgenſem & Mercatorem, debet terminari, infra tertiam maris refluctionem. leg. burg.. c.8.

Plegius pro burgenſe nemo poteſt eſſe niſi burgenſis. leg. burg. c. 35. c.129.

Si burgenſis captus fuerit pro debito, vel delicto: debet replegiari per ſuos comburgenſes.leg.burg.c.55.

Burgenſis calumniatus de maleficio & non habens plegium, debet tradi ballivo Regis & incarcerari. leg. burg. c. 62.1. & c.80.3.

Plegius debet dari pro rebus inventis in nundinis, quæ dicuntur furatæ, robatæ vel amiſſæ. leg. burg. c. 92. 2.

Plegius burgenſis, mortuo burgenſe, poteſt ipſius terras capere & vendere creditoribus.leg.burg.c.94. *Eodem modo quo creditor poteſt vendere terras debitoris*.leg.burg. c.95.

De vno debito, non eſt niſi vnum plegiagium: Nam ſi ſunt plures plegij obligati, vnius ſolutione ceteri liberantur. leg. burg. c. 113.

Attachiatus in burgo non habens plegium poteſt incarcerari. leg. burg. c.116.

Burgenſis poteſt namare foriſ-habitantem, niſi is ſit in nundinis, aut in exercitu Regis. leg.burg.c.3.

Aut niſi forinſecus ſedeat ſuper equum ſuum, aut fuerit namatus eodem die, aut venerit ad intrandum ſuum Namum.leg.burg.c.34.

Non poteſt forēſis namari ſi ejus Dominus eſt in exercitu Regis, aut in cuſtōdia caſtri, aut in curia vice-comitis, aut ſi venerit pro cibo Domini ſui.leg.burg.c.36.

Jure manentes poſſunt replegiari ſuos namos. leg. burg. c.37.

Namari non debent, qui portāt piſces, aut focalia ad vendendū, leg.burg.c.38.

Vnus burgenſis, non poteſt namare alium burgenſem. leg. burg.c.47.

Burgenſis poteſt namare ſuum firmariū, ſine licentia præpoſiti. leg.burg.c.57.

Burgenſis namare poteſt ſtallangiatorem. leg.burg. c.58.

Sed nōpoteſt namare burgenſē alterius burgi, in certis caſibus.leg.burg.c.105.

Braſiator

Braſiator, Carnifices, Molendinarius, Piſcatores, Piſtores, Foriſſtallatores, Regratarii, Stallangiatores, Sutores, Pectrices, Broccarij, De his omnibus aliiſque artificibus, vide in ſuis locis. vid. Gild.

De purgatione Burgenſis. vid. Purgatio.

C.

CALVMNIATOR vid. Accuſator.

CALVMNIATVS vid. Accuſatus.

CAMERARIVS *pro feudo ſuo, habet ducentas libras, de eſchetis, amerciamentis, tóloneis, & cuſtumis Burgorum.* Leg. Mal. c. 2. c. 4. *Poteſt conſtituere mercedem monetarij, & operariorum monetæ.* Stat. David. 2. c. 38.

De et conſtituere tronam ad ponderationem lanæ. ſtat. David. 2. 9. 39.

Quomodo Camerarius debet tenere iter ſuum. tot. tit. de Itin. Cam.

Clericus Camerarij, debet per Regem deputari, ejus mandata ſequi, & illi ſoli obligari. Iter Camerarij. c. 28.

Camerarius debet tenere iter ſuum, in æſtate. Iter. Cam. c. 30.

Debet conſtituere pretium victualium, & aliarum rerum in Burgo. Iter. Cam. cap. 33.

Ejus decreta non poſſunt accuſari, per judicem inferiorem. Iter. Cam. c. 35.

Et debent exſecutioni mandari, per Ballivos burgi. Iter. Cam. c. 37. *in Ballivos burgi cùm de eorum officio agitur, ſolus habet juriſdictionem.* Iter. C. c. 38.

CANCELLARIVS *pro feudo ſuo, habet feudum magni ſigilli. Quantum ſcilicet pro ſigillo, literis & Chartis appenſo, ſolvitur. Quod particulariter ſcribitur.* in leg. Mal. 2. c. 2.

Debet curare vt debita mercatorũ in judicio recuperata, ipſis ſolvantur. Stat. 2. Rob. 1. c. 19. 4.

Et vt retornatus in Brevi inquiſitionis rectè fiat. Stat. Rob. 3. c. 1.

Et vt teſtes ponantur in Charta reſignationis, qui fuerunt præſentes tempore reſignationis. Stat. Rob. 3. c. 9. 3.

CANIS *qui fures perſequitur* (ane Sleuth-hound) *non debet impediri, aut turbari.* lib. 4. 32 *Sed licentia Domini terræ peti debet.* lib. 4. c. 33.

Qui alienum canem domeſticum interficit, debet vigilare ejus ſimarium (his middin) *per annum & diem & damna ſolvere.* Stat. David. 2. c. 15.

CAPITALIS *Dominus.* vid. Dominus.

CAPTIONVM *literæ, directæ per officiales, aut Epiſcopos judicibus ſecularibus debent per eos exſecutioni mandari.* Stat. Rob. 3. c. 6. 1. *Forma Brevis de capiendo debitore.* Stat. 2. Rob. 1. c. 20.

CARCERI *includitur, & incarceratur reus Læſæ majeſtatis.* lib. 4. c. 1. 10.

Incarcerantur convicti de perjurio, ſuper aſſiſam. lib. 1. c. 14. 4.

Qui de alio conqueritur in cauſſa criminali, & plegium non habuerit de proſequendo: vel qui proſequi noluerit. Stat Alex. c. 10. 1. 3. Stat. 1. Rob. 1. c. 34.

Qui accepit Thift-bute *pro fure.* ſtat. 1. Rob. 1. c. 9. 4. *Qui croias piſcarias non facit ſecundum debitam formam, & qui frias ſalmonum capit.* Stat. 1. Rob. 1. c. 12. 3.

Qui facit diſſaiſinam vi & armis. ſtat. 1. Rob. 1. c. 13. 5. ſtat. 2. Rob. 1. c. 12.

Qui

Digitized by Google

Qui diſſaiſinam facit cum roboria, in bonis mobilibus. ſtat.2.Rob.1.c.12.
Qui Monialem etiam conſentientem rapit. ſtat.2.Rob.1.c.14.
Debitor mercatoris in judicio condemnatus, de debito. ſtat.2.Rob.1.c.19.1.
Furioſi debent ſervari, ab amicis ſuis, vel incarcerari. ſtat.2.Rob.1.cap.24.1.2.
Fur manifeſtus captus cum rubra manu, id eſt, cum re furtiva incarceratur, ſi nullus apparet accuſator. ſtat.David 2.c.2.
Homo inventus ſine Domino, debet per juſtitiarium cuſtodiri ad opus Domini Regis, donec Dominum invenerit. ſtat.David. 2.c.2.
Incarceratur burgenſis Reus criminis, qui non poteſt invenire plegium. leg. burg.c.62.c.80.3.
Incarcerari poſſunt pectrices fugientes ex burgo. leg.burg.c.109.
Et attachiati in burgo, non habentes plegios. leg.burg.c.116,
Fur poteſt incarcerari per Baronem, in cujus Baronia captus eſt. leg.Malc.2.cap.9,1.
Et ſi fur fractis vinculis evaſerit, Dominus carceris jurabit ſe ejus rei ſe ignarum eſſe. ſtat. David. 2.c.1.6.
Incarceratur qui hæredem feudi militaris adhuc puerum, abducit & maritat. Quon. Attachia. cap. 91. *Et qui puerum hæredem, cujus maritagium debetur Domino, rapit & abducit; incarceratur per biennium, licet puerum reſtituat non maritatum: & ſi eum non reſtituat, aut ſi eum maritaverit, perpetuò incarceratur, vel regnum abjurat.* Quon. Att.c.95.
Incarceratur, qui deforciat miniſtros Domini Regis. ſtat.Wilh.c.4.
Dominus carceris, reſpondebit pro fure evadente ex carcere. ſtat. David. 2. cap.1.6.
Qui incarceratur pro felonia, debet ſuſtentari, ipſe & ejus familia, de ipſius bonis & catallis. ſtat.2.Rob.1.c.22.4.
Factum incarcerati non valet propter juſtum metum. Quon Att.c.29.2.
Carceris cuſtos debet reſpondere, vel de debito, vel de corpore debitoris incarcerati. ſtat.2.Rob.1.c.19.3
Liber homo regulariter non debet incarcerari. Quon.Att.c.39.1.
Carnifices *qui carnes vendunt, debent vendere publicè bonas carnes & inſervire Burgenſibus, in præparandis carnibus, pro certo pretio.* leg.burg. c.70.1.2.
Debent diurno tempore carnes emere, occidere & publicè vendere. leg. burg. cap.71.
Omnibus tàm extraneis, quàm alijs. leg.burg. cap.72. 1. *Sed his tantum qui pretium ſolvunt.* leg.burg.c.130.
Carnifex non poteſt eſſe confrater gildæ. leg. burg. c. 99.
In carnibus emendis, non debet anticipare, ſeu foriſ-ſtallare forũ. ſtat.gild.c.40,
Non poteſt emere lanam aut coria. ſtat.Gild.c.20.
Pretium carnis conſtituitur, pro ſingulis anni partibus. ſtat.Gild.c.24.
Carnifices & carnis appretiatores, variis de cauſſis poſſunt accuſari, in itinere Camerarij. Iter.Cam.c.7.c.8.
Chartæ *fides, probari poteſt per ſigillum: Nam ſigillum probat contra ſigillantem: vel per plureis Chartas eodem ſigillo ſigillatas.* lib. 3.c. 8.7. *hoc eſt, per comparationem Chartarum & ſigillorum.*

Index.

In querela de Chartæ oſtenſione, inter Dominum & tenentem, citatio debet fieri ſuper fundo terrarum. Quon. Att. c. 3. 4. 5.

Nemo tenetur Chartam ſuam Domino oſtendere, niſi ſemel in vita ſua. Quon. Attach. cap. 25.

Servitium debet præſtari Domino, ſecundum tenorem Chartæ, vel infeofamenti. Quon. Attach. c. 45. 2.

Quilibet per chartam infeofatus, poteſt cognoſcere de cauſſis criminalibus, ſecundum tenorem chartæ ſuæ. lib. 1. c. 4. 2.

Chartæ amiſſæ tenor, poteſt probari per aſſiſam. Quon. Att. c. 55. 6.

Terræ datæ per chartam extenſam & per certas diviſas, per regem de dominio ſuo, non poſſunt per breve Perambulationis tolli, ſed tantum per breve de recto & Rex tenetur eas warantizare. Quon. Att. c. 78.

Catallorum *hamaldatio*, vid. Haimhaldare.

Cauſſæ *pecuniariæ, temporales & ſpirituales, per arbitros terminari poſſunt: ſed cauſſæ matrimoniales, liberales & criminales, non poſſunt.* lib. 2. c. 6. 1. 2.

Cauſſa liberalis, ſive queſtio ſtatus eſt, quum quis trahit aliquem, à libertate in ſervitutem: vel quando quis proclamat à ſervitute ad libertatem. lib. 2. c. 11. 2.

Cauſſæ tranſferuntur ab inferiori curia & advocantur ad ſuperiorem curiam. lib. 2. c. 16. 24. vid. *Tranſlatio cauſſæ.*

Cauſſæ aut ſunt civiles, veluti de debitis, vel alijs rebus mobilibus, aut immobilibus, quæ non ſunt de vita & membro; & perſequuntur per wrong *&* vnlaw: *Aut ſunt criminales de vita & membro; quæ perſequuntur per* fickerburgh, *id eſt, per ſecuros plezios.* Mod. ten. Cur. c. 75. vid. Placitum. vid. Crimina.

Cerviſiæ guſtatores, varijs de cauſſis accuſari poſſunt, in itinere Camerarij. iter. Camer. c. 6. vid. Braſiatrix.

Ceſſio *bonorum, poteſt fieri per debitorem, poſt ſententiam judicis, contra ipſum latam, proprio ipſius juramento.* Quon. Att. c. 7. 3.

Quod ſcilicet, non habet in bonis, ultra valorem quinq; ſolidorum & quatuor denariorum: Et quod debit quemlibet tertium denarium, per ipſum acquirendum pro ſolutione debitorum. ſtat. Wilh. c. 17.

Cindra, id eſt, decem porci. leg. Foreſt. c. 7. 2.

Citatio *ſive ſummonitio in Brevi de recto, debet fieri per ſpatium* 15. *dierum.* lib. 1. c. 6. 26.

Citatus ſemel, ratione ſuæ abſentiæ per 60. *vel* 40. *dies: poſtea citandus eſt, ſecundum ſolitum juris ordinem.* lib. 1. c. 8. 13. 21.

Si quis fuerit in ſervitio Domini Regis & poſtea citatur ad comparendum in judicio: Debet per longum temporis ſpatium, veluti per 40. *aut ſexaginta dies, citari.*

Si autem primò citatus fuerit, & poſtea ad ſervitium diſceſſerit: ſolitus curſus & juris ordo citationis, ſervandus eſt. lib. 1. c. 8. 16.

Citandi ſunt Capitales Domini, in controverſia inter ipſorum vaſallos, de terra quam vaſalli clamant, hinc inde de diverſis Dominis teneri. lib. 1. c. 24. 1. lib. 3. c. 21. 12.

Si quis præſens apud acta, citatus ſit; non eſt amplius citandus. lib. 1. c. 17. 29. lib. 3. c. 32. 6.

Tenens ſemel citatus, ad audiendam electionem aſſiſæ, non debet rurſus citari. lib.3.c.28.4.
Citatio fieri debet per miniſtros curiæ juratos. Quon.Att.c.2.3.
Et in burgo per Bedellũ burgi. leg.burg. c.112. *coram teſtibus & ad domicilĩ partis defendentis, vbi facit reſidentiam.* Quon.Att.c.3.2.lib.1.c.6.3.
In ea hæc ſunt neceſſaria. 1. *Nomen Rei qui citatur.* 2. *Nomen petentis, ad cujus inſtantiam Reus citatur.* 3. *Res de qua fit ſummonitio.* 4. *Dies & tempus cõparitionis.* 5. *Locus curiæ.* 6. *Nomen judicis, cujus mãdato fit citatio.* 7. *Teſtes qui ſummonitionem probant.* lib.1.c.6.9.Quon.Att.c.3.2.c.64
Error nominis, vel quãtitatis rei in citatione contentæ, eam vitiat. lib.3. c.26. 3. 4. 5.
In placitis terræ vel tenementi, vel quando de terris ſervitia debita petuntur, vel quando oſtenſio Chartarum exigitur à vaſallo, vel tenente, citationes debent fieri ſuper fundo terrarum. Quon.Att.c.3.4.
Citatio non debet fieri tempore noctis, id eſt, ante Solis ortũ, aut poſt ejus occaſũ Neq; die Dominico, aut feriato. Debet fieri coram teſtibus. lib.1.c.6.15.
Qui citationem probare & verificare debent. lib.1.c.6.3.
Citari non debent ſectatores & alij ad curias capitales, ſed ad alias curias hi non veniunt, niſi citati. Quon.Att.c.3 3.5.
Citationes debent probari, in omnibus curijs, in quibus defendens facit, defaltas Quon.Attach. c.56.
In cauſis de terris vel tenementis , omnes ſunt citandi per Breve Domini Regis. lib.3.c.25.1.Quon.Att.c.25.1.
Clameum. vid. petitio.
Clamor *& vox popularis, debet ſequi homicidam.* lib.4.c.5.3.
Clamor debet levari ſuper fure fugiente. lib.4.c.15.
Sine clamore non licet furem diurnum occidere. lib. 4. c.23.
Clamor ſive cornu, debet levari ſuper deforciante miniſtros Domini Regis. ſtat.Wilh. c.4.2.
Si Burgenſis tempore noctis capiatur, cum clamore debet capi. leg.burg.c.80.2. vid. Hueſium.
Clericus *trona, cuſtumæ & coketa.* ſtat.David.2.c.39.
Commodati *cauſſa, res gratis data, ad aliquod ſervitium, expleto ſervitio reſtitui debet, ſi exſtat. Et ſi non exſtat ſed periit, ejus pretium eſt reſtituendum. Quia pretium ſuccedit in locum rei.* lib.3. c.9.2.3.
Commodatarius rei, ad certum tempus vel locum commodatæ, ſi ea re vltra tẽpus vel locum præſcriptum vtatur, à furto excuſatur. lib.3.c.9.5.
Commodatum ſive res commodata, revocari non poteſt, niſi poſt vſum expletũ, propter quem fiunt commodata. lib.3.c.9.7.
Si equus commodatus alicui, dicatur eſſe furtivus; commodatario datur dilatio temporis, ad vocandum warantum ſuum. lib.4. c.18.2.
Equus commodatus alicui, vt ad exercitum eat, non priùs reſtituitur cõmodanti, quàm commodatarius ab exercitu redierit. lib.4.c.18.3.
Torr.alium, ane kill, *commodatum gratis alicui & combuſtum, commodatarius tenetur illud reſtituere.* leg.burg.c.54.3.
Burgenſis non cogitur commodare Caſtellano, vltra valorem 40. *denariorum.* leg.burg. c. 60.

Compromiſſum *debet fieri in Arbitros numero impares.* lib.2.c.5.1:
Compromitti poteſt in cauſſis pecuniarijs, temporalibus & ſpiritualibus, in Arbitros, ſed non in cauſſa matrimoniali, criminali vel liberali, de ſtatu hominis. lib.2.c.6.1.
Compromiſſum debet eſſe pœnale. lib. 2.c.6.3.
Compromiſſum non obligat hæredem compromittentis, niſi hoc expreſsè proviſum ſit. lib.2. c.10.4. vid. Arbitriũ.
Concordia *finalis dicitur, quæ liti finem imponit; quam qui violat, erit in miſericordia Regis, & datis fide-juſſoribus de ea ſervanda, damnum ſeu intereſſe parti læſæ reſtituit.* lib. 1. c.27.1.2.
Procurator poteſt litem terminare per finalem concordiam. lib.3.c.15.6.
Concubina *debet revelare furtum, & maleficium ejus cujus eſt concubina.* ſtat. Will. c. 19. 9.
Conductio. vid. Locatio.
Confeſſio *criminis vel debiti plenè probat adverſus confitentem.* lib.2. c. 14.2. c.27.4. Mod.ten.Cur.c.12. Quon. Att.c.81.2.
Confirmatio *Regis eſt neceſſaria, in alienatione terrarum Eccleſiaſticarum.* lib. 2.c.23. *& confirmatio in alienandis terris vaſalli ſui.* ſtat. Wilh. c.31.1.
Confirmatur morte mariti Donatio inter conjuges facta, tempore matrimonij. lib.2.c.15.11.
Alienatio hæreditatis, in lecto ægritudinis facta, confirmatur conſenſu hæredis. lib.2.c.18.10. ſtat. Wilh.c.13.
Conquæſtus *gradatim aſcendit.* Quon.Att. c.88.97.
Ideoq; ex tribus fratribus germanis, ſi minimus natu moritur, ejus conquæſtus aſcendit ad proximè præcedentem fratrem. Rob.3.c.3.
Maritus non poteſt de cõquæſtu ſuo, augere dotem ſuæ uxoris (his wiues tierce or thrid) lib.2.8.16.9.
Conquæſtus poteſt dari, vel alienari per patrem ſine conſenſu hæredis: Totus autem non poteſt. Sed ſi donans nullos habeat liberos; totum conquæſtum donare poteſt. Etſi conquæſtum habet & hæreditatem; totum conquæſtum, cum parte hæreditatis dare poteſt. lib.2. c.20.
Burgenſis poteſt dare ſuum conquæſtum cui voluerit. leg.burg.c.45.
Conquæſtus dicitur, quod quis perquirit & jure ſuo retinet. lib.3.c32.4. *Veluti titulo aliquo ſingulari, donationis, emtionis, vel alicujus contractus ratione.*
Conſentientes *& agentes pari pœna puniuntur.* Quon.Att. c.83 1.
Conſenſu nuptiæ contrahuntur. Quon. Att. c. 92.2.
Fœmina hæres feudi militaris, nõ poteſt nubere ſine cõſenſu domini ſui. li.2.c.48
Cum conſenſu Regis & parentum, raptor & rapta poſſunt matrimonio conjungi. lib.4.c.8.10.
Vxor cum conſenſu viri, poteſt facere teſtamentum. lib.2.c.36.7.
Vxor non poteſt fide-jubere, ſine conſenſu mariti. Qnon. Att. c.22.
Sine conſenſu uxoris, aut ejus hæredis, maritus non poteſt alienare hæreditatem uxoris. lib.2.c.29.5. Quon.Att.c.20.
Eccleſiæ ad dotem mulieris pertinentis præſentatio, non conceditur hæredi, ſine conſenſu mulieris. lib.2.c.16.61.
Non omnis conſenſus eſt obligatorius, & licet omne pactum ſit conſenſus; tamen non omnis conſenſus eſt pactum. lib.1.c.28.3.

Pupillus nō obligatur ſine conſenſu tutoris. lib.1.c.30.5.*Nec maritus ex facto vxoris.* ſtat.David.2. c.16.leg.burg.c.131.
Hereditas poteſt alienari in lecto agritudinis, cum conſenſu heredis. lib. 2. c.18.7.ſtat.Wilh.c.13.*Eodem modo quo bona mobilia hæreditaria.* leg.burg. c.125. 3.
An pater poſſit donare hereditatem ſine conſenſu filij. lib.2.c.20.c.21.c.22.
Hereditas Burgenſis non poteſt vendi ſine conſenſu proximioris heredis, aut niſi illi offeratur. leg.burg c.115.
Alienatio ſuperioritatis facta per Dominum ſine conſenſu vaſalli, eſt invalida. ſtat. Rob. 3.c.4.
Sine conſenſu Regis, terræ Eccleſiaſticæ non poſſunt alienari. lib.2.c.23.
Mutuo conſenſu, diſſolvitur contractus emtionis & venditionis. lib.3.c.10.
Servus non poteſt eſſe arbiter, etiam cum conſenſu partium. lib.2.c.4.1.
Conſenſu partium & fieri, & finiri poteſt arbitrium. lib. 2.c.2.c.10.3.
Nam conſenſus partium legem præſcribit arbitris. lib.2.c.7.
Qui in judicium conſentiunt citari non debent. lib.2. c.16.30.
Conſentientibus nullum datur eſſonium aut dilatio. Quon.Att.c.32.
Contra abſentes procedit aſſiſa, ſi ſemel in eam conſenſerunt. lib.1.c.12.6.
Nam in judicio confeſus vnius cujuſq; poteſt eſſe ipſi præjudicialis. lib.1.c.12.7.
Sacerdos etiã cõſentiens non admittitur ad warãtizãdũ, rẽ furtivã. lib.1.c.19.1
Conſenſu Domini ſervus ſit liber. lib.2. c.12.2.c.13.4.
Præcipuè ſi acceſſerit conſenſus Regis. lib.2.c.14.5.
Quilibet liber homo, ſuo ipſius cõſenſu poteſt abjicere libertatẽ. Quõ. Att.c.56. c.7. cap.70.
Filius conſentiens patri, poteſt ab eo foriſ-familiari. lib.2.c.33.8.
Sine conſenſu & licentia Domini Regis, vel Domini terræ, nami non debent. capi *Aſſiſa David.* 2. c.7.ſtat.Rob.3.c.12.2.
Nec etiam in Burgo ſine conſenſu præpoſiti. leg. burg.c.4.
Non licet Baronibus, facere concordiam inter partes de furto, ſine conſenſu Regis Quon.Att.c. 77.
Conſtabularius *habet profeudo ſuo, decem libras, & omnia crimina commiſſa infra duas leucas circa Regem, (cubiculum pacis) commiſſa; debent coram eo determinari & puniri.* leg. Malc. 2.c.6.1.2.
Contumax, *qui non paret ſententiæ arbitrorum, poteſt puniri à judice.* lib. 2. c.9.1.
Contumax dicitur, qui non comparet in ſecunda curia juſtitiarii: Nam ea curia nunc eſt peremtoria. ſtat.Rob.3.c.31.vid.defalta.
Coria, *non poſſunt emi per extraneum mercatorem, ſed per Burgenſem tantum.* leg. burg.c.18. *& debent vendi mercatoribus Burgorum.* ſtat. Wilh. c. 36.
Coria non debent emi à ſutoribus, ad tannandum; niſi quorum aures & cornua ſunt ejuſdem longitudinis. leg.burg.c.98.
Non poſſunt emi, niſi per confratres Gildæ, aut extraneum mercatorem. ſtat Gild.c.20.
Non debent privatim emi, aut vendi in vico vrbis, privatim. ſtat. Gild. cap.30.
Publicè in die fori vendi debent, & pro ijs cuſtuma debet ſolvi. ſtat.Gild.c.41.

Lot & Cavill, *habet locum in dimidio dacre coriorum.* ſtat. Gild. c.43.
Coronator *debet arreſtare homines, vt compareant coram juſtitiario. De ejus feudo & expenſis.* leg. Malc. 2.c.3. 3.c.15.
Debet attachiare eum, qui ſuſpectus eſt de murdro, & hominis murdrati corpus ſpelire. leg. Malc. 2.c.15.
Debet attachiare malefactores, ſi is qui eos accuſat allegat pacem Domini Regis ab illis infractam eſſe. leg. Malc. 2.c.16.
Poteſt attachiare nativos, ſuam nativitatem negantes. Quon. Att. c.56.3.
Poteſt arreſtare malefactores, ante vel poſt proclamationem itineris juſtitiarij. ſtat. Rob. 3.c.32.
Debet inquirere de wrecto maris. ſtat. Alex. c.25.
Crimina *per indictamentum* (dittay) *promulgata, debent per aſſiſam coram juſtitiario terminari.* lib.1.c.17. lib.4.c.5.5.c.25.
Et hujuſmodi aſſiſa, debet fieri per libere tenentes. ſtat. Alex.c.2.1.7.
In criminibus, principalis malefactor debet primò implacitari, ante eum qui de præcepto, vel recepta accuſatur. lib.4.c.26.
Quod in furto ſpecialiter obſervatur. Quon. Att.c.83.
In criminibus malefactor poteſt accuſari per Regem, etiamſi ſit in judicio abſolutus ad inſtantiam partis. lib.4.c.28.
Vice-comes poteſt accuſare aliquem de furto; etiamſi nullus alius ſit accuſator. Quon. Att. c.42.2.
Vni accuſatori, nemo tenetur vno die reſpondere; niſi de vno crimine vel delicto. Quon. Att.c.65.1.
In omnibus criminibus, par per pares judicari debet. Quon. Att. c.67. ſtat. Alex.c.2.leg.burg.c.7.
Crimina debent puniri, in eo loco vbi committuntur. ſtat. Wilh. c.18. ſtat. 1. Rob. 1. c.4.2.
Damnatus criminis, debet puniri ſine remiſſione. ſtat. 1. Rob.1.c.3.1.
Crimina commiſſa, veniendo, morando vel redeundo ab exercitu, debent puniri per juſtitiarium. ſtat. 1. Rob.1.c.4.
Criminis Reus, non debet diſſaiſiri, vel ſpoliari bonis ſuis, ſeu catallis, donec fuerit convictus; ſed ea debent notari ſeu imbreviari, & ipſe malefactor incarcerari & ex bonis ſuis ſuſtenturi. ſtat. 2. Rob.1.c.22.
Nemo debet cõdemnari de ordine niſi prius ſit citatus & accuſatus. ſtat. Ro.3.c.41.
De crimine vel tranſgreſſione, nemo debet conqueri Domino Regi, niſi priùs cõqueſtus fuerit ipſius Domino vel Vice-cõiti. ſtat. David.2.c.8.1. vid. Foriſſ.
Criminales cauſæ & Curiæ debent eodem modo, & formâ teneri à Vice-comite & Baronibus habentibus talem poteſtatem, quo juſtitiarius tenet ſuper Curias. ſtat. Rob. 3.c.33.
De cauſis criminalibus, milites qui tenent terras ſuas de Baronibus, (& libere-tenẽtes vulgò vocantur) non poſſunt cognoſcere, neque Curiam tenere. leg. Mal.2.c.8.7.
Nam qui ſunt inferiores Baronibus, niſi ſunt ſpecialiter infeodati, non habent juriſdictionem in cauſſis criminalibus. Quon. Att.c.43.
Et generaliter criminales cauſſæ, non tractantur in inferiore Curia, quàm in curia Baronis. Quon. Att c.43.
Criminales cauſſæ, quæ vltimo puniuntur ſupplicio, aut membrorum truncatione

one pertinent regulariter ad Curiam juſtitiarij lib.1.c. 1.5.
Et ad eorum Curias, qui ſunt infeodati, per Chartam cum ſocco & ſacco, furca & foſſa. Theme & infang-thief & out fang-thief. lib.1.c.43.
Nam criminales cauſæ, non poſſunt tractari in Curia non habenti poteſtatem de vita & membro. vid.Cauſæ.vid.accuſator.vid.accuſatus.
Cro *hominis per equitantem occiſi, debet dari per equitantem.* lib. 4.c.24.1.
Quantum ſit Crouniuſcujuſque. lib.4.c.36.
Croiæ *piſcariæ, quomodo debeant fieri.* ſtat.1.Rob.1.c.12.
Culreach, *dicitur plegius, qui relinquitur per replegiantem, in Curia à qua fit replegiatio, de adminiſtratione juſtitiæ fienda ipſi conquerenti, in curia ad quam fit replegiatio.* Quon.Att.c.8.4.
Curiam *ſuam unuſquiſque Dominus debet tenere, infra ſuum feudum; & non extra.* lib.3.c.21.8.ſtat.David.2.c.27.
Curiæ quomodo, per quos & ubi teneri debeant.
Non debent teneri in Eccleſia, Cœmiterio vel loco ſacro. Quon. Attach. cap. 86.
Debent teneri in loco, ubi homines & beſtiæ, poſſunt ſine perturbatione venire. ſtat. 1. Rob.1.c.10.
In Curia affirmata, nemo loqui debet niſi litigantes & ſui proloquutores & ſectatores. Quon.Att.c.35.1.Mod.ten.Cur.c.59.ſtat.Gild.c.17.
In Curia Regis, ſi quis cultellum extraxerit, perforetur medium manus ejus. Si vulnus dederit, abſcindatur manus. Qui aliquem interfecerit: dabit Regi viginti novem vaccas, & ſatiſfaciat parti. ſtat.Wilh.c.6.
Placita Domini Regis, teneantur in omnibus Vice-comitatibus, infra 40. dies: & his intereſſe debent Epiſcopi, Abbates, Comites, Vice-comites, Domini Villarum, & omnes calumniati de aliquo malefacto. ſtat.David. 2.c.9.
Nemo debet venire ad Curias cum multitudine populi, & in itinere, hoſpitio excepti, neque vim neque vaſtum facere debent. ſtat.David. 2. c.11.
Curia poteſt ſæpiùs & diverſis de cauſſis continuari. Quon.Attach.c.14.1.leg. burg. c. 51.
Sed ſi quis Comes, Baro vel alius id fecerit malitiosè & partialiter, curiam ſuam perpetuò amittet. ſtat.1 Rob.1.c.31.3.
Propter lucrum Curiæ, tolerantur eſſoniæ & dilationes defendentis. Quon Att.c.4.3.
Curia inferior poteſt ſummoneri ad faciendum recordum in Curia Regis. lib. 3. cap.23.2.
Inferioris curiæ recordo, poteſt quis aliquid adjicere [ane may eik his interloquutour.] lib. 3. c.24.2.
Recordum curiæ debet dari per omnes ſectatores. Quon. Att. c. 36.2.
Curia non tenetur ſuum recordum defendere per duellum: ſed ſententiam ſuam defendere tenetur. lib. 3. c. 24.3.6.
Loquela per recordum inferioris Curiæ, ad ſuperiorem Curiam tranſlata, poteſt reduci & determinari in inferiore curia. lib.3.c.23.7.
Curia Regis tenetur reſpondere Baronibus, de jure conſulentibus. lib. 3. cap. 23.6.
Dominus Curiæ, eſt in miſericordia Regis, ſi ejus curia ſit convicta de falſo judicio. lib. 3. c. 24.9.

Curiam ſuam amittit per annum & diem, qui aliquem ab alterius curia ad ſuam curiam replegiavit, & juſtitiam conquerenti in ſua curia non adminiſtravit. Quon. Att. c. 8. 6.

Curiam amittit, qui tempore prohibito curiam tenet. Quon. Att. c. 9. 1. Mod. ten. Cur. c. 26.

Curiam amittit, qui malefactores receptat, vel manu tenet. leg. Malc. 2. c. 10. ſtat. Wilh. c. 7. 6.

Ad Capitales curias venire debent ſectatores & alij, ſine citatione. Quon. Att. c. 33. 5.

Sed ad alias curias debent citari.

Suprema curia eſt Parliamentum. vid. Parliamentum.

Deinde curia juſtitiarij; Poſt hanc, curia Vice-comitis; Poſt hanc, curia Baronis; Poſt hanc, curia Militis; Poſt hanc, curia Subvaſſoris. Inferior autem curia, vtitur ijſdem legibus; quibus ſuperior curia, & dimidio amerciamenti. leg. Malc. 2. c. 8. 6. 7.

Infra burgum, eſt curia burgi, ſubjecta curiæ Camerarij, Mod. ten. Cur. c. 17. Iter. Cam. c. 38.

Curialitas *Scotiæ, dicitur cùm quis mulierem hæredem ducit in vxorem; ex ea prolē gignit vivam & ſuperſtitem, & contingit ipſam matrem ſolam, vel matrem & prolem ſimul mori; maritus adhuc ſuperſtes, gaudebit terra vxoris, tota vita ſua; tanquam ejus terræ cuſtos, ſive ſit primus maritus, ſive ſecundus* lib. 2. c. 58. *& ſive ſit burgenſis in burgo.* leg. burg. c. 44

Cuſtodia *hæredis vel ejus perſonæ, nunquam pertinet ad eum qui habet ſpem futuræ ſucceſſionis, hoc eſt, qui proximè eſt ſucceſſurus hæredi.* lib. 2. c. 474.

Si cuſtodia data fuerit alicui per Regem, terrarum alicujus hæredis ſimpliciter & ſine vlla conditione, tunc donatarius, non obligatur ad reddendas rationes in Scaccario. lib. 2. c. 45. 1.

Cuſtodia hæredis pertinet ad Dominum Capitalem, donec hæres fuerit perfectæ ætatis. lib. 2. c. 41. 1. c. 42. c. 55. *Nam finitur cùm hæres pervenerit ad perfectam ætatem.* lib. 2. c. 48. vid. Ætas.

Si hæres habet plures Dominos, ejus cuſtodia pertinet ad antiquiorem Dominum. lib. 2. c. 44. 1. vid. Rex.

Cuſtadia hæredis mulieris, pertinet ad Dominum Capitalem, donec ipſa, cum ejus conſenſu nupſerit. lib. 2. c. 84. 1. 2.

Dominus non poteſt petere cuſtodiam hæredis, niſi priùs receperit ejus homagium. lib. 2. c. 68. 1.

Rex poteſt dare cuſtodiam hæredis cuicunq; donatario. lib. 2. c. 42. 1. 2.

Cuſtodiam hæredis Dominus amittit, ſi eū in diſparagio maritaverit. Quon. Att. c. 92.

Cuſtodia hæredis ſocco-manni, pertinet ad cognatos ex parte matris: ſi hæreditas deſcendit ex parte patris. Et ad agnatos ex parte patris, ſi hæreditas deſcendit, ex parte matris. lib. 2. c. 47. 2.

Cuſtodia fatuorum naturalium, pertinet ad Regem. lib. 2. c. 46. vid. Warda. vid. Dominus.

Cuſtuma *debet ſolvi Regi, ab omnibus victualia infra regnum ementibus.* ſtat. Rob. 3. c. 8.

Nautæ peregrini, in hoc regnum appellantes, debent ſolvere Regi cuſtumam, ſeu

*ſeu tolonæum.*leg. burg. c. 27.
*Extranei mercatores qui ferunt coria tannata ad forum, debent cuſtumam ſolvere.*ſtat. Gild. c. 41.
*Cuſtumam non ſolvens, varijs pœnis punitur.*leg. burg. c. 141. c. 142.
Cuſtumarij varijs de cauſſis accuſari poſſunt in itinere Camerarij. Iter. Cam. cap. 12.
Cuſtumam ſolvere debent qui tranſportant monetam extra Regnum, aut equos, boves, vaccas. ſtat. David. 2. 37. c. 49.
*Qui in ſolutione cuſtumæ fraudem facit, eſt in miſericordia Regis cum omnibus ſuis bonis.*leg. burg. c. 143.

D.

DAMNA *petentis, poſſunt taxari propter defaltas tenentis, eáque omnia petens recuperat, ſi tenens quarto die compareat.* Quon. Attach. c. 4. 5. 6.
Qui accuſat alium furti, poteſt damna ſua taxare, & ea recuperat, ſi defendens in duello victus fuerit. Quon. Att. c. 12. 13.
Damna taxata, in Brevi de protectione Domini Regis infricta, ſolvi debent. Quon. Att. c. 54. 5.
Taxari & modificari poſſunt per aſſiſam. Quon. Att. c. 68. c. 69.
Damna debent reſtitui, per eum, qui concordiam finalem non ſervavit. lib. 1. c. 27. 6.
Damna omnia ſuper illum taxata ſolvit, qui injuriam alteri in burgo feciſſe convictus eſt. leg. burg. c. 103. 2.
Debitum *per ſententiam judicis recuperatum, debet ſolvi infra quindecim dies: datis eo nomine fide-juſſoribus.* Quon. Att. c. 7. 1.
De debitis Laicorum, placitum pertinet ad Vice-comitem. lib. 1. c. 3. 6.
Vel ad curiam & coronam Regis. lib. 3. c. 1. 1.
Debita à teſtatore in teſtamento relicta, debent ab hærede præſtari & ſolvi. lib. 2. c. 35.
De bonis defuncti, primum debent debita deduci & ſolvi creditoribus. Quia ea ſola dicuntur bona, quæ debitis deductis ſuperſunt. lib. 2. c. 39. 1.
Debitum ante terminum ſolutionis peti non poteſt. lib. 3. c. 4. 1.
Et ſi dies non ſit adjectus ſolutioni, res præſenti die debetur, & quocunque tempore peti poteſt. lib. 3. c. 4. 2.
De debitis ſolvendis, inventum eſt Breve diſtrictionis, pro debito. Quon. Att. c. 49.
Debita quæ Regi debentur, ante teſtamenti factionem, ſolvi debent. ſtat. Wilh. c. 21. *Sed neque Rex, neque alius creditor, poteſt terras creditoris ſaiſire, quandiu ſuperſunt catalli, vel bona mobilia debitoris.* ſtat. 2. Rob. 1. c. 9. 1.
Debitoris corpus poteſt capi & incarcerari. ſtat. 2. Rob. 1. c. 20.
Qui ſervum debitis involutum conducit, quatenus ejus creditoribus teneatur. ſtat. 2. Rob. 1. c. 31.
Principale debitum, cum uſuris, quæ per aliquem debentur, ſolvi debet. Sed ſi eo mortuo hæres ſit minor, is non tenetur ſolvere uſuras, donec venerit ad ætatem perfectam. ſtat. Rob. 3. c. 21.

De vno debito, non eſt niſi vnus debitor. Quia ſi ſunt plures debitores, vnius ſolutione ceteri liberantur. leg. burg. c. 113.
Proceſſus de debitis mercatorum recuperandis. ſtat. 2. Rob. 1. c. 19.
Minor tenetur reſpondere de debitis propriis, vel paternis. lib. 3. c. 32. 15.
Donec totum debitum fuerit ſolutum, nam debent deliberari creditori. ſtat. 2. Rob. 1. c. 21. 1. 2 vid. Nami.
Terræ debitoris, poſſunt vendi ab ipſius plegio, eodem modo quo vendi poſſunt ab ipſo creditore. leg. burg. c. 94. c. 95.
Nam principalis Debitor, obligatur ſuis plegiis & fide-juſſoribus. lib. 3. cap. 1. 16.
Debitor cogitur vadium acquietare, [to lowſe the wed] *alioqui illud fit creditoris.* lib. 3. c. 3. 7.
Debitum debet ſolvi de bonis mobilibus debitoris, alioqui ejus terræ poſſunt appretiari & vendi. ſtat. Alex. c. 24.
Debito ſoluto, vadium ſive pignus reſtituitur debitori; neq; vlteriùs detineri debet per creditorem. lib. 3. c. 6.
Debitum probari poteſt, vel per juramentum partis. lib 3. c. 7. 1. *Veluti juramentum creditoris.* ſtat. David. 2. c. 6. 3.
Etiam inter Burgenſem & debitorem. leg. burg. c. 30. 1. *Vel probatur per Chartam, teſtes, vel duellum.* lib. 3. c. 8. 1. *Vel per confeſſionem debitoris.* Mod. ten. Cur. c. 12.
Debitum in Curia juſtitiarij, vel Vice-comitis, 40. ſolidorum, poteſt probari per duos teſtes. Si vero illum ſummam excedat, debet probari per ſcripta. Quon. Att. c. 81.
Probatio debiti, fit per juramentum debitoris & quinque aliorum ſacramentalium. Quon. Att. c. 5.
Debitor poſt ſententiam, poteſt cedere bonis. Quon. Attach. cap. 7. 3. ſtat. Wilh. c. 17.
Decimæ *poſſunt aſſedari per viros Eccleſiaſticos.* ſtat. David. 2. c. 43.
Defalta, *delatio, ſive contumacia facta per aliquem, qui eſſoniatur, pro qua eſſoniator reſpondere debet.* lib. 1. c. 8. 11.
Defalta ſi fiat ab Actore & Reo, id eſt, ſi neuter compareat die ſtatuto: ambo erunt in miſericordia Regis. lib. 1. c. 8. in. fin. 35.
Pars defendens in placitis de (wrong & vnlaw) *poſt tria eſſonia, poteſt vti tribus defaltis & pro qualibet defalta, debet dare vnam diſtrictionem.* Quon. Att. c. 4. 6.
Quum defendens facit defaltam, petens in omnibus curijs debet probare ſuas ſummonitiones. Quon. Att. c. 56.
Si tenens quarto die fecerit defaltam, habetur pro non defenſo, & litem amittit Quon. Att. c. 58.
Tenens poteſt quarto die venire & omnes ſuas defaltas, & eſſonia ſalvare. Mod. ten. Cur. c. 9.
Terra propter defaltam tenentis, non comparentis amittitur, & ejus ſaiſina datur petenti, ſed licet ei qui eam amiſit, infra 15. dies eam repetere. ſtat. 2. Rob. 1. c. 16. 1. 2.
Si petens fecerit defaltam, defendens erit quietus ab illo attachiamento, ſeu citatione. Sed poterit iterum citari. Quon. Att. c. 6.

Dominus

Digitized by Google

Dominus Capitalis vocatus in judicium & non comparens, ratione ſuæ defaltæ amittit terram, hoc eſt, terræ ſuperioritatem. lib. 1. c. 25. 4.

Si petens fecerit defaltam quarto die, ſive in quarta Curia, habetur pro non petente. Quon. Att. c. 58.

Defaltam facit, qui vtitur frivolo & irrationabili eſſonio. ſtat. 1. Rob. 1. cap. 26.

Qui terram amittit per defaltam in aliquo judicio, niſi in magna aſſiſa vel duello, poteſt eam recuperare per Breve de recto, ſi vllum jus habeat. Quon. Att. c. 96.

Defendens. vid. tenens.

Deforcians *Miniſtros Regis in eorum officio exercendo, punitur incarceratione & omnium bonorum mobilium confiſcatione.* ſtat. Wilh. c. 4. 5.

Qui deforciat miniſtros Regis, & vetat Namos capi, ſtops the taking of poinds, *debet Namos reſtituere, & ad eorum reſtitutionem debet in bonis diſtringi. Quòd ſi non fuerit obediens, corpus ejus attachiatur, & convictus, erit in miſericordia Regis, de vita & membris.* ſtat. 2. Rob. 1. c. 21. 10. 11. *Placitum de Namo vetito pertinet ad coronam Regis.* lib. 4. c. 27.

Proceſſus deforciationis, ſive injuſtæ occupationis, aut intruſionis in burgo. leg. burg. c. 135. vid. Nami.

Diſſaiſina. vid. de Nova diſſaiſina.

Diſclamationis *forma, qui tenens, ſeu vaſallus, vti debet, qui Dominum aliquem diſclamat, hoc eſt, negat ſe tenere terras ſuas de illo tanquam Domino ſuo, ſed affirmat ſe eas tenere de alio Domino.* ſtat. Rob. 3. 18.

Diſclamans injuſtè dominum ſuum ſuperiorem, amittit terras de eo tentas. lib. 2. c. 63. 6. 9.

Diſtrictionis *Breve, ſuper debitis* (the brieve of diſtres or poinding for debt) *pertinet ad curiam juſtitiarij, ex mandato Regis.* lib. 1. c. 5. 5. *Ejus forma & proceſſus.* Quon. Att. c. 49.

Mariti mortui hæres, poteſt diſtringi per terras ſuas, vel per plegios, vt in curiam veniat, & dotem ſuam vxori ſui prædeceſſoris warantizet. lib. 2. c. 17.

Vacuum tenementum non poteſt diſtringi per Dominum pro arrieragiis firmæ annualis. Quon. Att. c. 46.

Diſtrictiones non debent capi ſine conſideratione curiæ. ſtat. 2. Rob. 1. c. 15. vid. Nam.

Divortium, *ſive ſeparatio poteſt fieri inter virum & vxorem, propter criminis turpitudinem vel parentelam, ſeu ſanguinis conjunctionem.* lib. 2. cap. 16. 37. cap. 17. 5.

Dominus, *iiſdem modis ſervitutem ſui ſervi amittit, quibus ſervus libertatem recuperat* lib. 2. c. 12. vid. Libertas.

Dominus vulnerans ſervum ſuum deformiter in facie, debet ei ſolvere quartam partem pretij ipſius ſervi, & præterea pretium ſanguinis. ſtat. Wilh. c. 20. vid. Nativ. vid. Servus.

Dominus ejus qui in warantum vocatur, cogendus eſt, vt cogat eum in jus venire & vocanti reſpondere. lib. 1. c. 17. 2. 3.

Si quis inventus fuerit ſine Domino, debet cuſtodiri per juſtitiarium, ad opus Domini Regis. ſtat. David. 2. c. 3. 2.

Dominus non poteſt ſaiſire, vel recognoſcere tenementum, pro arrieragiis firmæ annualis

annualis. Sed benè poteſt pro ſervitio ſibi debito. Quon. Att. c.46.c.47.
Dominus nihil poteſt probare per teſtes, in ſua curia, contra ſuum tenentem. Quon. Att. c.24.
Domino non fit præjudicium, tametſi ejus firmarius fecerit indebitum ſervitium alteri. Quon. Att. c.44.
Servitium indebitum factum à tenente alicui, non poteſt poſteà peti per Dominum tenentis. Quon. Att. c.45.
Domino ſuo quilibet in teſtamento ſuo, meliorem rem ſuam relinquere poteſt, ſi voluerit. lib. 2. c. 36. 2.
Dominus Capitalis, the over Lord or ſuperiour, *debet citari, ſi controverſia fuerit de terra aliqua, quam petens allegat ſe tenere de vno Domino, & tenens affirmat ſe tenere eandem de alio Domino.* lib. 1. c. 24. 1. 2. lib. 3. c. 21. 10.
Domino Capitali in judicium vocato, legitimæ conceduntur eſſonia, ſi neq; venerit neq; procuratorem miſerit, ratione ſuæ defaltæ terram, id eſt, terræ ſuperioritatem amittit. Etſi propter Domini defaltam, tenens terram amiſerit, Dominus tenetur ei, ad competens excambium. lib. 1. c. 27. 13.
Dominus Capitalis habet cuſtodiam & tutèlam perſonæ hæredis mineris, & terrarum ipſius & advocationem Eccleſiarum; ſi quæ ſunt, & maritagium hæredis ſive maris, ſive fœminæ. Hæredē alere debet, & debita diſſolvere, quæ debentur ab ipſo hærede, ejuſve prædeceſſoribus. Ejus negotia in jure proſequi debet, & tandem ipſam hæreditatem, ab omnibus debitis liberam, hæredi reſtituere tenetur. lib. 2. c. 42. *Vnà cum damnis, quæ hæres ſuſtinuit, à tempore quo fuit legitimæ ætatis.* ſtat. 2. Rob. 1. c. 6.
Sed hæredis terras alienare non poteſt, neq; pro eo tenetur regulariter, reſpōdere in jure. vid. Minor.
Dominus capitalis, habet cuſtodiam mulieris hæredis, donec ipſa, cum ipſius conſilio maritetur. lib. 2. c. 48. 3.
Dominus habebit terras mulieris hæredis, ſi ipſa tempore cuſtodiæ fornicationem commiſerit. lib. 2. c. 49. 1. 2.
Dominus antiquior, præferendus eſt alijs Dominis, in cuſtodia & maritagio hæredis.
Nam antiquiori Domino, præ cæteris eſt obtemperandum. lib. 2, c. 44. 1.
Dominus capitalis tenetur recipere homagium hæredis, ſive majoris, ſive minoris. Et non poteſt relevium, aut vllū ſervitium, ab hærede petere, niſi priùs receperit ejus homagium. lib. 2. c. 60. 2. 5. *Sed nonnunquam poteſt homagium differre vel recuſare.* lib. 2. c. 69. 1.
Singulis Dominis, ſingula debentur homagia. lib. 2. c. 61. 1.
Dominus capitalis, poteſt recipere homagium, de hæreditate patris, à filio primogenito, vivo adhuc patre, he may receaue the ſonne in the fee of the land before the fathers deceaſe. lib. 2. c. 33. 11.
Dominus poteſt cogi, vt relevium à vaſallo accipiat; eoq; accepto, hæreditatem ei reſtituat. lib. 2. c. 71. 6.
Poteſt diſtringere ſuos vaſallos pro relevio, auxilijs & ſervitijs. lib. 2. c. 73. 1. 5. *Poteſt vocare ſuum vaſallum, in ſua curia, pro ſervitio ſibi debito.* lib. 2. c. 63, 10. *Et ſi non poteſt eos compellere, vt ad curiam ſuam veniant: tunc auxilium à Rege, & ejus præceptum impetrabit.* lib. 2. c. 63. in fin. 14.
Soluto relevio, hæres qui id ſolvit, poteſt petere auxilia à ſuis vaſallis. lib. 2. c. 72.

72.1. *ſecundum certam & præſcriptam quantitatem.* ſtat.2.Rob.1.c.18.
Si ſit controverſia inter Dominum & vaſallum de libero tenemento vaſalli, is non tenetur reſpondere ſine præcepto Domini Regis. lib.3.c.21.
Dominus infeſtari à vaſallo non debet, neq; dedecore, aut atroci injuria affici. lib. 2. c. 63. 1. 5.
Et quantum vaſallus debet Domino, ratione hominij, tantum Dominus, debet vaſallo ratione Dominij, propter ſolam reverentiam. lib.2.c.67.2.
Dominus poteſt terram ſui vaſalli, in manus ſuas capere, ſi quæſtio ſit de recto hærede, eamque tenere tanquam eſchætam, donec conſtituerit quis ſit rectus hæres. lib. 2.c.55.4.5.
Ad eum quoque pertinet terra ejus, qui furti damnatur. lib.2. cap. 55.6. lib. 4.cap. 12.
Dominus feudi, poteſt punire eos tanquam raptores, qui ex ipſius feudo namos abŭciunt per vim, ſine ejus licentia. ſtat.2.Rob.1.c.21.12.
Terræ alienatæ debent teneri de Domino Capitali, & non de ipſo alienante. ſtat. 2. Rob. 1. c. 25.
Dominus poteſt recognoſcere terras ſui veſalli. ſtat. Rob. 3.c.13.
Multis & varijs de cauſſis. ſtat. Rob. 3. c.19.
Dominus Capitalis admittitur ad accuſandum, pro morte vaſalli. lib. 4. c. 5.7.
Ad Dominum feudi pertinet hæreditas, ejus qui de felonia convictus eſt. lib.2. c. 55. 10. *& ejus qui in judicium vocatus, fugit.* Quon. Att. c. 102. lib. 4. c. 12. *Domini Conſenſus, requiritur in alienatione terrarum vaſalli ſui.* ſtat. Wilh. cap. 31.

Donatio *propter nuptias datur mulieri, ad ejus ſuſtentationem, ſoluto matrimonio redit ad virum, alienari non poteſt per virum: ſi ſit ante nuptias, poteſt eſſe major dote, ſi poſt nuptias, debet eſſe dati æqualis; vel minor, ejus fructus ad virum pertinent.* lib. 2. c.15.
Donationes inter virum & uxorem, conſtante matrimonio, prohibentur fieri & ſi fiant, morte donantis confirmantur. lib.2.c.15.10.
Donare quis poteſt in ſua legitima poteſtate, terram ſuam, invito hærede, ſed non in lecto ægritudinis. lib.2. c.18.17.
Donationes, ſive alienationes, certis de cauſſis revocari poſſunt. ſtat. Rob. 3. cap.17. leg. burg. c.11. vid. Alienare.

Dos *dicitur duobus modis; primo ſignificat id, quod vir dat uxori ſuæ, tempore diſponſationis,* the terce or the third. lib.2.c.16.1.
Secundò, dos dicitur id quod datur viro, cum muliere, tocher-gude. lib.2.c.18. 1. *& alio nomine maritagium.* vid. Maritagium.
In priore ſignificatione, ſi maritus qui donat, nominat dotem, non poteſt donare plus tertiâ parte liberi ſui tenementi ſeu feudi, quod habet tempore diſponſationis ad oſtium Eccleſiæ, licet minus tertiâ parte, nominare poſſit. lib.2.cap.16. 4. ſtat. Alex. c.22.
Dos data per patrem, adhuc vivum filiæ; poſt mortem patris, debet conferri in diviſione hæreditatis inter filias. ſtat. Rob. 3. c.35.5.
Dotis pertinentiæ, præſtari debent mulieri, per hæredem mariti. lib.2.c.16.
Dos prior, ad aliquã mulierem pertinens, non venit in diviſione dotis per poſteriorem uxorem petitæ. lib.2.c.16.64.
Dos debet menſurari, ad certam quantitatem; nam non debet eſſe major tertiâ parte

parte tenementi mariti. Sed ei æqualis, vel minor esse potest. lib. 2. cap. 16. in fin. 77.

Dos pertinet ad uxorem viri defuncti, etiamsi ejus terræ, sint in manibus Domini Capitalis, ratione warde. stat. Alex. c. 9.

Qui viduam de dote sua, dissaisierit, post mortem mariti, solvit ei valorem dotis à tempore mortis mariti, computandum, & erit in misericordia Domini Regis. stat. Rob. 3. c. 20. 2.

Dos amittitur multis modis. vid. Vxor.

Placitum de dotibus, pertinet ad forum Ecclesiasticum. lib. 1. c. 2. 1.

Et soluto matrimonio, dos redit ad mulierem. lib. 2. cap. 15. 4. vid. Vidua. vid. Warantus. vid. Minor. vid. Tertia.

Duellum *potest esse, si hæres defuncti, negaverit dotem uxori sui prædicessoris.* lib. 2. c. 16. 47.

Inter dominum & vasallum pro servitio, quod Dominus clamat sibi deberi, per vasallum. lib. 2. c. 63. 12.

Duellum potest esse inter creditorem & plegios negantes suam plegiationem. lib. 3. cap. 1. 23. *Inter negantem sigillum, Charte appensum, & testem Charte insertum.* lib. 3. cap. 8. 10. *Inter emtorem rei, quæ allegatur esse furtiva & warantum negantem rem illam, aut ejus warantizationem.* libro. 3. cap. 12. 5.

Per duellum, res aliqua potest probari legitimè emta, commodata, vel ex aliquo alio contractu acquisita. lib. 3. c. 13. 4.

Per duellum judicium curiæ potest defendi, sed secus est de recordo curiæ. lib. 3. cap. 24. 3. 6.

Duellum potest esse inter tenentem & petentem, in Brevi de morte antecessoris. lib. 3. cap. 29. 3. *Inter accusantem & accusatum læsæ Majestatis.* lib. 4. cap. 1. 12.

Duellum habet locum de thesauri inventi occultatione. lib. 4. c. 4. 5.

Duello se defendit, qui accusatur de arte & parte furti. lib. 4. c. 14. *Vel de furto.* Quon. Att. c. 12. 2.

Duellum non habet locum, nisi in criminibus, quæ merentur pœnam mortis, vel quæ sunt proditionalia, vel quando provocatus est suspectus de crimine, vel quando crimen non potest aliter probari. stat. Rob. 3. c. 6.

Forma vadiandi duelli. lib. 2. c. 63. 12.

Defendens potest, si velit, eligere duellum vel assisam. lib. 4. c. 13. Quon. Att. c. 31. c. 61.

Deinde si duellum elegerit, debet illud vadiare, & postea jurare, quòd querela sua sit justa & bona. Quon. Att. c. 31.

Duellum potest vadiari in curia Vice-comitis, & transferri ad curiam Regis. lib. 3. c. 29. 9.

Duellum recusans, postquam est vadiatum, habetur pro convicto. lib. 4. cap. 1. 14.

Qui post pacem proclamatã, tempore duelli loquutus fuerit, solvet Regi viginti vaccas. Qui autem manũ apponit, est in misericordia Regis, de vita & mẽbro. Quon. Attach. c. 74.

Appellator & Appellatus non possunt reconciliari sine licentia Regis. lib. 4. c. 1. in fin. 15.

Terra

Digitized by Google

Terra amiſſa per defaltam, poſt duellum vadiatum, nunquam recuperatur. Quon.Att. c.96.
Appellator ſi fuerit victus, eſt in miſericordia Regis: Appellatus verò victus, exhæredatur, & hæredes ejus. lib.4.cap.1. in fin. 16. *Sed hoc verum eſt.*
Si duellum fuerit de crimine læſæ Majeſtatis: Alioquin ſi quis cadat in duello, ejus plegij ſolvunt Regi novem vaccas, & unum Colpindach; *& ſatisfaciunt calumniatori.* ſtat. Alex. c.11.
Duellum declinare & recuſare poteſt, qui eſt ſexagenarius, & corpore mutilo. lib.4.c.3.1. leg.burg.c.24.
Pugnare non coguntur viri religioſi, vidue, clerici, & prebendarij ſtat. Alex. cap. 5.1.
Duellum poteſt remitti & relaxari, quando pugnatur in cauſa adulterij, vel ſecundum legem de Clan-Mak-Duff: *vel pro ſanguine extracto ſubtus anhelitū.* ſtat. Wilh.c.27.
Duellum non fit de furto, niſi illud ſit manifeſtum. Quon.Att.c.100.1.
Qui per ſe, & in propria perſona, & qui per alios pugnant. ſtat. David. 2. cap. 28.

E.

ECCLESIA, *ejuſque jura & libertates, debent defendi & manuteneri.* ſtat. 1.Rob.1.cap. 1. ſtat.Wilh.cap.32. ſtat.David. 2. cap. 43.
Eccleſiæ miniſtri, debent fideliter vivere & Regi fideles eſſe. ſtat. David.2. cap. 12.4. *& honeſtè vivere de ſuis reddit ibus.* ſtat. Wilh.c 34.
Eccleſiaſticis perſonis juſtitia debet adminiſtrari ſummariè, ſine plegiorum dilatione. ſtat.Rob.3.c.5.1.
Eccleſiaſticum forum, ſive curia Chriſtianitatis, cognoſcit de dotibus, teſtamentis, advocatione Eccleſiæ, & jure patronatus. lib.1.c.2.1.2.
De quæſtione ſervi ad ſacros ordinos promoti. lib.2. c.13.
De cauſa teſtamenti, & legatis in eo relictis. lib. 2. c.38.c.39.
De cauſa matrimoniali & utrum quis ſit Baſtardus an legitimus. lib. 2. cap. 50.
Et utrum quis ſit natus ante matrimonium vel poſt. lib. 2.c.5.1.
Eccleſia cognoſcit de maritagio, hoc eſt, de terra data cum aliqua muliere nomine maritagij, ſive dotis [the name of tocher gude.] lib. 2. cap. 59. 3.
Et de fidei tranſgreſſione, vel leſione. lib.3.c.7.2.
Nam ad Eccleſiaſticam juriſdictionem, non pertinent civiles cauſſæ, de terris vel tenementis, niſi ratione fidei, vel juramenti illis interpoſiti; cum alioqui ſint merè civiles & profanæ.
Controverſia inter duos clericos de terra eleemoſynata, pertinet ad forum Eccleſiaſticum. lib. 3.c.25.2.
Eccleſiaſtici & religioſi viri poſſunt cognoſcere de cauſſis criminalibus, ſi ſunt ſpecialiter infeodati. Quon. Attach.c.43.

Curiæ non debent teneri in Eccleſia, vel loco ſacro. Quon. Att. c. 86.
Vice-comes debet intereſſe curijs Eccleſiaſticis, alioqui curiæ teneri non poſſunt. ſtat. Alex. c. 14. 1.
Si feudũ probetur eſſe Eccleſiaſticum; non poteſt poſteà eſſe laïcum. lib. 3. c. 34. 5
Eccleſiaſticæ rei emphyteuſis, cadit in commiſſum, propter non ſolutum canonẽ, vel annuum ſenſum per biennium. lib. 3. c. 14. 5.
Eccleſiaſticæ terræ non poſſunt alienari per prælatos, ſine confirmatione Regis. lib. 2. c. 23.
Quilibet in ſuo teſtamento poteſt relinquere legata Eccleſiæ. lib. 2. c. 36. 3.
Eccleſiæ Epiſcopus, poteſt jure devoluto, perſonam præſentare Eccleſiæ vacanti, propter negligentiam laïci patroni, non præſentantis debito tempore. lib. 1. c. 2. 3.
Eccleſiaſtici viri non tenentur pugnare duello. ſtat. Alex. c. 5. 1.

Ejectus *de poſſeſſione ſuæ terræ vel tenementi, ante omnia eſt reſtituendus.* ſtat. Rob. 3. c. 15. leg. burg. c. 101.
Ejici de ſuo tenemento & hereditate nemo debet, niſi per ordinariam viam & formam proceſſus. ſtat. 1. Rob. 1. c. 25.
Nam quilibet debet uti terris propriis, & abſtinere ab alienis. ſtat. David 2. c. 10. vid. nova Diſſaiſina.
Aliquis poteſt ejici de poſſeſſione ſua, ut cùm ejicitur de terra invadiata ſeu oppignorata. Aliquando de libero tenemento ſuo, veluti de terra quam poſſidet pro vita ſua: quandoq́, de feudo ſuo, quando aliquis prohibetur, aut impeditur ingredi terram ſuam poſt mortem Patris ſui.
Quandoque aliquis ejicitur de poſſeſſione, libero tenemento & feudo ſimul, cùm quis ejicitur de terra ſua hæreditaria, quam juſtè poſſidet. leg. burg. cap. 135. vid. Nova Diſſaiſina.

Eleemoſynæ *nomine, terræ dari poſſunt, etiam invito & repugnante hærede.* lib. 2. cap. 18. 3.
Terræ Eccleſiaſticæ, ſunt Eleemoſyna Regis. lib. 2. c. 23. 2.
Uxor poteſt dare Eleemoſynam moderatè, ſine conſenſu mariti. Quon. Attach. cap 21. 2.
In terra Eleemoſynata, miniſtri Regis non poſſunt capere rem aliquam, ad uſum Regis, ſi poſſit alibi inveniri. ſtat. Alex. c. 20.
Terræ datæ, vel alienatæ Eccleſiæ, vel Domui religioſæ, nomine eleemoſynæ, non poſſunt alienari, ſine conſenſu primi donatoris, vel ejus hæredis. ſtat. 2. Rob. 1. c. 1. 5.
Donans terram nomine eleemoſynæ, ſi elemoſyna fuerit ſubtracta per biennium: donans, vel ejus hæredes, poſſunt terram repetere. ſtat. 2. Rob. 1. c. 1. 7.

Emphyteuſis *rei Eccleſiaſticæ.* vid. Eccleſia.

Emtione & venditione *pretium debetur venditori, & res emta, emtori.*
Emtio perficitur, poſtquàm de pretio inter eos convenit; ſi res tradita fuerit aut arrhæ datæ, lib. 3. c. 10. 2. 3 4.
Si res tẽpore emtionis fuerit vitioſa, venditor debet rem rehabere, to receiue or haue it againe: *& pretium, ſi quod accepit reſtituere.* lib. 3. c. 10. 8.
Emtor rei, quæ allegatur eſſe furtiva, aut debet ſe à furto excuſare, aut warantũ vocare. lib. 3. c. 12. 1.
Emtori rei ſervitio obnoxiæ, venditor tenetur de ſervitio. lib. 3. c. 26. 8.

Digitized by Google

In emtione & venditione, pondera debent eſſe æqualia. ſtat. David. 2. cap. 14. 1.
Omnes ligij Regis, poſſunt emere victualia, & ea liberè ducere, quò voluerint. ſtat. Rob. 3. c. 8.
Nulla emtio aut venditio, poteſt fieri ſine plegio. lib. 1. cap. 18. Leg. Burg. cap. 128. 1.
Periculum rei emtæ & venditæ pertinet ad ejus poſſeſſorem; niſi aliter ſit conventum. lib. 3. c. 11.
Omnes venientes ad exercitum Regis, ſuis denarijs debent emere, ea quæ ſunt neceſſaria ad ſuam ſuſtentationem. ſtat. 1. Rob. 1. c. 5.
Mercantiæ per navim adductæ, debent ad terram ferri: Nam in navi vendi non debent. leg. burg. c. 10.
Mercatores debent ſua emere mercimonia, à burgenſibus tantùm. leg. burg. cap. 18.
Burgenſes poſſunt emere & vendere liberè per totum regnũ. leg. burg. c. 139.
Emere lanam ad tingendum, nemo poteſt niſi burgenſis. leg. burg. c. 22.
Forma emendi & vendendi terras in burgo. leg. burg. c. 127.
Qui vendit terras in burgo, debet eſſe intus, & emens foris, & hic intrare & ille exire: & ille pro introitu, debet dare denarium Præpoſito, & venditor pro exitu alterum. leg. burg. c. 56.
In Burgo communiter omnibus vendi debent panes, cerviſia, carnes, piſces. leg. burg. cap. 72. *Sed mercimonia debent vendi mercatoribus.* ſtat. Wilh. cap. 36.
Terræ debitoris poſſunt vendi, ab ipſius plegio eo modo quo poſſunt vendi ab ipſo creditore. leg. burg. c. 95. c. 96.
Emens merces vitioſas, debet emendari per fratres Gildæ. ſtat. gild. c. 23.
Mercimonia, quæ ad burgum deferuntur, non poſſunt emi, antequam ad forum burgi deferantur. ſtat. gild. c. 29.
Neque licet fratribus foris habitantibus, mercimonia emere, niſi in die fori. ſtat. gild. c. 46.
Licet emtori & venditori ex pacto convento, à contractu emtionis & venditionis impunè, & ſine pœna recedere; ſi ita inter eos convenit. lib. 3. cap. 10. 5. *Nam quæ conſenſu contrahuntur, diſſenſu diſſolvuntur.* vid. Alienare. vid. Arrhæ.
Epiſcopus *ordinarius, ſi alicujus hominis inteſtati bona, ad eum veniunt diſponenda, tenetur ejus debita, creditoribus ſolvere.* ſtat. Wilh. cap. 22. cap. 30. vid. Eccleſia.
Epiſcopus debet inſtituere perſonam, ei per patronum lãcum præſentatam. lib. 3. cap. 33. 5.
Equus *ſi dicatur furtivus, dilatio temporis debet dari poſſeſſori, ut warantum ſuum vocet: Si verò vir aliquis bonæ famæ, equum commodati cauſſa accepit, ut in exercitum proficiſcatur; debet equum reſtituere commodanti, quum ab exercitu redierit, & non antè.* lib. 4. c. 18. 3.
Equitans debet cuſtodire anteriores pedes equi, à damno; non item poſtericres. lib. 4. c. 24. 5. 6.
Equus tranſportans boſcum de foreſta. ſit eſcheta Regis. Quon. Attach. cap. 48. 7.

Equus transportans Bladum à suo molendino, ad aliud, est escheta Domini molendini. stat. Wilh. c. 9. 8. *Equi non debent ali per oppressionem.* stat. David. 2. c. 43.

Equus capitosus, head-strong, *vel effrænis, portans sessorem per rupem, vel cum in aquis submergens, confiscatur.* Quon. Att. c. 48. 10.

Confratres Gildæ debent alere equum. stat. Gild. c. 18.

Equi non debent transportari extra Regnum. stat. David. 2. c. 49.

Escheta, *aut sunt rerum mobilium, aut immobilium: Et hæ rursus, aut sunt perpetuæ, aut temporales.* Quon. Att. c. 48. in prin.

Escheta malefactorum, pertinent ad eum qui per Chartam, de his infeofactus est. leg. Malc. 2. c. 9. 2. Quon. Att. c. 12. 5.

Catalla intestati decedentis, pertinent ad Dominum ejus, tanquam escheta. lib. 2 c. 53. Quon. Att. c. 48. in fin. 15.

Omnia animalia, quæ occidunt homines, confiscantur tanquam escheta. vid. Animal. vid. Equus.

Escheta malefactorum, debent publicè vendi per Vice-comitem. stat. Rob. 3. cap. 28.

Porci, Capræ, Aucæ, Gallinæ, in Burgo sunt escheta, & occidi possunt. leg. burg. c. 126. 1. 4.

Omnes Escheta in itinere Camerarij, debent præsentari Regi. Iter. Cam. c. 34.

Omnes Res mobiles felonis, pertinent ad Regem simpliciter.

Sed terra convicti, vel confessi de felonia, tenta de alio Domino Capitali, est escheta Domino Regi per annum & diem: Post annum & diem, pertinet ad ejus Dominum Capitalem, the life-rent eschete perteines to the immediat superior. lib. 2. cap. 55. 10. 11. 12. vid. Felo. *Idem dicendum est de terris homicidæ rebellis, post annum & diem: Nam ante annum elapsum pertinet ad Regem; post annum, ad Dominum Capitalem; sic habet curiam de Eschetis.* Quon. Att. c. 18.

Escheta & fructus terrarum felonis utlagati, etiam ipso vivente, post annũ & diem computantur inter bona mobilia Quon. Att. c. 18. 5.

Escheta nomine, ad Regem pertinent, quæcũq; in nullius sunt Dominio. Quon. Att. c. 48. 4

Terræ mulieris hæredis, de feudo militari, tanquam escheta ad Dominum pertinet: si tempore virginitatis, fornicata fuerit. lib. 2. c. 55. 9. c. 49. 1. 2.

Terra vasalli, potest capi à Domino in manibus suis, & teneri tanquam escheta, donec de recto hærede constiterit. lib. 2. c. 55. 2. 3.

Terræ & tenementa proditorum, sunt perpetuò escheta; & non recuperantur ab hæredibus. vid. læsa Majestas. vid. Proditio.

Escheta non possunt judicari, aut levari in minori curia, quàm in curia Baronis: nisi Domini minorum curiarum, sint specialiter de his infeodati. Quon. Att. cap. 43.

Nihil judicatur esse escheta, nisi propter culpam aliquam, aut delictum. Ideóque molendinum, cujus rotâ homo occiditur, non fit escheta. Quon. Attach. cap. 48. 13.

Essonium [ane essonzie or excuse] *legale seu legitimum, est triplex. Aut enim fit per infirmitatẽ lecti, aut per servitium Domini Regis: Aut per transitũ ad nundinas.* Quon. Att. c. 57. 5.

Digitized by Google

Cui addi poteſt eſſonium, peregrinationis. lib. 1. c. 8. 24. *Eſſonium extra patriam, vel ad nundinas, probatur vnicâ manu.* ſtat. Wilh. c. 26. 2.
Petens ſive actor, poteſt legitimè eſſoniari. lib. 1. c. 8. 31.
Nam tot eſſonia, dantur petenti, quot tenenti. leg. burg. c. 111.
Eſſonium ſe[illegible]tis ſive rei, ſi ſit rationabile admittitur in tribus curijs. lib. 1. cap. 7. 2.
In quæſtione libertatis ſive ſtatus, petens poteſt ſe eſſoniare. lib. 2. c. 11. 7.
Duo eſſonia conceduntur tenenti, in Brevi de morte anteceſſoris. lib. 3. c. 28. 10.
Nonnunquã nullum eſſonium admittitur in hoc Brevi. Quon. Att. c. 52. 3.
In recognitione feudi, ſitne laïcum, an Eccleſiaſticum, duo tantùm dantur Eſſonia tenenti. lib. 3. c. 34. 2.
Eſſonia locum habent infra burgum in placitis, de terra vel tenemento. leg. burg. c. 46.
In Brevi de morte anteceſſoris, Eſſonium ejus, qui eſt majoris ætatis, non habet locum contra minorem. lib. 3. c. 30. 1.
Sed admittitur Eſſonium minoris, contra majorem. lib. 3. c. 32. 1.
Qui venire debent ad curias capitales, vti poſſunt eſſoniis. Quon. Attach. c. 33. 1. 6.
Eſſonia dantur defendenti, in placitis de (wrong & vnlaw) Quon. Attach. cap. 4. 2.
Eſſonia legalia habent locum in Brevi de recto infra Burgum. Quon. Att. c. 57. 5. leg. burg. c. 97.
Quarto die, ſive in quarta curia, nullum admittitur eſſonium, niſi ſit infirmitatis, aut de ſervitio Regis. lib. 1. c. 8.
Et eſſoniato dantur quadraginta dies. Quòd ſi fraudulenter quis vtitur hoc eſſonio, ſi non venerit in curiam, amittit jus ſuum. ſtat. VVilhel. cap. 26. 3.
Eſſonia cõceduntur procuratori, donec ipſa procuratio revocetur. lib. 3. c. 16. 2.
Eſſonia dantur ſectatoribus. Quon. Att. c. 33. 1.
Vnicum tantum eſſonium datur inter tenentem & Dominum, de ſectis Curiæ litigantes. ſtat. 2. Rob. 1. c. 4. 2.
Eſſonia tria conceduntur tenenti, warantum vocanti, & totidem ipſi warantô. lib. 1. c. 15. 10. lib. 3. c. 33.
Sed nullum eſſonium datur warantô, donec priùs comparuerit in curia. ſtat. 1. David. 2. c. 25. 1.
Eſſonia legitima conceduntur accuſato læſæ Majeſtatis. lib. 4. c. 1. 11.
Eſſonia locum habent in placitis coronæ. ſtat. VVilh. c. 2. 4.
Tria eſſonia dantur in Brevi, de protectione Regis infrictâ. Quon. Attach. cap. 54. 3.
Vnicum genus eſſonij, nempe per ſervitium Domini Regis;
Et alterum genus de infirmitate, conceditur indictatis coram juſtitiario. ſtat. 1 Rob. 1. c. 6. 1. 2.
Eſſonium infirmitatis, probatur per teſtes. lib. 1. c. 8. 10.
Et ſi fiat quarto die, debet inſtanter probari per teſtes. Mod. ten. Cur. c. 24.
Et coram juſtitiario, per aſſiſam inquiritur. ſtat. 1 Rob. 1. c. 6. 2.
Eſſonium de ſervitio Regis, poteſt probari in ſequenti curia, per literam Regis. ſtat. 1. Rob. 1. c. 6. 1.

Eſſonia debent eſſe legitima, aliàqui non debent admitti. ſtat.1.Rob. 1. cap. 26.
Eſſonium non admittitur ſine plegio. Quon.Att.c 33.2.
Nullum Eſſonium datur ei, qui debet tres ſectas in curia. Quon. Attachia. cap. 33.7.
Eſſonium non habet locum in nova diſſaiſina. lib.3.c.28.11[illegible]6.3.
Non datur Eſſonium his qui ſponte conſentiunt in Aſſiſam. Quon. Attach. cap.[illegible].
Nullam Eſſonium datur ei, qui accuſatur de namorũ detentione, aut vetatione. ſtat.2.Rob.1.c.21.1.
Eſſonia non militant contra pede-pulveroſum. leg.burg. c.134.3.4.
Neque locum habent in proceſſu recentis deforciationis in burgo. leg. burg. c.135.6.
Eſſoniator qui alium eſſoniat, reſpondere debet pro defalta ejus, quem Eſſoniavit lib.1.c.8.11.
Et in quarta curia, comparere poteſt & ſalvare omnia ejus eſſonia. Quon.Att. cap. 58.

Exceptiones *per tenentem, debent primùm proponi, contra Breve Regis.*
Deinde contra clameum petentis lib.1.c.11.5.
Nam primò ſunt proponende contra citationem, vel attachiamentum. Quon. Att. c.84.
Sed proponi non debent, niſi Breve primùm legatur. ſtat.1.Rob.1.c.19.3.
Proponi debent & admitti ſine plegio, niſi ſint frivole. Quon. Att. c.34.
Omnes exceptiones, etiam dilatorie, conceduntur tenenti, in quarta curia comparenti.
Exceptio ſolutionis debiti, debet probari per eum, qui eam proponit. ſtat.2. Rob.1.c.23.
Si tenens nullas habeat exceptiones, tunc de re controverſa determinanda, eligitur Aſſiſa. lib.1.c.12.1.
Variæ exceptiones, impediunt Breve de morte antecеſſoris lib.3.c.29.
Exceptio Domini, objecta contra petentem impedit recognitionem de jure patronatus. lib. 3. cap. 33.7. *Veluti ſi tenens dixerit ſe eſſe Dominum Eccleſiæ vacantis, &c.*

Excommunicatus *poteſt infra 40. dies appellare ad Cleri conſervatorem & ab eo ad generalem Cleri congregationem.* ſtat.Rob.3.c.6.2.
Excommunicatus eſt infamis. ſtat. Wilh. c. 11.5. *Ideoq; neq; accuſare, neq; teſtamentum dicere poteſt.* ſtat.2.Rob.1.c.34.2.
Et ſi ſit captus per plegios, dimitti non debet. ſtat.Rob.3.c.14.

Exſecutores *aut ſunt teſtamentarij, qui in teſtamento nominantur ab ipſo teſtatore: Aut ſunt dativi, qui à judice dantur* lib.2.cap.38.2.3. *Quorum officium eſt, debita defuncti à debitoribus petere. Et debita defuncti ejus creditoribus ſolvere.* ſtat.Wilh.c.22.3.
Quòd ſi bona defuncti non ſufficiant ad debita ſolvenda; hæres defuncti de ſuo tenetur ea diſſolvere. ſtat.2.Rob.1.c.18.3.4.
Exſecutores debent ſolvere Regi debita, ſi qua illi per defunctum debentur, & ex reliquis bonis teſtamentum facere. ſtat.Wilh. c.21.2.3.

Ad Exercitum *ſive guerram, omnes debent eſſe parati, qui exceſſerunt 16. ætatis annum, & non attigerunt ſexageſimum, & habere arma, ſecundum valorem*

Digitized by Google

& quantitatem ſuorum bonorum. ſtat. Wilh. c. 23. ſtat. 1. Rob. 1. c. 27.
Qui delictum committit, veniendo, morando, vel redeundo ab exercitu, debet puniri, ſecundum quantitatem delicti. ſtat. 1. Rob. 1. c. 4.
Qui veniunt ad exercitum Regis, debent eſſe inſtructi cariagijs & victualibus, vel denarijs ad emendum victum, & alia neceſſaria. ſtat. 1. Rob. 1. c. 5.
Qui remanent ab exercitu, amerciantur à Rege, etiamſi ſint poſſeſſores terrarũ Eccleſiaſticarum. ſtat. 1. Rob. 1. c. 27. ſtat. Alex. c. 15. 2.
Bona omnia amittunt & perdunt. ſtat. 1. Rob. 1. c. 27.
Qui eſt in exercitu Regis, non poteſt namari. leg. burg. c. 3. c. 36. 1.
Exhæredari *filius, præſertim primogenitus, non debet facili de cauſſa.* lib. 2. cap. 19. 2. 3.
Pater maritans filiam, vel filias hæredes, ſine conſenſu Domini, exhæredatur. lib. 2. c. 48. 5.
Exhæreditur mulier hæres feudi militaris, ſi tempore cuſtodiæ fornicationem cõmiſerit. lib. 2. c. 49. 1. 2. & c. 55. 9.
Uſurarius qui crimen uſuræ ad tempus mortis ſuæ exercuit, exhæredatur, & ejus hæredes. lib. 2. c. 54. 4. 5.
Hæres proditoris, exhæreditur. lib. 4. c. 1. 17. Quon. Att. c. 19. 3.
Vaſallus exhæredatur, ſi aliquid fecerit, ad exhæredationẽ Domini ſui, aut injuriam atrocem ei fecerit, vel ſi negaverit ſervitium Domino. lib. 2. c. 63. 4.
Minor non tenetur reſpondere in aliquo placito, per quod poteſt exhæredari. lib. 3. c. 32. 15.
Exhæreditur hæres ejus qui amittit terram per ſuam defaltam, in magna aſſiſa, vel duello. Quon. Att. c. 96. 4.
Exhæredatur qui convictus fuerit de falſo pondere vel menſura. leg. burg. cap. 132.
Nemo exhæredatur propter foriſ-factum aut delictum alienum. lib. 2. c. 55. 15. Quon. Att. c. 102. *filius non exhæredatur propter feloniam patris ſui, veluti propter homicidium, furtum aut aliquod privatum delictum, à patre commiſſum. Nam filius non amittit hæreditatem, etiamſi pater fuerit accuſatus propter feloniam, & non convictus.* Quon. Att. c. 98.
Expenſæ *litis.* vid. Damna.

F.

FActum *proprium tribus modis poteſt revocari.* 1. *Minor ſi ſit enormiter læſus, reſtituitur in integrum.* 2. *Incarceratus, vel captus ab inimicis, metus cauſſa reſtituitur.* 3. *Factum lunatici vel furioſi, tempore furoris non valet.* Quon. Att. c. 29.
Falſarius *Chartæ Domini Regis, vel Domini ſui, punitur pœna læſæ Majeſtatis.*
Si verò Charta fuerit privatæ perſonæ, Falſarius punitur ultimo ſupplicio, aut membrorum, vel unius membri truncatione. lib. 4. c. 13. 4. 5 *Vel per miſericordiam Regis.* lib. 3. c. 8.
Eàdem quoq; pœnâ punitur is, qui falſi conſcius fuerit. ſtat. Alex. c. 19.
Quicunq; Burgenſis inventus fuerit cum falſo pondere, vel menſura, erit in foriſ-facto. leg. burg. c. 52. c. 74.

Et punitur morte,& hæres ejus exhæredatur. leg.burg.c.132.

Falſatio *judicij,debet fieri incontinenti,per eum qui tempore redditi judicij, eſt præſens.Qui verò abſens fuerit,poteſt illud falſare infra quadraginta dies.*Quō. Attach.c.13.4.5. ſtat. Wilh. c.10.

De modo & cauſſis propter quas judicium poteſt falſari. ſtat. Wilh. c. 10.

Iudicium redditum in curia Baronis, debet falſari coram Vice-comite, & judicium Vice-comitis, coram juſtitiario,& juſtitiarij in Parliamento. Quon Att. c. 13. 6.

*Iudicium redditum in curia juſtitiarij,per aliquem extraneum, & contra dictum,debet eodem die,per ſectatores curiæ declarari.*Quon.Att.c.35.

Amerciamentum falſi judicij,Contradicti in curia juſtitiarij,eſt 10 librarum. Quon. Att.c.35.3.

Omnia judicia falſata coram Camerario, debent præſentari Regi. Iter. Cam. cap. 34.

Familia, *ſive ſervi familiares, debent revelare furtum vel maleficium Domini ſui.*ſtat.Wilh.c.19.9.

Fatui *naturalis & ejus terrarum cuſtodia,pertinet ad Regem. Qui terras cuſtodire,non autem alienare,vel vaſtare,& fatuum alere debet.*lib.2.c.46.

Felo *de felonia convictus, aut confeſſus aut fugitivus, aut tenet terras ſuas de Rege,& tunc omnes res ejus mobiles & immobiles,pertinent ad Regē, ſine ulla diſtinctione : Aut tenet terras ſuas,de alio Domino Capitali,& tunc ejus terra per anni ſpatium pertinet quoque ad Regem. Poſt annum verò & diem, terra revertitur ad Dominum Capitalem de quo tenetur* [becauſe the immediat ouer Lord ſould haue the life-rent of his vaſſal]lib.2.c.55.lib.4.c.34.10. ſtat.2.Rob.1.c.22. Quon. Att.c.18.

*Bona omnia tàm mobilia quàm immobilia læſæ Majeſtatis damnati, confiſcantur.*lib.4.c.17.

*Si quis fuerit de felonia accuſatus & non convictus, uxor ejus non amittit dotem,neq; filius hereditatem.*Quon.Att.c.98.1.

Feloniæ exceptio[exception of rebelling or horning]*objecta petenti, impedit Breve de morte anteceſſoris.*lib.3.c.29.11.

*Reſtitutio Felonis, facta per Regem ex beneficio & gratia, non præjudicat tertiæ perſonæ,terras Felonis poſſidenti.*lib.2.c.56.1.

*Eſcheta & fructus terrarum Felonis vtlagati, etiam ipſo vivente computantur inter bona mobilia.*Quon.Att.c.18.5. vid.Crimina.

In Feriato *die,citatio fieri non debet.*lib. 1. c.6.15.

*Neq; arbitri ſententiam ſuam pronunciare poſſunt.*lib.2.c.7.4.

Fœmina *non poteſt fungi officio Arbitri.*lib.2.c.4.2.

*Nullum tenetur facere homagium domino,licet fidelitatem faciat.*lib.2.c.60.3

*Sed tamen homagium ei fieri poteſt.*lib.2.c.66.1.vid.Mulier.

Feudum *Eccleſiaſticum,in foro Eccleſiaſtico & laicum,in foro laicali,ſeu ſeculari tractari debet.* lib.3.c.25.1.2.

Si feudum ſemel probetur eſſe Eccleſiaſticum,nunquàm poteſt poſteà eſſe Laicum. lib.3.c.34.5.

*Si quis de Feudo deforciatur, Breve Domini Regis illi conceditur,ad feudi ſui recuperationem.*lib.1.c.6.1.

Si queſtio ſit de Feudo tento, de diverſis Dominis Capitalibus, ipſi Domini ſunt

Digitized by Google

ſunt vocandi. lib.1.c.24.1.2.
Rationabilis tertia pars tenementi, in quo maritus eſt veſtitus, vt de feudo, tempore deſponſationis ſuæ vxoris, pertinet ad vxorem. lib.2.c.16.4.11.
Si vaſallus deliquerit in Dominum ſuum, ſoto feudo privatur. lib.2.cap.63.4. vid.Exhæredari.
Feudum ſuum amittit, qui facit purpræſturam contra Regem vel Dominum Capitalem. lib.2.c.74.3.10.
Terra poteſt poſſideri, vel nomine feudi, vel nomine Vadij. lib.3.c.35.1.
De eo, qui ejicitur de feudo, & poſſeſſione ſimul. leg. burg.c.135.10.11.
Fide juſſor, vid.Plegius.
Fidelitas *fieri non debet per maritos filiarum poſtnatarum, marito primogenitæ, vſq; ad tertium hæredem.* lib.2.c.29.3.
Fieri debet per maritum, mulieris waranto Dotis, id eſt, hæredi prioris mariti, vitâ defuncti. lib.2.c.48.10.
Et Domino Capitali, per mulierem hæredem feudi militaris, ejuſq; hæredem lib.2. cap.57.8.
Fœmina non facit homagium, ſed fidelitatem. lib.2.c.60.3.
Epiſcopus conſecratus, ſolam fidelitatem facit Regi. lib.2.c.64.2.
Filia *ſi fuerit ſola, ſuccedit patri.* lib.2.c.28.1. leg. burg.c.25.1.
Filia dotata per patrem in vita Patris, dotem illam cum cæteris conferre debet. ſtat.Rob.3.c.35.5.
Filiæ ſi fuerint plures, ſuccedunt patri per æquales portiones, & in capita: Sive pater ſit ſocco-mannus, ſive Miles, reſervato meſſuagio filiæ primogenitæ. lib.2.cap.28.2.3.
Filiæ excluduntur per filium in ſucceſſione: Quia fœmina nunquam ſuccedit cum maſculo. lib.2.c.30.1.
Filiæ ex eodem patre, & diverſis matribus natæ, (quæ dicuntur conſanguineæ) omnes ſuccedunt patri æqualiter: Sed vnaquæq; ſuccedit in hæreditatem ſuæ matris, cæteris ſororibus excluſis. lib.2.c.31.1.2.3.
Filia ſi ſit hæres patris, non poteſt marttari per patrem, ſine conſenſu Domini, ne ipſi Domino invito, vaſallus inducatur in feudum. lib.2.c.48.5.
Filius *is eſt, quem legitimæ nuptiæ demonſtrant.* lib.2.c.49.6.
Sed filius natus ante matrimonium, per ſequentes nuptias inter patrem & matrem contractas, de jure hujus Regni non legitimatur. lib.2.c.51.3.
Filius vnicus à patre relictus, ſuccedit patri in aſſem, id eſt, in totam hæreditatem patris, ſive pater ſit ſocco-mannus, ſive Miles. lib.2.c.26.c.27.Quon.Att. cap.89.
Sive pater ſit burgenſis. leg.burg.c.25.
Si plures fuerint filij, omnes ſuccedunt patri ſocco-manno, per æquales portiones. Et ſolus primogenitus ſuccedit patri in feudo militari, excluſis cæteris omnibus. lib.2.c.21. c.27.2.
Filij Burgenſis, ex eodem patre & diverſis matribus procreati (qui dicuntur conſanguinei) ſuccedunt in eas terras, quæ acquiſitæ fuerunt, tempore ſuarum matrum reſpectivè. leg. burg.c.26.
Pater habens ſolam hæreditatem, non poteſt donare aliquam partem filio mulierato, aut filio baſtardo, ſine conſenſu ſui hæredis. lib.2.c.19.3.5.
Filius excludit omnes filias à ſucceſſione patris. lib. 2. c.30.

Filius primogenitus vivo adhuc patre, faciens homagium Domino Capitali, de hæreditate paterna [put in fee of the land] *transmittit hæreditatem, ad suos hæredes.* lib. 2. c. 33. 11.

Filius obligatur ex pacto Patris. lib. 2. cap. 31. 1.

Si ei hæres exstiterit, & paternam hæreditatem adierit.

Filius familiâs potest esse arbiter. lib. 2. c. 3. 1.

Potest constitui procurator per patrem, & contrà pater pro filio. lib. 3. c. 15. 9.

Filius quando credatur Miles, vasalli patris, debent eum juvare, & auxilia ei præstare. lib. 2. c. 73. 2.

Secundum certam, & limitatam quantitatem. stat. 2. Rob. 1. c. 18. 1.

Filius burgensis, quandiu est in mensa patris, gaudebit privilegiis patris. leg. burg. c. 16. 1.

Filius non amittit hæreditatem; Et si pater sit accusatus de aliqua felonia, & tamen ante condemnationem moriatur. Quon. Att. c 98. 1. vid. Pater.

Filum *aquæ* [the streame of the water] *debet esse liberum, adeò ut porcus trium annorum, ibidem se vertere possit.* stat. Alex. c. 16. 1.

De Fine *facto & non observato, querela pertinet ad Vice-comitem.* lib. 1. c. 3. 3.

Firmarius *faciens indebitum servitium alicui.* vid. Servitium. vid. Dominus.

Firmarius qui habet terras ad terminum, potest vendere firmam, ante terminum; sed non potest terminum. stat. Rob. 3. c. 37.

De Foresta *equus vel plaustrum exportans boscū, est escheta.* Quon. Att. c. 48. 7. Mod. ten. Cur. c. 61.

Infra forestam Regis non licet venari. Mod. ten. Cur. c. 52.

Particulares & diversas leges Forestarum, vide. post Statuta Rob. 3.

Forisfactum *est delictum personale. Et nemo exhæredatur propter delictum alienum, sed suum ipsius proprium.* lib. 2. c. 55. 15. vid Crimina.

Forisfactum, *id est, amerciamentum, octo vaccarum Regi dabit, qui plegium suū non servat indemnem.* lib. 1. c. 18. 2.

Qui post pacem proclamatam loquutus fuerit, tempore duelli dabit forisfactum viginti vaccarum Regi. Quon. Att. c. 74. 2.

Forisfactum capi potest ab his qui remanent ab exercitu Regis. stat. Alex. c. 15.

Forisfactum de statuto Regis fracto. stat. 1. Rob. 1. c. 8. 7. c. 20. 3.

Videtur idem esse cum pœna pacis infractæ. Quæ est misericordia Domini Regis. vid. Protectio.

Curiæ inferiores utuntur dimidio forisfacti, sive amerciamenti superioris curiæ. leg. Malc. 2. c. 8. 7. 8.

Forisfamiliari *dicitur filius, quum partem hæreditatis, à patre accipit, eaq; contentus est, adeò ut amplius petere non possit.* lib. 2. c. 33. 8.

Forisstallatores *non debent exire portas urbis ad emendam rem aliquam antequam veniat ad forum.* leg. burg. c. 78.

Forisstallatores possunt accusari variis de causis, coram Camerario. Iter. Cam. cap. 21. stat. Wilh. c. 35.

Nomina eorum qui sunt in dictati pro forisstallatione, debent per clericum Camerarij præsentari Regi. Iter. Cam. c. 31.

Fornicatio *commissa per mulierem hæredem feudi militaris, tempore custodiæ seu warde, ipsam exhæredat.* lib. 2. c. 49. 1. & c. 55. 9.

Ad Forum *Vice-comitatus venire debent omnes, qui manent in illo Vice-comi-*

tatu

Digitized by Google

tatu, cum rebus ſuis mobilibus, ad vendendum. ſtat. 2. Rob. 1. c. 33.
In foro debent publicè vendi, per Vice-comitem Eſchetæ malefactorum. ſtat. Rob. 3. c. 28.
Infra vel extra forum quilibet Burgenſis, poteſt namare foriſ-habitantes. leg. burg. c. 3.
Burgenſis excuſatur à furto, qui probat ſe legaliter emiſſe rem in foro. leg. burg. c. 28.
In die fori extranei & alieni mercatores, tum etiam ſtallangiatores, debent ſatiſfacere Præpoſito burgi. leg. burg. c. 40.
In foro vel feneſtra panes debent publicè vendi, ſicut piſces in foro. leg. burg. cap. 67. 3. c. 79. 1.
In die fori, nullus habitans infra vel extra Burgum, debet exire portas burgi ad emendam rem aliquam, antequam veniat ad portas burgi. leg. burg. c. 78.
Vel ad commune forum burgi. ſtat. Gild. c. 29.
Coria tannata, debent tantùm vendi in foro communi. ſtat. Gild. c. 41.
Nullus debet emere aliqua mercimonia ad Gildam pertinentia, niſi tantùm in die fori. ſtat. Gild. c. 46.
Si duo ſunt filij, & fratri ſecundo nato, pater terram aliquam donaverit; & is vivo patre deceſſerit ſine hæredibus, de corpore ſuo procreatis; frater primogenitus ſuccedit fratri ſuo, & patrem ab ejus ſucceſſione excludit. lib. 2. c. 22. 11.
Frater primogenitus, ſi donat fratri ſuo poſtnato, portionem aliquam terræ; & contingat fratrem mori ſine hærede de corpore ſuo: Frater primogenitus qui terram donavit, non ſuccedit illi: ſi modò ſint aliqui liberi, ex fratre primogenito oriundi. Hi enim patrem ſuum, id eſt, fratrem primogenitum, ab illa ſucceſſione excludunt. lib. 2. c. 22.
Frater ſuccedit ſuo fratri, non habenti hæredes de corpore ſuo. lib. 2. c. 34. 1.
Si ſint tres fratres germani, & medius moritur ſine hærede de corpore ſuo; terra ejus pertinet ad fratrem ſeniorem. Quon. Attach. c. 88.
Bona verò mobilia hæreditaria, ad fratrem minorem.
Si ſunt tres fratres, & minimus natu moritur; ejus conqueſtus aſcendit ad fratrem immediate ſeniorem. ſtat. Rob. 3. c. 3.
Fria *piſcium non debet capi aut occidi.* ſtat. 1. Rob. 1. c. 12.
Fructus *pendentes ſunt pars fundi: Idcóque cùm fundus reſtituitur, reſtitui debent.* lib. 1. c. 13. 4.
Fugitivus *fur, cum re furtiva judicari debet, ſicut latro probatus.* lib. 4. c. 15. 4.
Latronem fugientem licet interficere. lib. 4. c. 21. 4.
Homicida fugitivi, & vtlagati terra, de alio Domino Capitali tenta, & non de Rege; infra annum & diem pertinet ad Regem: poſt annum & diem. vid. Quon. Att. c. 102. *ad Dominum Capitalẽ.* Quon. Att. c. 18. lib. 2. c. 55. 10. 11. vid. Felo
Dominus poteſt ſuum bondum fugitivum, per naſum retrahere in ſervitutem. Quon. Attach. c. 56. 7. *Fugitivus malefactor, debet citari: Et ſi non comparet, declaratur rebellis & exſul.* ſtat. Rob. 2. c. 15.
Fugitivum latronem receptans, punitur vt latro. vid. Receptator.
Qui uxorem alienum, cum bonis mariti fugitivam receptat; Reus eſt furti. Quon. Attach. c. 85.
Punitur qui ſervum alienum fugitivum à Domino detinet. ſtat. Wilh. c. 8.
De fugientibus ad Eccleſiam, tanquam aſylum. ſtat. Alex. c. 6.

In cauſſa furti, damna partis poſſunt modificari per aſſiſam. Quon. Att. c. 68.
Qui videt rem furtivam abduci per furem, jurare debet ſe non eſſe participem furti. lib. 4. c. 14. 3.
De arte & parte furti accuſatus, duello ſe defendit. lib. 4. c. 14. 4.
Accuſato furti, datur electio aſſiſæ vel duelli. Quon. Att. c. 31. c. 61.
Punitur vt fur, & latro probatus, qui capit namos in aliqua baronia, ſine conſenſu Domini, & eos non manifeſtat. ſtatuta David. 2. c. 5.
Principalis fur debet implacitari ante receptatorem. Quon. Att. c. 83. 1.
Furti receptator, punitur eâdem pœnâ qua fur principalis. ſtatuta Alex. c. 21.
Furtiva pecunia ab aliquo inventa, debet reſtitui. ſtatuta Wilh. c. 14.
De equo furtivo. vide Equus.
Rerum furtivarum warant', debent ad certa loca comparere. lib. 1. c. 16. c. 17. ſtatuta Wilh. c. c. 1. ſtat. Alex. c. 12.
Sacerdos non admittitur ad warantizandam rem furtivam, niſi priùs probaverit rem ſuam eſſe. lib. 1. b. 19. 1. 2.
Forma & modus proceſſus quo quis accuſari poteſt de furto, Mod. ten. Cur. c. 32. Quon. Att. c. 12.
Fur cadens de furca, liberatur à ſuſpendio pro eo furto. lib. 4. c. 18. 1.
vergelt *furis, ſint triginta vaccæ* lib. 4. c. 19.
Fur condemnatus non debet redimi pœcunia. Quon. Attach c. 42. Mod. ten. Cur. c. 46.
Et qui redemtionem pro furto dat judicium aquæ ſubire debet aut ſuſpendi. ſtat. Wilh. c. 15. 1. 2.
Et qui dedit redemtionem, punitur vt latro probatus. ſtat. 1. Rob. 1. c. 9. 3.
Et qui furem redimit, certo vaccarum numero multatur. ſtat. David. 2. c. 1.
Et ipſe fur pecunia redemtus, debet vtlagari; & poſteà deprehenſus poteſt ſuſpendi. ſtat. David. 2. c. 1. 5.
Furti non manifeſti accuſato, conceditur purgatio per 27 homines & tres Thanos. lib. 4. c. 21.
Punitur vt latro probatus. ſtatuta David. 2. c. 4.
Fur non debet ſuſpendi pro tanto cibi quantũ poteſt portare in ſacco. lib. 4. c. 16.
Burgenſis accuſatus furti manifeſti, per rure-manentem, purgabit ſe duodecima manu. leg c. 28.
De fure ad Eccleſiam vel aſylum fugiente & pœnitentia ducto. ſtatuta Alex. cap. 6.
Pœna furis in Burgo eſt varia, ſecundũ quantitatem delicti. leg. burg. c. 121.
Furtum non committit, qui re commodata vtitur, vtra tempus & locum ad quem fuit commodata. lib. 3. c. 9. 5.
Furtum factum puperibus, vel debilibus perſonis, probatur juramento accuſatoris. ſtatuta David. 2. c. 13. 3.
Vel per aſſiſam. ſtatuta Alex. c. 5. 1. 2.

G.

GAlnes *homines occiſi per equitantem.* lib. 4. c 24. 1.
Galwidienſes *convicti de protectione Regis infricta, ſolvunt ei viginti duas vaccas & tres cathorios.*
Et niſi renũciaverint ſuis legibus, jus vicineti ſeu aſſiſæ, illis non

conceditur. Quon. Att. c.72.c.73.
Galwidienſes ſuas habent leges ſpeciales. ſtat. Alex.c.2. ſtat.2.Rob.1.c.36.
Gaugiatores *poſſunt calũniari varijs de cauſſis in itinere Camerarij.* Ir.Cam.14
Gilda *vna debet eſſe generalis.* ſtat.Gild.c.1. *ejus privilegia.* ſtat.Wilh.c.35.
Ad quam omnes confratres convenire debent, quam nemo debet contemnere. ſtatuta Gild. c. 13. c.32.
Quæ debet gubernari per concilium 24. hominum, majorem & 4 Præpoſitos. ſtatuta Gild.c.33.
Qui debent elegi per totam communitatem. ſtatuta Gildæ c.34.
Cujus ſecreta revelans, ſit infamis, & variè punitur. ſtatuta Gild.c.35.
In quam qui recipitur, ſolvit 40 ſolidos. ſtatuta Gild.c.9.
Ad quam varia ſpectant foriſ-facta. ſtatuta Gild.c.2.c.45.
In quam non recipiuntur Tinctor, Sutor, vel Carnifex, niſi artem ſuam abjuraverint. leges burg. c.99.
Delinquens in aliquem confratrem punitur. ſtatuta Gild.c.5.c.6.
Solvit quatuor denarios, qui mingit ad parietes Gildæ. ſtatuta Gild.c.7.
Confratres gildæ, alij alijs debent ſuam pecuniam dare, ad negotiandum. ſtatuta Gild.c.21.
Nullus debet aſciſcere forinſecum in ſuum auxilium, contra ſuum confratrem. ſtatuta Gild.c.31.
Frater Gildæ incidens in paupertatem, aut accuſatus criminaliter, alitur & juvatur communibus ſumtibus. c.9.c.12.
Eodem modo quo liberi confratrum. ſtatuta Gild. c.10.
Confrater Gildæ non habens proprias facultates, debet ex facultatibus Gildæ ſepeliri. ſtatuta Gild. c.11.

H.

HALECES *per navim adducti, poſſunt vẽdi in navi.* leg.bur.c.10.
Haleces emti per cõfratrẽ Gildæ, debent dividi, inter cæteros cõfratres Gildæ, qui fuerint præſentes tẽpore emtionis. ſtat.G.c.37
Haymhaldare *poteſt quis ſua catalla, veluti equum, bovem, quæ fuerint ab eo elongata, proprio & duorum teſtium juramento.* Quon.Attach.c.10. Mod.ten.Cur.c.27.
Haymhaldare poteſt quilibet ſuum animal ſi fuerit wayff *intra annum & diẽ.* Quon. Att c. 48.4.
Haymſuckin *dicitur quum alicujus propria domus aſſaliatur, ubi ipſe manet ſurgit & cubat.* lib. 4.c.9.1.
Eadem forma proceſſus in hoc crimine obſervatur, quæ de raptu mulieris, locum habet. lib.4.c.9.3.
Hoc crimen præſcribitur per lapſum unius nõctis & diei. lib.4.c.10.3.
Hæreditas *naturaliter deſcendit, nunquam autem regulariter aſcendit.* lib. 2. cap.22.13.
Hæreditas defertur, primùm ad hæredes in rectâ linea. lib.2.cap.25.2.1. vide Filius. vide Filia. vide Nepos. vide Neptis.
Deficientibus his qui ex rectâ linea veniunt, hæreditas defertur ad collaterales, qui ſunt in linea obliqua. lib.2.c.34. vide Frater. vide Soror.
Hæreditatis pars deficiens, ratione alicujus fratris vel ſororis decedentis ſine hæred

hæredi de corpore ſuo, dividetur inter cæteros fratres, vel ſorores, adhuc ſuperſtites & illis jure accreſcendi debetur & accreſcit. lib. 2. c. 28. 4.
Hereditatis alienatio. vid. Alienare.
Hæreditas amittitur multis modis. vid. Exhæredari.
Hæredes *alii ſunt proximi vt filius & filia: Alij remotiores: Et hi rurſus ſunt duplices: aut enim diſcendũt à ſtipite, in linea rectâ, vt nepos, neptis, & ex his in infinitum diſcendentes: Aut diſtant à ſtipite, in linea obliqua, eaque vel ſuperiore, vt patruus & amita, aut in linea obliqua æquali, vt frater, ſoror.* lib. 2. cap. 25.
Hæres vltimus cujuſ[illegible], eſt Dominus Capitalis (vel potiùs Dominus Rex) lib. 2. cap. 55. 1. 2.
Hæres etiam poſthumus, debet ſuccedere ſuo parenti. ſtat. 2. Rob. 1. c. 27. 1.
Hæredes alij ſunt majores ætate, alij minores, alij de quibus dubium eſt, ſintne majores an minores. lib. 2. c. 40. 1.
Majores poſſunt hæreditatem ſuam adire, poſtquam relevium ſolverint, & alia ſervitia ſolita & conſueta, Domino præſtiterint. lib. 2. c. 40. 2. 4.
Minores hæredes ſunt in cuſtodia Dominorum ſuorum Capitalium, donec fuerint perfectæ ætatis. lib. 2. c. 41. 1. vide Ætas.
Mulier hæres eſt in cuſtodia domini, donec cũ ipſius cõſenſu maritetur. l. 2. c. 48
Hæres factus major, poteſt adire ſuam hæreditatem, invito Domino, modò offerat ei homagium & relevium. lib. 2. c. 40. 2. c. 71. 1.
Quòd ſi Dominus hæreditatẽ reſtituere noluerit, tunc per Breve de morte anteceſſoris hæres recuperabit dãna, ſicut in Brevi de nova diſſaſina. ſtat. 2. Rob. 1. c. 6. 1
Hæres pro ſolutione relevii, poteſt auxilia ab hominibus ſuis petere. lib. 2. c. 73. 1. ſtat. 2. Rob. 1. c. 18. 1.
Hæres maſculus minor vel major, tenetur facere homagium Domino; ſed hæres fœmina fidelitatem tantùm facit. lib. 1. c. 60. 2. 3.
Si terra data ſit in liberum maritagium, ipſe cui datur, & tres ejus hæredes, liberi erunt ab omni ſervitio, & nullum ſervitium, aut homagium facient Domino: ſed quartus hæres, ſervitia debita facere tenebitur. lib. 2. c. 57. 3. 5.
Hæres non poteſt ſe intrudere in ſuam hæreditatem, donec Regi vel Domino Capitali ſatisfaciat. ſtat. 2. Rob. 1. c. 7. 1.
Hæres qui per Breve de morte anteceſſoris, petit hæreditatem ſui anteceſſoris, debet dare ſecuritatem de clameo ſuo perſequendo. lib. 3. c. 28. 2.
Hæres ſocco-manni, debet eſſe in cuſtodia cognatorum, ex parte matris, ſi ejus hæreditas deſcendit à patre: Vel in cuſtodia agnatorum, ex parte patris, ſi ejus hæreditas diſcendit à matre. lib. 2. c. 47. 2. 3.
Hæres non obligatur ex compromiſſo ſui prædeceſſoris, niſi hoc ſit ſpecialiter proviſum. lib. 2. c. 10. 4.
Quilibet poteſt dare terram ſuam in liberum maritagium, pro ſervitio, vel nomine eleemoſynæ invito hærede. lib 2. c. 18. 2. 3.
Conſenſus hæredis, requiritur in alienatione hæreditatis in lecto ægritudinis. lib. 2. c. 18. 10.
Niſi pater ſit oneratus debitis & hæres eum relevare nolit. ſtat. Wilh. c. 13. 2.
Hæres tenetur warantizare donationes, ſive alienationes ſui prædeceſſoris. lib. 2. cap. 24.
Debet ſolvere debita, in teſtamento ſui prædeceſſoris relicta. lib. 2. c. 35.
Etiam de ſuo, ſi res defuncti non ſufficiãt ad ejus debita ſolvenda. lib. 2. c. 39. 3

Hæres non poteſt impugnare alienationem patris ſui, tametſi pater rei alienatæ poſſeſſionem retinuit, toto tempore vitæ ſuæ. leg. burg. c. 12.

Hæres uxoris, poteſt revocare alienationem hæreditatis factam per maritum, ſine uxoris conſenſu Quon. Att. c. 20. 2.

Si terra pertineat ad plures hæredes, de qui unica tantùm ſecta debetur: Is cohæres ad quem principalis pars hæreditatis pertinet, debet illam ſectam facere in curia Domini ſui. Stat. 2. Rob. 1. c. 3. 1.

Hæres homicidæ rebellis, poſt ejus mortem, recuperat terras. Quon. Attach. cap. 18. 3.

Hæres proditoris, contra Dominum ſuum Capitalem, non exheredatur, niſi de illis terris, quas proditor de illo Domino tenuit. Quon. Attc. 19. 1.

Solus Deus & non homo, facit hæredem. lib. 2. c. 20. 4.

Hæres Burgenſis. vid. Burgus. vid. Cuſtodia. vid. Maritagium. vid. Warantus. vide Homagium. vide Relevium.

Herrezelda, *id eſt, melior averia* [the beſt aught] *datur Domino ab husbando, qui habet octavam partem davatæ terræ* [foure ox gait of land] *& ibi habitans & ſedens moritur.* Quon. Att. c. 23.

Herrezelda non debet capi infra burgum. leg. burg. c. 19.

Homagium *facere ſolet liber homo, maſculus, minor vel major, Clericus vel Laïcus, & electi in Epiſcopos: ſed ipſe Epiſcopus conſecratus, non facit homagium, ſed tantùm fidelitatem.* lib. 2. c. 64.

Homagium debet fieri per maritum filiæ primogenitæ, quum plures filiæ ſuccedunt Patri. lib. 2. c. 29. 1.

Mariti poſtnatarum filiarum, nullum debent homagium marito filiæ primogenitæ, uſq; ad tertium hæredem. lib. 2. c. 29. 3. c. 65. 3.

Filius primogenitus vivo adhuc patre, poteſt præſtare homagium, pro hæreditate paterna. lib. 2. c. 33. 10.

Maritus mulieris hæredis, tenetur facere homagium. lib. 2. c. 48. 6.

Sed maritus viduæ, non facit homagium: Quia homagium, non fit per vaſallam temporalem. lib. 2. c. 48. 10.

Idèoque qui poſſidet terram aliquam, nomine curialitatis, nullum præſtat homagium. lib. 2. c. 58. 4. 5.

Si terra data ſit in liberum maritagium, ſalvo & reſervato ſervitio ipſi Domino; Maritus & duo ejus hæredes ſucceſſivè, licet facere debeant ſervitia: tamen liberi ſunt ab homagio, uſq; ad tertium hæredem: Nam tertius hæres homagium facit. lib. 2. c. 57. 3.

Homagium fieri debet Domino Capitali maſculo vel fœminæ, majori vel minori, Clerico vel Laïco. lib. 2. c. 66. 1.

Et ſi fuerint plures Domini, ſingulis Dominis ſingula debentur homagia: ſed præcipuum & ligium homagium (in quo nemo excipitur) debetur principali Domino, id eſt, Regi. lib. 2. c. 61. 1. 2.

Soli enim Regi fit homagium, pro ſolo ipſius Dominio. lib. 2. c. 65. 2.

Forma homagij non ligii, vel ſine ligeancia facti (in quo antiquior Dominus, vel Dominus Rex excipitur) lib. 2. c. 6. 2.

Homagium factum mulieri hæredi, tanquam Dominæ priuſquam nupſerit, itterabitur ejus marito, poſtquam nupſerit. lib. 2. c. 66. 2.

Homagiũ hæredis debet prius recipi à Domino quàm ullum ſervitiũ, aut relevium

Digitized by Google

vium ab hærede petere poſſit. lib.2.c.60.2.
Et Homagium debet offerri Domino per hæredem, antequã hæres recuperabit hæreditatem à Domino. lib.2.c.71.1.
Homagium poteſt juſtis ex cauſſis differri, aut recuſari per Dominum Capitalem. lib.2.c.69.1.
Fœminæ fieri quidem poteſt Homagium, ſed illa non tenetur facere Homagiũ. lib.2.c.60.3.
Homagium fieri ſolet, pro terris, tenementis, liberis, ſervitiis, annuis redditibus in denariis, vel pro alicujus Dominio: ſed non fit Homagiũ pro dotibus, maritagiis liberis, nec pro feudis minorum ſororum de primogenita tenentium, nec pro terris elemoſynatis. lib. 2.c. 57.2.10.c.65.3.
Si lis aut controverſia fuerit de homagio inter Dominum & vaſallum, hujuſmodi placitum pertinet ad curiam Vice-comitis. lib.2.c.3.5.
Homicidium *aliud eſt claudeſtinum, quod alio nomine murdrum vocatur.* vid. Murdrum: *Aliud eſt apertum, quod ſimplex homicidium dicitur.* lib.4.c.5.
Homicidium punitur morte & bonorum confiſcatione. ſtat. Rob.3.c.44.
Crimen homicidij, ſi certus apparet accuſator, ad Vice-comitem: Sin verò per indictamentum fiat accuſatio, ad juſtitiarium pertinet. lib. 1.c.1.6.5.
Homicida legitimè attachiatus, ſi non comparet in quarta Curia, poteſt vtlagari & rebellis denunciari. Quon. Att.c.59.3. in fin. vid. ſtat. Rob.2.c.4.
Homicida captus, non poteſt dimitti per plegios. lib.4.c.1.10. *niſi ex Regiæ Majeſtatis beneficio.* lib.4.c.5 2.
Qui capitur cum rubra vel recenti manu homicidij, non eſt replegiandus. Quon Att.c. 39.2.
Si homicidium per anteriores pedes equi, commiſſum fuerit, equitans punitur ac ſi propriis manibus occidiſſet: ſed ſi id fiat per poſteriores pedes, equitans non punitur. lib. 4. c.24.1.2.
Homicidiũ in vindictam legis factum, punitur vltimo ſupplicio. lib.4c.17.2
Qui procurant vel mandant homicidium fieri, aut qui homicidas manutenent; ſint perjuri, & per Regem, capitis accuſari poſſunt. leg. Malc.2. cap.14.4.
De Homicidio non licet Baronibus facere concordiam inter partes ſine licentia Regis. Quon.Att.c.77.
Barones & eorum Ballivi poſſunt punire homicidas. ſtat. Alex. cap.2.6. ſtat. Rob. 2.cap.5.
Rex poteſt homicidij pœnam remittere homicidæ. Quon. Attach. cap 18. 1.2. ſtat.Alex.2 6. ſtat.David. 2.c. 44.c.50.
Sed hoc non præjudicat cognatis interfecti. lib.4.c.17.4.
Nam homicida non ſolùm pœnam ſolvit Regi: ſed etiam debet ſatiſfacere parentèlæ interfecti. ſtat.Wilh. c.4.c.5.4.
Terra homicidæ fugitivi & rebellis, pertinet ad Regem, per vnum annum & diem: poſt annum & diem, ad Capitalem Dominum Homicidæ, quamdiu Homicida vixerit. Quon.Attach.c.18.1. Mod.ten.Cur.c.39. ſtat.Rob.3.c.19. 3. ſtat.Rob. 2. c. 4.5.
Et poſt ejus mortem, hæres ejus terras recuperat. lib.4.c.8.11.Quõ Att.c.4.16
Catalla Homicidæ convicti pertinent ad Dominum ejus, in cujus terra inveniuntur. ſtat.Rob.2.c.4. ſtat.Alex.c.6.2.4.

Homicidæ poſſunt confugere ad Eccleſiam. ſtat. Alex. c. 6. ſtat. Rob. 2. c. 9.
Furioſus qui furoris ardore homicidium committit, non punitur: Sed incarceratur, & ab amicis cuſtoditur. ſtat. 2. Rob. 1. c. 24. 3.
Pœna Homicidij facti, in pace Domini Regis & aliorum. lib. 4. c. 37.
Hoſpitalitas *debet ab omnibus charitatis cauſſa cuſtodiri, ſine vlla violentia.* ſtat. David. 2. c. 11. 5. ſtat. Wilh. c. 30.
Et ſine damno & oppreſſione. ſtat. Wilh. c. 38. 2. 4.
Hueſium *debet levari, ſuper auctorem Murdri, donec apprehendatur.* leg. Malc. 2. cap. 15. 2.
Et ſuper eum qui vetat namos capi, aut injuſtè eos detinet, aut per vim ſine licentia Domini feudi eos abdücit. ſtat. 2. Rob. 1. c. 21. 11.
Et ſuper eum, qui capit feram in foreſta Regis. leg. Foreſt. cap. 15. 4. cap. 22. vid. Clamor.

I.

INCENDII *crimen eſt vnum ex quatuor placitis coronæ, & pertinet ad curiam juſtitiarij.* lib. 1. c. 15. leg. Malc. 2. c. 11. 1.
Forma proceſſus in hoc crimine, eadem quæ in curia læſæ Majeſtatis vel homicidij, ſervari debet. lib. 4. c. 6.
Jndictamentum, dittay, *debet capi per juſtitiarium, de omnibus malefactoribus, & eorum receptatoribus, per ſacramentum trium hominum, & Seneſcalli villæ.* ſtat. Alex. c. 2. 1.
Et per præceptum juſtitiarii. Iter. Juſtit. c. 2.
De vſurario, poſt ejus mortem, vtrum in crimine vſuræ deceſſit, an verò pœnitentia ductus ab eo deceſſit. lib. 2. c. 54.
De combuſtoribus morûm, in alijs menſibus, quàm in menſe Martio. ſtat. Rob. 3. cap. 11.
Et de his qui capiunt namos, ſine licentia Regis, vel Domini terræ. ſtat. Rob. 3. c. 12. 2.
De articulis indictamentorum in itinere Camerarij, qui per ejus præceptum capiuntur & levantur. Iter. Cam. c. 39.
Indictamentum non debet continere cauſſam attachiamenti, vel citationis. Quon. Att. c. 64.
Ignis *ſi combuſſerit alterius ſegetes, vel fruges, qui ignem incendit ſolvit damnũ.* ſtat. 2. Rob. 1. c. 29.
Sed ſi ignis combuſſerit alicujus domum, & etiam domos vicinorum, nulla pœna inde ſequitur, contra Dominum domus combuſtæ. leg. burg. cap. 54. 1. vid. Torralium.
Per ignem, ſeu ferrum & aquam purgatio. vid. Purgatio in fin.
Infames *ſunt, quicunque de perjurio convicti fuerint ſuper aſſiſam.* lib. 1. c. 14. 5.
Infames quoq; ſunt hereticj, fures & plurimi alij malefactores, qui propterea nec ad ſacros ordines promoveri, neq; in judicio accuſare vel agere, neq; teſtimonium dicere poſſunt. ſtat. Wilh. c. 11. 7.
Infamis eſt qui revelat ſecreta Gildæ. ſtat. Gild. c. 35.
Injuriam *alteri in Burgo feciſſe convictus, erit in foriſfacto, & ſolvet omne damnum quod adverſarius taxavit ſuper ipſum.* leg. burg. c. 103. 2.

Digitized by Google

Injurarum variæ ſpecies, & emendæ ſive ſatisfactiones. lib. 4. c. 39. c. 40.

Inteſtati *decedentis, omnia catalla pertinēt ad ejus Dominū.* lib. 2. c. 53. 1. Quon. Att. c. 48. in fin. 15.

Ejus bona debent diſtribui per manus amicorum, Eccleſiæ, & Epiſcopi ordinarij: & Epiſcopus reſpondere debet creditoribus defunctī, & eis debita ſolver. ſtat. Wilh. cap. 22. 1. *Idem quoque verum eſt in peregrinis inteſtatis.* ſtat. Wilh. cap. 30.

Iter *faciens, & unam tantùm beſtiam ducens, debet cedere de via ei, qui plures beſtias agit.* ſtat. Wilh. c. 12, 1.

De his qui nocte iter faciunt. vid. Nocte.

Iter facere debet quilibet, cum tot hominibus, quot poteſt alere ſuis ſumtibus. ſtat. Wilh. c. 38. 3.

Iter tinere juſtitiarij olim dicis quartus, nunc vero primus eſt peremtorius. Iter Iuſtitiar. c. 9. Quon. Att. c. 59. 3.

Iudex *debet rei veritatem inveſtigare.* lib. 2. c. 2. 2.

Judicis officium & qualis eſſe debet. ſtat. Wilh. c. 25.

In judicio coram judice, quilibet debet jus ſuum proſequi. ſtat. 1. Rob. 1. c. 2. 2. ſtat. 2. Rob. 1. c. 15. 1. leg. burg. c. 101. 2.

In omni judicio hæc requiruntur. 1. Dies legalis, & non feſtivus. 2. Locus legalis. 3. Curia legalis. 4. Judex legalis. 5. Proceſſus legalis. 6. Forma ſententiæ legalis. Quon. Attach. cap. 60.

Judex non debet capere munera, debet timere Deum, juſtitiam æqualiter omnibus miniſtrare, plegios recipere, copiam proceſſus petentibus dare, vim & injuriam ab omnibus propellere. Mod. ten. Cur. cap. 37. ſtat. 1. Rob. 1. cap. 22. ſtat. Wilh. c. 25.

Officio judicis fungi non debet, qui eſt ſuſpectus, veluti ſi fuerit tenens partis vel ejus familiaris, domeſticus, conſiliarius, vel aliquo modo partialis. Quon. Att. c. 13. 2. Mod. ten. Cur. c. 33.

Judex ſuſpectus poteſt removeri per partem. Quon. Att. cap. 16. 2. Mod. ten. Cur. cap. 23.

Judices plures ſi fuerint conjunctim, & diviſim conſtituti; unus eorum poteſt ſententiam ferre. lib. 2. c. 9. 3.

Judex debet cogere eum, qui condemnatur de ſolutione debiti, idem debitum ſolvere infra 15. dies; & eo nomine plegios dare. Quon. Att. c. 7. 2.

Judex poteſt judicium reſpectuare & continuare. Quon. Att. cap. 14. 1. c. 31. leg. burg. c. 51.

Et contra abſentem poteſt judicium reddere. ſtat. 1. Rob. 1. c. 29.

Judex debet informare ſectatores juris ignaros. Quon. Att. c. 16. 5.

Judicium reddi debet per ſectatores curiæ, in præſentia judicis. Quon. Attach. cap. 66. 2.

Nullus judex debet obtemperare, iniquis mandatis Regis. ſtat. David. 2. c. 18.

Judices provinciæ debent ſequi Regem, cùm venerit in eorum provinciam. ſtat. Wilh. c. 3.

Judices poſtquam defuncti ſunt officio, debent per quinquaginta dies manere in eo loco ubi officium exercuerunt. Quon. Att. c. 101.

Judices debent mandare exſecutioni literas capticnis, ipſis directas ab Epiſcopis, aut eorum officialibus. ſtat. Rob. 3. c. 6. 1.

Qui Iudicem vel Ballivum diſperſonaverit, aut injuriâ affecerit, debet ei ſatisfacere. Quon. Att. c. 40. leg. burg. c. 104.
Iudex qui ter malè judicaſſe convictus fuerit; perdit officium, & ſit infamis. ſtat. 2. Rob. 1. c. 28.
Quilibet debet judicari criminaliter, per ſuos pares. vid. Crimina.
Iudicium per aquam & ferrum abrogatur. ſtat. Alex. c. 7. 3.
Iudicij falſatio. vid. Falſatio Iudicii. vid. Ballivus. vid. Curia.
Iurare *debent perſone electa ad faciendam aſſiſam.* lib. 1. c. 12. 12. leg. burg. cap. 127. 4.
Qui defendit ſe duello, debet jurare, quòd querela ſua ſit bona & juſta. Quon. Attach. c. 31.
Arbitrium poteſt confirmari juramento. lib. 2. c. 8. 2
Eccleſia poteſt cognoſcere, de cauſſis civilibus ratione juramenti: Quia juramentum eſt pars quædam religionis & cultus divini. lib. 2. cap. 59. 3. lib. 3. cap. 7. 2.
Iuramento creditoris & teſtium, probatur aliquem eſſe plegium. lib. 3. c. 1. 22.
Qui vidit furem abducere rem furtivam, debet jurare ſe non eſſe participem furti. lib. 4. c. 14. 2.
Poteſt quis cedere bonis, proprio juramento ſuo. Quon. Attach. cap. 7. 3. ſtat. Wilh. c. 17. 2.
Sectatores poſſunt jurare, quòd neſciunt determinare cauſſas propter earum difficultatem. Quon. Att. c. 14. 3.
Qui vult catalla haymhaldare, jurare debet ea eſſe ſua & propria. Quon. Att. c. 10. 6.
Si fur fractis vinculis evaſerit, Dominus carceris, debet jurare ſe eſſe innocentem. ſtat. David. 2. c. 1. 6.
Per juramentum bonorum hominum, indictamentum debet capi. ſtat. Alex. cap. 2. 1.
Malefactor confugiens ad Eccleſiam, & pœnitentia facti ductus jurare debet, in poſterum abſtinebit. ſtat. Alex. c. 6. 2.
Debitum probatur juramento creditoris. ſtat. David. 2. c. 6. 3.
Iuramento accuſatoris, probatur furtum factum pauperibus & debilibus perſonis. ſtat, David. 2. c. 13. 3.
Quilibet factus burgenſis debet jurare fidelitatem Regi, & communitati burgi. leg. burg. c. 2.
Iurare debent Præpoſitus & Ballivi in burgo. c. 77. 2.
Et Præcones ſive ſerjandi. leg. burg. c. 76.
Et ſervientes in molendino. leg. burg. c. 68. 2.
Et lineatores in burgo. leg. burg. c. 102 3
Teſtes in judicio producti debent jurare; ſed qui eos producit, non cogitur jurare. leg. burg. c. 32. 1.
Pupillus non tenetur jurare. leg. burg. c. 85.
Iuramentum facere non poteſt, qui eſt convictus perjurij, vel falſi teſtimonij. lib. 4. c. 26. 3. leg. burg. c. 88. vid. Purgatio.
Iuſtitiam impedire non debent Magnâtes, neq; ad eam impediendam, munera capere. ſtat. Wilh. c. 7.
Iuſtitia debet æqualiter fieri, tàm pauperibus quàm Divitibus. ſtat. Wilh. c.

Digitized by Google

38. ſtat. 1. Rob. 1. cap. 2.
Ius nemo ſibiipſi dicere debet. ſtatuta 2 Rob. 1. cap. 15. 1. ſtatuta Rob. 3. c. 15 2. leg. burg. c. 101, 2.
Juſtitia debet ſummariè miniſtrari perſonis Eccleſiaſticis, viduis, pupillis, & orphanis. ſtat. Rob. 3. c. 5. 1.
Juſtitiarius *pro ſuo feodo habet quinq; libras quolibet die itineris.* lege Malc. 2. cap. 3. 1.
Et ejus Clericus, percipit pro quolibet homine amerciato, vel vendito, duos ſolidos, & pro homine mundato, quatuor denarios. leg. Malc. 2. c. 3. 2.
Varia alia feoda juſtitiarii. Iter Juſtitiar. c. 8.
Juſtitiarius debet tenere ſuum iter ſive curiam, bis in anno. ſtatuta Rob. 3. 30. *& omnes liberetenentes de Rege, ibi debent comparere.* Quon, Attach. cap. 79. *Veluti, Epiſcopi, Abbates, Comites, Barones, Milites.* ſtatuta Willh. c. 2. 3.
De his quæ ejus curiam impediunt. ſtatuta David. 2 c. 24.
Secunda Curia juſtitiarii eſt peremtoria. ſtatuta Rob. 3. c. 31. *Sed nunc prima curia eſt peremtoria.* Iter. Juſt. num. 12. *extractus juſtitiariæ curiæ debent importari per Vice-comites.* ſtat. Rob. 3. c. 27.
Amerciamentum in ejus curia. leg. Malc. 2. cap. 8. 1. Quon. Attach. cap. 35. 4.
Juſtitiarius cognoſcere debet de furto, & homicidio per viam indictamenti. lib. 1. c. 1. 7. *De pace Regis infricta.* Quon. Att. c. 54. 2.
De nativis, eorum ſtatu, vel fuga. Quon. Attach. cap. 56. 2. De placitis Coronæ. ſtatuta Willh. cap. 2. 4. 5. *De incendio & roboria, ſive rapina.* lib. 4. cap. 6. *De raptu mulieris.* lib. 4. cap. 8. *De wrecto maris.* ſtatuta Alexan. cap. 25.
Nam placita coronæ pertinent ad ſolum juſtitiarium, non autem ad inferiores curias. vide Placita Coronæ.
Ad juriſdictionem juſtitiarii, pertinet crimen læſæ Majeſtatis. lib. 1. cap. 1 5. lib. 4. c. 14.
Et homicidium tàm privatum (quod dicitur murdrum) quàm publicum. lib. 1. c. 1. 7. lib. 4. c. 5. *Crimen quod dicitur* haymſuckin. lib. 4. cap. 9. *Crimen falſi.* lib. 4. c. 13. *Furtum & latrocinium.* lib. 4. c. 14.
Et generaliter ad curiam juſtitiarii pertinent omnia crimina, quæ puniuntur ultimo ſupplicio, aut membrorum truncatione. lib. 1. c. 1. 5.
Juſtitiarius debet capere indictamentum, de malefactoribus. ſtatuta Alex. cap. 2. 1.
Debet curare ut delicta puniantur, quæ fiunt eundo, morando vel redeundo, ab exercitu Regis. ſtat. 1. Rob. 1. c. 4. 1.
Debet punire piſcatores ſalmonum, temporibus prohibitis. ſtatuta 1. Rob. 1. cap. 12. 5.
Debet incarcerare furioſos homines. ſtat. 2. Rob. 1. c. 24. 2.
Debet cuſtodire ad opus Regis, homines inventos ſine Domino; donec Dominũ invenerint. ſtat. David. 2. c. 3.
Ad curiam juſtitiarii, pertinent Brevia de recognitionibus, de morte anteceſſoris, de nova diſſaiſina, de purpræſturis, de diſtrictionibus ſuper debitis. lib. 1. cap. 5. 2. lib. 2. cap. 74 Quon. Attach. cap. 52. cap. 53. cap. 49. lib. 3.

cap.

cap.28. vide Iter.

K.

KELCHING *vniuſcujuſque quantum ſit.* lib.4. c. 38.
Katherani, id eſt, raptores & improbi jures, vulgò, ſoureris, ſojorurneris, *capi poſſunt & impune occidi.* ſtat.Rob.2.c.12. *Si capiuntur, puniuntur morte & bonorum confiſcatione.* ſtatuta Rob.3. c. 44.

L

LANAM *emere ad tingendum, nemo poteſt niſi ſolus burgenſis.* leg. burg. cap. 22. ſtatuta VVilh. c.36. *Et niſi ſit confrater Gildæ.* ſtatut.Gild. c. 20.
Regratarij non poſſunt emere lanam, niſi albam. lege Burg. cap. 73.
Carnifices non poſſunt emere lanam. ſtatuta Gild. c. 25.
Lana debet publicè in foro emi, & non contra ſtatutũ ville. ſtatuta Gild.c.30.
Lana debet vendi mercatoribus Burgorum. ſtatuta Wilh. c.36.
Nemo poteſt facere lanam de pellibus, à feſto Pentecoſtes, uſq; ad feſtum Michaelis. ſtatuta.Gild.c.36.
Læſæ *Majeſtatis, ſeu proditionis pœna contra Regem, viz. omnium bonorum mobilium & immobilium confiſcatio, ad ſolum Regem pertinet.* lege Malc. 2. c.12.1.lib,4.c.1.17.c.11.Quon.Att.c.19.3.
Crimen Læſæ Majeſtatis, ad curiam juſtitiarij pertinet. lib.1.c.1.5.
Si nullus apparet qui accuſat, accuſatus ſive Reus per plegeos attachiatur; vel carceri includitur, & ei legitimi conceduntur eſſonia. lib.4.c.1.3.11.
Latro, *latrocinium,* vide Furtum.
Legitimatio *liberorum non fit, de jure hujus Regni, per ſubſequentes nuptias, contractas inter patrem & matrem, ejus qui ante nuptias natus eſt.* lib.2.cap. 51.2.3.
Lepores *non debent interfici tempore nivis.* ſtatuta Rob. 3. cap. 10. vide Venatio.
Leproſi *debent ali, vel propriis ſumtibus, vel ex eleemoſyna Burgi: Non debent ingredi villam, nec ab aliquo hoſpitari.* lege burg.cap.64. *Neq; in Gildam intrare, aut ibi morari debent.* ſtatuta Gild.c.15.
Lex de Clan-Mak-duff. ſtatuta Wilh.c.27.2.
De legibus obſervandis, & juſtitia adminiſtranda, tres Regni ſtatus jurant. ſtatuta Rob. 2. c.17.
Libellus *ſive Clameum.* vide Petitio, libellus Famoſus. vide Rex.
Liberi *ſunt omnes ſua natura; ideoq; liber homo opponitur ſervo; eodem modo quo libertas ſervituti.* lib.2.c.14.3. vide Carcer. vide Nativi.
Libertini verò ſunt, qui aliquando fuerunt ſervi, nunc autem libertatem conſequuti ſunt. lib.2.c.14.3.
Libertas recuperari poteſt manumiſſione, emtione & venditione, copula carnali inter Dominum & ſervi uxorem, atroci injuria, vel ſævitia Domini, ingratitudine Domini, præſcriptione ſeptenni, & præſcriptione annali infra Burgũ.

lib.

Digitized by Google

lib.2.c.12.
Libertas nunquam recuperatur ab eo qui ſe venundari paſſus eſt. Quon. Att. cap.70.
Libertatis probatio. vide Probatio.
Lineatores *debent eligi in Burgo, per Præpoſitum & concilium comitatis,* leges burg. c.102.
Terra ſemel lineata, non debet iterum lineari. leges burg. c.123.
Locator *qui mercedem accipit, tenetur rem locatam dare ad uſum, ad quem locatur: Conductor verò mercedem ſolvere.* lib.3.c.14.2.
Conductor terræ Eccleſiaſticæ, ſi non ſolverit canonem, ſive cenſum per biennũ, terram amittit. lib.3.c.14.45.
Elapſo tempore, ad quod res locatur: Locator poteſt rem ſuam repetere. lib. 3. cap.14.3.
Torralium [ane Kill] *locatum alicui, pro certa mercede, ſi comburatur, conductor non tenetur de damno, aut torraly reſtitutione.* leges burg.c.54.
Lot, cut & cavill, *quilibet habet cum Burgenſi in nundinis.* leges burg.cap.59: ſtatuta Gild.c.20.
Habet locum in lanis, coriis & pellibus. ſtatuta Gild. c. 43.
Lunaticus, *cùm furor intermittitur, paciſci & contrahere poteſt.* lib.1.cap.30. 4.Quon. Att.c. 29.3.

M.

MAHAMIVM [ane manzie or hurt in the bodie] *habens in corpore, poteſt accuſari ad duello, neque cogitur pugnare.* lib. 4 cap. 3.1.
Mahamium, ſive vitium rei emtæ, reſcindit contractum emtionis.
Et venditor rem vitioſam, debet rehabere, & pretium reſtituere. lib.3.c.12.8.
Malefactor *principalis, debet primò implacitari, ante illum, qui accuſatur de præcepto vel recepto.* lib.4. 26.1.
Malefactores debent citari ſi fuerint fugitivi, & puniri per Vice-comitem: & ſi non comparent, declarantur Rebelles. ſtatuta Rob.2.cap.15.cap.16. ſtatuta, Rob. 3.c.45.
Quilibet Baro poteſt ter in anno, purgare ſuam baroniam, de malefactoribus. Quon. Att.c.41.1.
Malefactor ſi captus fuerit & cuſtodiatur per unam noctem; poteſt à Domino replegiari. Quon.Att.c.39.3.
Malefactores non debent manu-teneri, aut recepta per Magnates. leg. Malc. 2.c.14.4. ſtatuta Wilh. c.7.1.
De omnibus malefactoribus, debet indictamentum capi, & per aſſiſam judicium fieri: ſtat. Alex.c.21.
Si fama trium, duarum, vel unius Baroniæ, aliquem de maleficio appellaverit, & is plegium non habuerit, morte puniri poteſt. ſtatuta David. 2.cap.17.4. vide Crimina.
Maneletam [ane pernitious herbe called guild] *ſi firmarius habet in terra ſua, & eam non vult purgare, poteſt puniri ut ſeductor, qui ducit exercitum in terram tuam: Et ſi nativus tuus habeat Maneletam, pro qualibet particula, dabit*

*tuum mutonem.*ſtat.Alex.c.18.1.2.

Manerium *non venit in diviſionem dotis, ſed totum ad hæredem pertinet.* lib.2. cap.16.63.

Manumiſſio *eſt libertatis datio quum ſcilicet, Dominus libertatem dat ſervo ſuo, vel gratis, vel ob benè meritum, vel propter pretium ab extraneo acceptũ.* lib.2.c.14.1.5. lib.2.c. 12.1.2.

Quæ tùm demum perficitur, ſi fiat cum licentia Regis. vid.Rex.

Mareſcallus *habet pro ſuo feudo decem libras:*

Et omnes tranſgreſſiones factæ, circa Regem infra duas Leucas, debent per eum & Conſtabularium puniri. leg.Malc.2.c.6.2.3.

Maritagium *dicitur, id quod datur viro cum muliere, per mulieris parentes, cognatos, aut alios: Et alio nomine vocatur Dos* [tocher gude] lib.2. c.18.1.

Sive ſit terra in maritagium data, ſive aliud quid piam. lib.2.c.57.1.

Eſt duplex, aut enim eſt liberum, pro quo nullum præſtatur ſervitium, Domino Capitali, neq; homagium, vſq; ad tertium hæredem: Quartus autem hæres & cæteri deinceps hæredes, ſervitium & homagium præſtare tenentur.

Aliud eſt maritagium obnoxium ſervitio, quia donatur cum reſervatione ſervitij debiti Domino: Et tunc Maritus mulieris, cui fit donatio & ejus hæredes, debẽt facere ſervitium Domino: Sed nullum homagium faciunt, vſq; ad tertiũ hæredem. lib.2. c.57.

Auxilio per patrem ab hominibus ſuis levato, ad maritandam filiam, ſi pater præmoriatur, ejus exſecutores, teneẽtur filiam maritare: ex ſubſidio priùs levato. Quod ſi bona patris non ſufficiant, hæres de ſuo tenetur in tantum filiæ, ſeu ſuæ ſorori. ſtatuta 2.Rob.1.c.18.3.4.

Cauſſa de maritagio debet tractari in foro Eccleſiaſtico. lib.2.c.59.3.

Si pater habens plures filias, & uni earum dederit partem hæreditatis ſuæ nomine liberi maritagij, ea pars veniet in collationẽ & diviſionem hæreditatis. ſtatuta Rob.3.c.35.5.

Maritagium [the mariage of an heire male or female] *hæredis feudi militaris, mero jure pertinet ad Dominum feudi.* Quon.Att.c.93.2.

Qui hæredem minorem 14. annis abducit, & in matrimonio collocat, ſolvit valorem maritagij, incarceratur & Domino Regi ſatisfacere debet.

Si hæres 14. annum egreſſus, maritaverit ſe ſine licentia Domini: Vel ſi rationabile maritagium, à Domino oblatum recuſaverit, duplum maritagij, Domino ſolvere cogitur. Quon.Att. c.91.1.2.

Dominus amittit cuſtodiam hæredis minoris, quatuordecem annis, ſi eum indiſparagio maritaverit. Quon. Att. c. 92.1.

Si hæres noluerit pro Domino maritari, cùm ad ætatem pervenerit, ſolvit Domino valorem maritagij. Quon. Att. c.93.1.

Maritagium hæredis pertinet ad antiquiorem Dominum. Quon. Att.c.94. vide Rex. lib. 2. c.44. 1.

Tutor vel cuſtos hæredis ſocco-manni non poteſt ejus maritagium dare vel vendere. ſtatuta 2.Rob.1.c.8.5.

Maritus *tenetur dotare uxorem ſuam: Eſt Dominus bonorum uxoris, & fructus dotis uxoris ſuæ percipit.* lib.2. c.16.2.12.13.

Maritus primogenitæ filiæ, quum plures filiæ ſuccedunt patri, debet facere homagium Capitali Domino, de toto feudo. lib.2. c.29.1.

Digitized by Google

Maritus non poteſt alienare hæreditatem vxoris viventis, ſine ejus conſenſu. Quon.Att,c.20.1.

Neq; hæreditatem vxoris defunctæ, ſine conſenſu hæredis ipſius vxoris. lib.2. cab 29.5. *Quia tantùm eſt cuſtos illius hæreditatis.* lib.2. cap.29.3. Quon. Att.c.20.

Maritus piè & honeſtè fecerit, ſi vxori factionem teſtamenti conceſſerit. lib. 2.c.36.8.

Maritus mulieris hæredis debet facere homagium Domino Capitali: Sed maritus viduæ habentis dotem, ſolam fidelitatem facit waranto dotis. lib.1. cap.48.6.20.

Maritti minor ætas, excuſat vxorem majorem, ne illa cogatur placitare, ſuper ſua hæreditate. Quon.Att.c.38.3.

Maritus poteſt revocare donationem ſuæ vxori factam. lib.2.c.15.10.11.

Maritus poteſt reſpondere pro ſua vxore in judicio. leg.curg.c.33. *Sed ſi vxor plegium dederit, & in judicio convicta fuerit civiliter, ſine conſenſu viri, ipſe pro ea reſpondere non tenetur.* leg. burg.c.131.

Maritus non debet conſentire maleficio ſuæ vxoris, neq; inde reſpondebit, niſi ei conſenſerit. ſtat.Wilh c. 19.2.

Maritus poteſt moderatè corrigere & caſtigare vxorem. ſtat. David. 2.c.16.

Tanquam puerum infra ætatem. leg.burg.c.131.vid.Uxor.

De Melletis *placitum*, [action or pley of ſudden or haſtie tuilzies] *pertinet ad Vice-comitem, ejuſq; curiam.* lib.1.c. 3.7.

Menſuræ *variæ & earum quantitas.* ſtat.Rob.3.c.22.

Menſuras in domo ſua, poteſt habere quilibet Burgenſis. leg.burg.c.52.

Menſuræ viſitatæ in burgo, debent examinari per Camerarium in ſuo itinere. Iter.Cam.c.30.

Mercator, *quomodò debitum ſuum recuperabit.* ſtat.2.Rob.1.c.19.

Debet ſolvere Regi ſuam rectitudinem. ſtat.David,2.c.12.3.

Placitum inter Burgenſem & mercatorem, debet terminari infra tertiam refluxionem maris. leg.burg.c.8.

Mercatores extranei debent emere ſuas mercantias, tantùm à Burgenſibus. leg.burg.c.18.ſtat.Wilh.c.37. *liberè poſſũt emere & vendere.* ſtat.David. 2.cap.33.

Debet ſatiſfacere Præpoſito burgi in die fori. leg.burg.c.40.2. vid.Burgus.

Mercheta *mulieris: quæ & quanta eſſe debeat.* lib. 4. c.31.

Non habet locum, neq; capi debet in Burgo. leg.burg.c.19.

Meremium *vel* Muremium, *poteſt aſportari per tenentem qui migrat de vna terra aut domo ad aliam.* Quon.Att.c.30.

Meſſuagium *principale*, the principall dwelling houſe, *pertinet ad heredem neq; venit in diviſionem, aut partem dotis.* lib.2.c.16.62.leg.burg.c.110.

Debet integrum reſervari filio primogenito ſocco-manni, ratione primogenituræ. lib.2.c.27.4.

Et filiæ primogenitæ, ſocco-manni vel Militis. lib,2.28.3.

Non poteſt vendi vel alienari in præjudicium hæredis. leg.burg.c.110.

Meſſuagium, ſive Capitalis domus Burgenſis, non debet dari ejus vxori in dotẽ ſi aliam dotem habet. leg.burg.c.26.c.110.

Milites *dicuntur qui tenent terras ſuas de Baronibus, in ſuis Curijs vtuntur*

Hæres non poteſt impugnare alienationem patris ſui, tametſi pater rei alienatæ poſſeſſionem retinuit, toto tempore vitæ ſuæ. leg. burg. c. 12.
Hæres uxoris, poteſt revocare alienationem hæreditatis factam per maritum, ſine uxoris conſenſu. Quon. Att. c. 20. 2.
Si terra pertineat ad plures hæredes, de qua unica tantùm ſecta debetur: Is cohæres ad quem principalis pars hæreditatis pertinet, debet illam ſectam facere in curia Domini ſui. ſtat. 2. Rob. 1. c. 3. 1.
Hæres homicidæ rebellis, poſt ejus mortem, recuperat terras. Quon. Attach. cap. 18. 3.
Hæres proditoris, contra Dominum ſuum Capitalem, non exhæreditatur, niſi de illis terris, quas proditor de illo Domino tenuit. Quon. Att. c. 19. 1.
Solus Deus & non homo, facit hæredem. lib. 2. c. 20. 4.
Hæres Burgenſis. vid. Burgus. vid. Cuſtodia. vid. Maritagium. vid. Warantus. vide Homagium. vide Relevium.
Herrezelda, *id eſt, melior averia* [the beſt aught] *datur Domino ab husbando, qui habet octavam partem davatæ terræ* [foure ox gait of land] *& ibi habitans & ſedens moritur.* Quon. Att. c. 23.
Herrezelda non debet capi infra burgum. leg. burg. c. 19.
Homagium *facere ſolet liber homo, maſculus, minor vel major, Clericus vel laïcus, & electi in Epiſcopos: ſed ipſe Epiſcopus conſecratus, non facit homagium, ſed tantùm fidelitatem.* lib. 2. c. 64.
Homagium debet fieri per maritum filiæ primogenitæ, quum plures filiæ ſuccedunt Patri. lib. 2. c. 29. 1.
Mariti poſtnatarum filiarum, nullum debent homagium marito filiæ primogenitæ, uſq; ad tertium hæredem. lib. 2. c. 29. 3. c. 65. 3.
Filius primogenitus vivo adhuc patre, poteſt præſtare homagium, pro hæreditate paterna. lib. 2. c. 33. 10.
Maritus mulieris hæredis, tenetur facere homagium. lib. 2. c. 48. 6.
Sed maritus viduæ, non facit homagium: Quia homagium, non fit per vaſallam temporalem. lib. 2. c. 48. 10.
Ideòque qui poſſidet terram aliquam, nomine curialitatis, nullum præſtat homagium. lib. 2. c. 58. 4. 5.
Si terra data ſit in liberum maritagium, ſalvo & reſervato ſervitio ipſi Domino: Maritus & duo ejus hæredes ſucceſſivè, licet facere debeant ſervitia: tamen liberi ſunt ab homagio, uſq; ad tertium hæredem: Nam tertius hæres homagium facit. lib. 2. c. 57. 3.
Homagium fieri debet Domino Capitali maſculo vel fœminæ, majori vel minori, Clerico vel laïco. lib. 2. c. 66. 1.
Et ſi fuerint plures Domini, ſingulis Dominis ſingula debentur homagia: ſed præcipuum & ligium homagium (in quo nemo excipitur) debetur principali Domino, id eſt, Regi. lib. 2. c. 61. 1. 2.
Soli enim Regi fit homagium, pro ſolo ipſius Dominio. lib. 2. c. 65. 2.
Forma homagy non ligii, vel ſine ligeancia facti (in quo antiquior Dominus, vel Dominus Rex excipitur) lib. 2. c. 6. 2.
Homagium factum mulieri hæredi, tanquam Dominæ priuſquam nupſerit, iterabitur ejus marito, poſtquam nupſerit. lib. 2. c. 66. 2.
Homagiũ hæredis debet priùs recipi à Domino quàm ullum ſervitiũ, aut relevium

vium ab hærede petere poſſit. lib.2.c.60.2.
Et Homagium debet offerri Domino per hæredem, antequã hæres recuperabit hæreditatem à Domino. lib.2.c.71.1.
Homagium poteſt juſtis ex cauſſis differri, aut recuſari per Dominum Capitalem. lib.2.c.69.1.
Fœmina fieri quidem poteſt Homagium, ſed illa non tenetur facere Homagiũ. lib.2.c.60.3.
Homagium fieri ſolet, pro terris, tenementis, liberis, ſervitiis, annuis redditibus in denariis, vel pro alicujus Dominio: ſed non fit Homagiũ pro dotibus, maritagiis liberis, nec pro feudis minorum ſororum de primogenita tenentium, nec pro terris eleemoſynatis. lib. 2.c. 57.2.10.c.65.3.
Si lis aut controverſia fuerit de homagio inter Dominum & vaſallum, hujuſmodi placitum pertinet ad curiam Vice-comitis. lib.2.c.3.5.
Homicidium *aliud eſt clandeſtinum, quod alio nomine murdrum vocatur.* vid. Murdrum: *Aliud eſt apertum, quod ſimplex homicidium dicitur.* lib.4.c.5.
Homicidium punitur morte & bonorum confiſcatione. ſtat.Rob.3.c.44.
Crimen homicidij, ſi certus apparet accuſator, ad Vice-comitem: Sin verò per indictamentum fiat accuſatio, ad juſtitiarium pertinet. lib. 1.c.1.6.5.
Homicida legitimè attachiatus, ſi non comparet in quarta Curia, poteſt utlagari & rebellis denunciari. Quon.Att.c.59.3.in fin. vid. ſtat. Rob.2.c.4.
Homicida captus, non poteſt dimitti per plegios. lib.4.c.1.10. *niſi ex Regiæ Majeſtatis beneficio.* lib.4.c.5 2.
Qui capitur cum rubra vel recenti manu homicidij, non eſt replegiandus. Quon Att.c. 39.2.
Si homicidium per anteriores pedes equi, commiſſum fuerit, equitans punitur ac ſi propriis manibus occidiſſet: ſed ſi id fiat per poſteriores pedes, equitans non punitur. lib. 4. c.24.1.2.
Homicidiũ in vindictam legis factum, punitur ultimo ſupplicio. lib.4c.17.2
Qui procurant vel mandant homicidium fieri, aut qui homicidas manutenent; ſint perjuri, & per Regem, capitis accuſari poſſunt. leg. Malc.2. cap. 14. 4.
De Homicidio non licet Baronibus facere concordiam inter partes ſine licentia Regis. Quon.Att.c.77.
Barones & eorum Baillivi poſſunt punire homicidas. ſtat. Alex. cap.2.6.ſtat. Rob. 2.cap.5.
Rex poteſt homicidij pœnam remittere homicidæ. Quon. Attach. cap. 18. 1.2. ſtat.Alex.2 6. ſtat.David. 2.c. 44.c.50.
Sed hoc non præjudicat cognatis interfecti. lib.4.c.17.4.
Nam homicida non ſolùm pœnam ſolvit Regi: ſed etiam debet ſatisfacere parentelæ interfecti. ſtat.Wilh.c.4.c.5.4.
Terra homicidæ fugitivi & rebellis, pertinet ad Regem, per unum annum & diem: poſt annum & diem, ad Capitalem Dominum Homicidæ, quandiu Homicida vixerit. Quon.Attach.c.18.1. Mod.ten.Cur.c.39. ſtat.Rob.3.c.19. 3. ſtat.Rob. 2. c. 4. 5.
Et poſt ejus mortem, hæres ejus terras recuperat. lib.4.c.8.11.Quõ Att.c.4.16
Catalla Homicidæ convicti pertinent ad Dominum ejus, in cujus terra inveniuntur. ſtat.Rob.2.c.4. ſtat.Alex.c.6.2.4.

Homicidæ poſſunt confugere ad Eccleſiam. ſtat. Alex. c. 6. ſtat. Rob. 2. c. 9.
Furioſus qui furoris ardore homicidium committit, non punitur: Sed incarceratur, & ab amicis cuſtoditur. ſtat. 2. Rob. 1. c. 24. 3.
Pœna Homicidij facti, in pace Domini Regis & aliorum. lib. 4. c. 37.
Hoſpitalitas *debet ab omnibus charitatis cauſſa cuſtodiri, ſine vlla violentia.* ſtat. David. 2. c. 11. 5. ſtat. Wilh. c. 30.
Et ſine damno & oppreſſione. ſtat. Wilh. c. 38. 2. 4.
Hueſium *debet levari, ſuper auctorem Murdri, donec apprehendatur.* leg. Malc. 2. cap. 15. 2.
Et ſuper eum qui vetat namos capi, aut injuſtè eos detinet, aut per vim ſine licentia Domini feudi eos abducit. ſtat. 2. Rob. 1. c. 21. 11.
Et ſuper eum, qui capit feram in foreſta Regis. leg. Foreſt. cap. 15. 4. cap. 22. vid. Clamor.

I.

INCENDII *crimen eſt unum ex quatuor placitis corone, & pertinet ad curiam juſtitiarij.* lib. 1. c. 15. leg. Malc. 2. c. 11. 1.
Forma proceſſus in hoc crimine, eadem quæ in curia læſæ Majeſtatis vel homicidij, ſervari debet. lib. 4. c. 6.
Jndictamentum, dittay, *debet capi per juſtitiarium, de omnibus malefactoribus, & eorum receptatoribus, per ſacramentum trium hominum, & Seneſcalli villæ.* ſtat. Alex. c. 2. 1.
Et per præceptum juſtitiarii. Iter. Juſtit. c. 2.
De uſurariis, poſt ejus mortem, utrum in crimine uſuræ deceſſit, an verò pœnitentia ductus ab eo deceſſit. lib. 2. c. 54.
De combuſtoribus morûm, in alijs menſibus, quàm in menſe Martio. ſtat. Rob. 3. cap. 11.
Et de his qui capiunt namos, ſine licentia Regis, vel Domini terræ. ſtat. Rob. 3. c. 12. 2.
De articulis indictamentorum in itinere Camerarij, qui per ejus præceptum capiuntur & levantur. Iter. Cam. c. 39.
Indictamentum non debet continere cauſſam attachiamenti, vel citationis. Quon. Att. c. 64.
Ignis *ſi combuſſerit alterius ſegetes, vel fruges, qui ignem incendit ſolvit damnũ.* ſtat. 2. Rob. 1. c. 29.
Sed ſi ignis combuſſerit alicujus domum, & etiam domos vicinorum, nulla pœna inde ſequitur, contra Dominum domus combuſtæ. leg. burg. cap. 54. 1. vid. Torralium.
Per ignem, ſeu ferrum & aquam purgatio. vid. Purgatio in fin.
Infames *ſunt, quicunque de perjurio convicti fuerint ſuper aſſiſam.* lib. 1. c. 14. 5.
Infames quoq; ſunt hæretici, fures & plurimi alij malefactores, qui propterea nec ad ſacros ordines promoveri, neq; in judicio accuſare vel agere, neq; teſtimonium dicere poſſunt. ſtat. Wilh. c. 11. 7.
Infamis eſt qui revelat ſecreta Gildæ. ſtat. Gild. c. 35.
Injuriam *alteri in Burgo feciſſe convictus, erit in foriſfacto, & ſolvet omne damnum quod adverſarius taxavit ſuper ipſum.* leg. burg. c. 103. 2.

Digitized by Google

Injurijrum variæ ſpecies,& emendæ ſive ſatiſfactiones. lib. 4. c. 39.c.40.
Inteſtati *decedentis,omnia catalla pertinẽt ad ejus Dominũ.* lib.2. c.53.1.Quon. Att. c.48.in fin. 15.
Ejus bona debent diſtribui per manus amicorum,Eccleſiæ,& Epiſcopi ordinarij: & Epiſcopus reſpondere debet creditoribus defunct',& eis debita ſolvere. ſtat. Wilh.cap.22.1. *Idem quoque verum eſt in peregrinis inteſtatis.* ſtat.Wilh. cap. 30.
Iter *faciens,& unam tantùm beſtiam ducens,debet cedere de via ei, qui plures beſtias agit.* ſtat. Wilh.c. 12, 1.
*De his qui nocte iter faciunt.*vid. Nocte.
Iter facere debet quilibet,cum tot hominibus, quot poteſt alere ſuis ſumtibus. ſtat.Wilh.c.38.3.
Iter tinere juſtitiarij olim dicis quartus,nunc vero primus eſt peremtorius. Iter Iuſtitiar.c.9..Quon Att.c.59.3.
Iudex *debet rei veritatem inveſtigare.* lib. 2.c.2.2.
Iudicis officium & qualis eſſe debet. ſtat.Wilh.c.25.
*In judicio coram judice,quilibet debet jus ſuum proſequi.*ſtat. 1.Rob. 1.c. 2.2. ſtat.2.Rob.1.c 15.1.leg.burg.c.101.2.
In omni judicio hæc requiruntur. 1.*Dies legalis,& non feſtivus.*2.*Locus legalis.* 3.*Curia legalis.* 4.*Iudex legalis.*5.*Proceſſus legalis.*6.*Forma ſententiæ legalis.*Quon.Attach.cap.60.
Iudex non debet capere munera, debet timere Deum, juſtitiam æqualiter omnibus miniſtrare, plegios recipere; copiam proceſſus petentibus dare, vim & injuriam ab omnibus propellere. Mod.ten. Cur. cap.37.ſtat.1. Rob.1.cap.22. ſtat. Wilh.c.25.
Officio judicis fungi non debet, qui eſt ſuſpectus, veluti ſi fuerit tenens partis vel ejus familiaris, domeſticus,conſiliarius, vel aliquo modo partialis. Quon. Att.c.13.2.Mod.ten.Cur.c 33.
Iudex ſuſpectus poteſt removeri per partem. Quon. Att. cap.16.2.Mod.ten. Cur. cap.33.
Iudices plures ſi fuerint conjunctim, & diviſim conſtituti; unus eorum poteſt ſententiam ferre. lib.2. c.9.3.
Iudex debet cogere eum,qui condemnatur de ſolutione debiti, idem debitum ſolvere infra 15. dies;& eo nomine plegios dare. Quon.Att. c.7.2.
*Iudex poteſt judicium reſpectuare & continuare.*Quon Att.cap.14.1.c.31.leg. burg. c.51.
Et contra abſentem poteſt judicium reddere. ſtat.1.Rob.1.c.29.
*Iudex debet informare ſectatores juris ignaros.*Quon.Att. c.16.5.
Iudicium reddi debet per ſectatores curiæ,in præſentia judicis, Quon.Attach. cap.66.2.
*Nullus judex debet obtemperare,iniquis mandatis Regis.*ſtat.David.2.c.18.
*Iudices provinciæ debent ſequi Regem,cùm venerit in eorum provinciam.*ſtat. Wilh. c. 3.
Iudices poſtquam defuncti ſunt officio, debent per quinquaginta dies manere in eo loco ubi officium exercuerunt. Quon. Att.c.101.
Iudices debent mandare exſecutioni literas captionis, ipſis directas ab Epiſcopis,aut eorum officialibus. ſtat. Rob.3.c.6.1.

Qui Iudicem vel Ballivum diſperſonaverit, aut injuriâ affecerit, debet ei ſatisfacere. Quon. Att. c. 40. leg. burg. c. 104.
Iudex qui ter malè judicaſſe convictus fuerit; perdit officium, & fit infamis. ſtat. 2. Rob. 1. c. 28.
Quilibet debet judicari criminaliter, per ſuos pares. vid. Crimina.
Iudicium per aquam & ferrum abrogatur. ſtat. Alex. c. 7. 3.
Iudicij falſatio. vid. Falſatio Iudicii. vid. Ballivus. vid. Curia.
Iurare *debent perſonæ electæ ad faciendam aſſiſam.* lib. 1. c. 12. 12,. leg. burg. cap. 127. 4.
Qui defendit ſe duello, debet jurare, quòd querela ſua ſit bona & juſta. Quon. Attach. c. 31.
Arbitrium poteſt confirmari juramento. lib. 2. c. 8. 2
Eccleſia poteſt cognoſcere, de cauſſis civilibus ratione juramenti: Quia juramentum eſt pars quædam religionis & cultus divini. lib. 2. cap. 59. 3. lib. 3. cap. 7. 2.
Iuramento creditoris & teſtium, probatur aliquem eſſe plegium. lib. 3. c. 1. 22.
Qui vidit furem abducere rem furtivam, debet jurare ſe non eſſe participem furti. lib. 4. c. 14. 2.
Poteſt quis cedere bonis, proprio juramento ſuo. Quon. Attach. cap. 7. 3. ſtat. Wilh. c. 17. 2.
Sectatores poſſunt jurare, quòd neſciunt determinare cauſſas propter earum difficultatem. Quon. Att. c. 14. 3.
Qui vult catalla haymhaldare, jurare debet ea eſſe ſua & propria. Quon. Att. c. 10. 6.
Si fur fractis vinculis evaſerit, Dominus carceris, debet jurare ſe eſſe innocentem. ſtat. David. 2. c. 1. 6.
Per juramentum bonorum hominum, indictamentum debet capi. ſtat. Alex. cap. 2. 1.
Malefactor confugiens ad Eccleſiam, & pœnitentia facti ductus jurare debet, in poſterum abſtinebit. ſtat. Alex. c. 6. 2.
Debitum probatur juramento creditoris. ſtat. David. 2. c. 6. 3.
Iuramento accuſatoris, probatur furtum factum pauperibus & debilibus perſonis. ſtat. David. 2. c. 13. 3.
Quilibet factus burgenſis debet jurare fidelitatem Regi, & communitati burgi. leg. burg. c. 2.
Iurare debent Præpoſitus & Ballivi in burgo. c. 77. 2.
Et Tracones ſive ſerjandi. leg. burg. c. 76.
Et ſervientes in molendino. leg. burg. c. 68. 2.
Et lineatores in burgo. leg. burg. c. 102 3
Teſtes in judicio producti debent jurare; ſed qui eos producit, non cogitur jurare. leg. burg. c. 32. 1.
Pupillus non tenetur jurare. leg. burg. c. 85.
Iuramentum facere non poteſt, qui eſt convictus perjurij, vel falſi teſtimonij. lib. 4. c. 26. 3. leg. burg. c. 88. vid. Purgatio.
Iuſtitiam impedire non debent Magnates, neq; ad eam impediendam, munera capere. ſtat. Wilh. c. 7.
Iuſtitia debet æqualiter fieri, tàm pauperibus quàm Divitibus. ſtat. Wilh. c. 33.

Digitized by Google

38. ſtat. 1. Rob. 1. cap. 2.
Ius nemo ſibiipſi dicere debet. ſtatuta 2 Rob. 1. cap. 15. 1. ſtatuta Rob. 3. c. 15 2. leg. burg. c. 101, 2.
Juſtitia debet ſummariè miniſtrari perſonis Eccleſiaſticis, viduis, pupillis, & orphanis. ſtat. Rob. 3. c. 5. 1.
Juſtitiarius *pro ſuo feodo habet quinq; libras quolibet die itineris.* lege Malc. 2. cap. 3. 1.
Et ejus Clericus, percipit pro quolibet homine amerciato, vel vendito, duos ſolidos, & pro homine mundato, quatuor denarios. leg. Malc. 2. c. 3. 2.
Varia alia feoda juſtitiarii. Iter Iuſtitiar. c. 8.
Juſtitiarius debet tenere ſuum iter ſive curiam, bis in anno. ſtatuta Rob. 3. 30. *& omnes libere tenentes de Rege, ibi debent comparere.* Quon. Attach. cap. 79. *Veluti, Epiſcopi, Abbates, Comites, Barones, Milites.* ſtatuta Willh. c. 2. 3.
De his quæ ejus curiam impediunt. ſtatuta David. 2 c. 24.
Secunda Curia juſtitiarii eſt peremtoria. ſtatuta Rob. 3. c. 31. *Sed nunc prima curia eſt peremtoria.* Iter. Juſt. num. 12. *extractus juſtitiariæ curiæ debent importari per Vice-comites.* ſtat. Rob. 3. c. 27.
Amerciamentum in ejus curia. leg. Malc. 2. cap. 8. 1. Quon. Attach. cap. 35. 4.
Juſtitiarius cognoſcere debet de furto, & homicidio per viam indictamenti. lib. 1. c. 1. 7. *De pace Regis infricta.* Quon. Att. c. 54. 2.
De nativis, eorum ſtatu, vel fuga. Quon. Attach. cap. 56. 2. De placitis Coronæ. ſtatuta Willh. cap. 2. 4. 5. *De incendio & roboria, ſive rapina.* lib. 4. cap. 6. *De raptu mulieris.* lib. 4. cap. 8. *De wrecto maris.* ſtatuta Alexan. cap. 25.
Nam placita coronæ pertinent ad ſolum juſtitiarium, non autem ad inferiores curias. vide Placita Coronæ.
Ad juriſdictionem juſtitiarii, pertinet crimen læſæ Majeſtatis. lib. 1. cap. 15. lib. 4. c. 14.
Et homicidium tàm privatum (quod dicitur murdrum) quàm publicum. lib. 1. c. 1. 7. lib. 4. c. 5. *Crimen quod dicitur* haymſuckin. lib. 4. cap. 9. *Crimen falſi.* lib. 4. c. 13. *Furtum & latrocinium.* lib. 4. c. 14.
Et generaliter ad curiam juſtitiarii pertinent omnia crimina, quæ puniuntur ultimo ſupplicio, aut membrorum truncatione. lib. 1. c. 1. 5.
Juſtitiarius debet capere indictamentum, de malefactoribus. ſtatuta Alex. cap. 2. 1.
Debet curare ut delicta puniantur, quæ fiunt eundo, morando vel redeundo, ab exercitu Regis. ſtat. 1. Rob. 1. c. 4. 1.
Debet punire piſcatores ſalmonum, temporibus prohibitis. ſtatuta 1. Rob. 1. cap. 12. 5.
Debet incarcerare furioſos homines. ſtat. 2. Rob. 1. c. 24. 2.
Debet cuſtodire ad opus Regis, homines inventos ſine Domino; donec Dominũ invenerint. ſtat. David. 2. c. 3.
Ad curiam juſtitiarii, pertinent Brevia de recognitionibus, de morte anteceſſoris, de nova diſſaiſina, de purpræſturis, de diſtrictionibus ſuper debitis. lib. 1. cap. 5, 2. lib. 2. cap. 74. Quon. Attach. cap. 52, cap. 53. cap. 49. lib. 3.

cap.

cap.28. vide Iter.

K.

KELCHING *vniuſcujuſque quantum ſit.* lib.4. c. 38.
Katherani, i. deſt, raptores & improbi jures, vulgò, ſoureris, ſojourneris, *capi poſſunt & impune occidi.* ſtat. Rob. 2. c. 12. *Si capiuntur, puniuntur morte & bonorum confiſcatione.* ſtatuta Rob. 3. c. 44.

L

LANAM *emere ad tingendum, nemo poteſt niſi ſolus burgenſis.* leg. burg. cap. 22. ſtatuta VVilh. c. 36. *Et niſi ſit confrater Gildæ.* ſtatut. Gild. c. 20.
Regratarij non poſſunt emere lanam, niſi albam. lege Burg. cap. 73.
Carnifices non poſſunt emere lanam. ſtatuta Gild. c. 25.
Lana debet publicè in foro emi, & non contra ſtatutũ ville. ſtatuta Gild. c. 30.
Lana debet vendi mercatoribus Burgorum. ſtatuta Wilh. c. 36.
Nemo poteſt facere lanam de pellibus, à feſto Pentecoſtes, uſq; ad feſtum Michaelis. ſtatuta. Gild. c. 36.

Læſæ *Majeſtatis, ſeu proditionis pœna contra Regem, viz. omnium bonorum mobilium & immobilium confiſcatio, ad ſolum Regem pertinet.* lege Malc. 2. c. 12. 1. lib. 4. c. 1. 17. c. 11. Quon. Att. c. 19. 3.
Crimen Læſæ Majeſtatis, ad curiam juſtitiarij pertinet. lib. 1. c. 1. 5.
Si nullus apparet qui accuſat, accuſatus ſive Reus per plegeos attachiatur, vel carceri includitur, & ei legitimæ conceduntur eſſonia. lib. 4. c. 1. 3. 11.

Latro, *latrocinium,* vide Furtum.

Legitimatio *liberorum non fit, de jure hujus Regni, per ſubſequentes nuptias, contractas inter patrem & matrem, ejus qui ante nuptias natus eſt.* lib. 2. cap. 51. 2. 3.

Lepores *non debent interfici tempore nivis.* ſtatuta Rob. 3. cap. 10. vide Venatio.

Leproſi *debent ali, vel proprijs ſumtibus, vel ex eleemoſyna Burgi: Non debent ingredi villam, nec ab aliquo hoſpitari.* lege burg. cap. 64. *Neq; in Gildam intrare, aut ibi morari debent.* ſtatuta Gild. c. 15.

Lex de Clan-Mak-duff. ſtatuta Wilh. c. 27. 2.
De legibus obſervandis, & juſtitia adminiſtranda, tres Regni ſtatus jurant. ſtatuta Rob. 2. c. 17.

Libellus *ſive Clameum.* vide Petitio. libellus Famoſus. vide Rex.

Liberi *ſunt omnes ſua natura; ideoq; liber homo opponitur ſervo; eodem modo quo libertas ſervituti.* lib. 2. c. 14. 3. vide Carcer. vide Nativi.
Libertini verò ſunt, qui aliquando fuerunt ſervi, nunc autem libertatem conſequuti ſunt. lib. 2. c. 14. 3.
Libertas recuperari poteſt manumiſſione, emtione & venditione, copula carnali inter Dominam & ſervi uxorem, atroci injuria, vel ſævitia Domini, ingratitudine Domini, præſcriptione ſeptenni, & præſcriptione annali infra Burgũ.

lib.

lib.2.c.12.
Libertas nunquam recuperatur ab eo qui ſe venundari paſſus eſt. Quon. Att. cap.70.
Libertatis probatio. vide Probatio.
Lineatores *debent eligi in Burgo, per Prepoſitum & concilium comitatis.* leges burg. c.102.
Terra ſemel lineata, non debet iterum lineari. leges burg. c.123.
Locator *qui mercedem accipit, tenetur rem locatam dare ad uſum, ad quem locatur: Conductor verò mercedem ſolvere.* lib.3.c.14.2.
Conductor terræ Eccleſiaſticæ, ſi non ſolverit canonem, ſive cenſum per biennũ, terram amittit. lib.3.c.14.4 5.
Elapſo tempore, ad quod res locatur: Locator poteſt rem ſuam repetere. lib. 3. cap.14.3.
Torralium [ane Kill] *locatum alicui, pro certa mercede, ſi comburatur, conductor non tenetur de damno, aut torraly reſtitutione.* leges burg.c.54.
Lot, cut & cavill, *quilibet habet cum Burgenſi in nundinis.* leges burg.cap.59: ſtatuta Gild.c.20.
Habet locum in luna, coriis & pellibus. ſtatuta Gild. c. 43.
Lunaticus, *cùm furor intermittitur, paciſci & contrahere poteſt.* lib.1.cap.30. 4.Quon. Att.c. 29.3.

M.

MAHAMIVM [ane manzie or hurt in the bodie] *habens in corpore, poteſt accuſari ad duello, neque cogitur pugnare.* lib. 4 cap. 3.1.
Mahamium, ſive vitium rei emtæ, reſcindit contractum emtionis.
Et venditor rem vitioſam, debet rehabere, & pretium reſtituere. lib.3.c.12.8.
Malefactor *principalis, debet primò implacitari, ante illum, qui accuſatur de præcepto vel recepto.* lib.4. 26.1.
Malefactores debent citari ſi fuerint fugitivi, & puniri per Vice-comitem: & ſi non comparent, declarantur Rebelles. ſtatuta Rob.2.cap.15.cap.16. ſtatuta, Rob. 3.c.45.
Quilibet Baro poteſt ter in anno, purgare ſuam baroniam, de malefactoribus. Quon. Att.c.41.1.
Malefactor ſi captus fuerit & cuſtodiatur per unam noctem; poteſt à Domino replegiari. Quon.Att.c.39.3.
Malefactores non debent manu-teneri, aut receptari per Magnates. leg. Malc. 2.c.14.4. ſtatuta Wilh. c. 7.1.
De omnibus malefactoribus, debet indictamentum capi, & per aſſiſam judicium fieri: ſtat. Alex.c. 21.
Si fama trium, duarum, vel unius Baroniæ, aliquem de maleficio appellaverit, & is plegium non habuerit, morte puniri poteſt. ſtatuta David. 2.cap. 17.4. vide Crimina.
Maneletam [ane pernitious herbe called guild] *ſi firmarius habet in terra ſua, & eam non vult purgare, poteſt puniri ut ſeductor, qui ducit exercitum in terram tuam: Et ſi nativus tuus habeat Maneletam, pro qualibet particula, dabit*

Maritus non poteſt alienare hæreditatem vxoris viventis, ſine ejus conſenſu. Quon.Att.c.20.1.

Neq; hæreditatem vxoris defunctæ, ſine conſenſu hæredis ipſius vxoris. lib.2. cab 29.5. *Quia tantùm eſt cuſtos illius hæreditatis.* lib.2. cap.29.3. Quon. Att.c.20.

Maritus piè & honeſtè fecerit, ſi vxori factionem teſtamenti conceſſerit. lib. 2.c.36.8.

Maritus mulieris hæredis debet facere homagium Domino Capitali: Sed maritus viduæ habentis dotem, ſolam fidelitatem facit waranto dotis. lib.1. cap.48.6.20.

Mariti minor ætas, excuſat vxorem majorem, ne illa cogatur placitare, ſuper ſua hæreditate. Quon.Att.c.38.3.

Maritus poteſt revocare donationem ſuæ vxori factam. lib.2.c.15.10.11.

Maritus poteſt reſpondere pro ſua vxore in judicio. leg.curg.c.33. *Sed ſi vxor plegium dederit, & in judicio convicta fuerit civiliter, ſine conſenſu viri, ipſe pro ea reſpondere non tenetur.* leg. burg.c.131.

Maritus non debet conſentire maleficio ſuæ vxoris, neq; inde reſpondebit, niſi ei conſenſerit. ſtat.Wilh c. 19.2.

Maritus poteſt moderatè corrigere & caſtigare vxorem. ſtat. David. 2.c.16.

Tanquam puerum infra ætatem. leg.burg.c.131.vid.Uxor.

De Melletis *placitum*, [action or pley of ſudden or haſtie tuilzies] *pertinet ad Vice-comitem, ejuſq; curiam.* lib.1.c.3.7.

Menſuræ *variæ & earum quantitas.* ſtat.Rob.3.c.22.

Menſuras in domo ſua, poteſt habere quilibet Burgenſis. leg.burg.c.52.

Menſuræ viſitatæ in burgo, debent examinari per Camerarium in ſuo itinere. Iter.Cam.c.30.

Mercator, *quomodò debitum ſuum recuperabit.* ſtat.2.Rob.1.c.19.

Debet ſolvere Regi ſuam rectitudinem. ſtat.David.2.c.12.3.

Placitum inter Burgenſem & mercatorem, debet terminari infra tertiam refluxionem maris. leg.burg.c.8.

Mercatores extranei debent emere ſuas mercantias, tantùm à Burgenſibus. leg.burg.c.18.ſtat.Wilh.c.37. *liberè poſſũt emere & vendere.* ſtat.David. 2.cap.33.

Debet ſatiſfacere Præpoſito burgi in die fori. leg.burg.c.40.2. vid.Burgus.

Mercheta *mulieris: quæ & quanta eſſe debeat.* lib.4.c.31.

Non habet locum, neq; capi debet in Burgo. leg.burg.c.19.

Meremium *vel* Muremium, *poteſt aſportari per tenentem qui migrat de vna terra aut domo ad aliam.* Quon.Att.c.30.

Meſſuagium *principale*, the principall dwelling houſe, *pertinet ad hæredem neq; venit in diviſionem, aut partem dotis.* lib.2.c.16.62.leg.burg.c.110.

Debet integrum reſervari filio primogenito ſocco-manni, ratione primogenituræ. lib.2.c.27.4.

Et filiæ primogenitæ, ſocco-manni vel Militis, lib,2.28.3.

Non poteſt vendi vel alienari in præjudicium hæredis. leg.burg.c.110.

Meſſuagium, ſive Capitalis domus Burgenſis, non debet dari ejus vxori in dotẽ ſi aliam dotem habet. leg.burg.c.26.c.110.

Milites *dicuntur qui tenent terras ſuas de Baronibus, in ſuis Curijs vtuntur*

ijſdē legibus quibus Barones & dimidio amerciamenti. leg.Malc.2.8.7.
Miles criminis reus, debet judicari per milites & libere tenētes. ſtat.Al.c.2.7
Si Burgenſis petit debitū à Milite, Miles poteſt ſe purgare. leg.burg.c.30.2.
Minoris *ætas, quando dicatur plena & perfecta.* vid. Ætas.
Minor tenetur reſpondere ſuo vaſallo majoris ætatis, hæreditatem ſuã petenti. lib.2.c.42.9. lib.3.c.32.13.
Tenetur reſpondere de conqueſtu. lib.2.c.32.5. *& de dote.* Quon.Att c.99.
Et de eo, quod ejus anteceſſor jure wardæ poſſidet. Nam in judicio poſſeſſorio, veluti in Brevi de dote mulieris, privilegium minoris, cum non accuſat. lib.3.c.32.5. Quon.Att.c.99.
Tenetur reſpondere de debitis proprijs vel patris, vel de nova diſſaiſina. lib.3.c.32.16.
Minor non tenetur in minori ætate, reſpondere de felonia, ſed attachiari debet per ſalvos & ſecuros plegios, quod reſpondebit cùm venerit ad ætatem perfectam. lib.2.c.40. in fin.
Nam minor non tenetur reſpondere in aliquo placito, per quod poteſt vita privari, vel amittere vitam vel membrum. lib.3.c.32.15. *aut terram ſeu hæreditatem.* ſtat.Wilh.c.39.
Minor ſi eſt in tenemento terræ petitæ, non cogitur placitare per Breve de morte anteceſſoris, de hæreditate ſua. lib.3.c.32.3.
Minor poteſt petere poſſeſſionem ſui prædeceſſoris, per Breve de morte anteceſſoris: Et reſtitutâ illi poſſeſſione, non cogitur placitare de recto vel proprietate, donec fuerit major. lib.3.c.30.3.
Minor ætas mariti, excuſat uxorem majorem, ne illa cogatur litigare, de hæreditate ſua. Quon. Att. c.38.3.
Si duæ ſorores vocantur in warantum, quarum una eſt minor altera major: Neutra tenetur reſpondere donec minor venerit ad perfectam ætatem. Quia ætas minoris excuſat majorem. ſtat. 2.Rob. 1.c. 17.1.2. *Idem privilegium conceditur minoribus in burgo.* leg. burg.cap. 85. *Minor non tenetur reſpondere de uſuris, quia à tempore mortis anteceſſoris ejus, uſq; ad legitimã ætatẽ, uſuræ non currunt contra minorem.* ſtat. Rob.3.c.21.
Minori contra majorem petentẽ hæreditatem ſui prædeceſſoris, eſſonium minoris ætatis conceditur. lib.3.c.32.1.2.
Sed major non utitur eſſonio, contra minorem, neq; minor contra minorem. lib.3.c.30. lib.3.c.31.
Minor reſtituitur contra proprium factum. Quon.Att c.29.1.
Et in cauſſa de warantia dotis, minor vocatus in warantum, poteſt petere reſtitutionem cùm venerit ad ætatem. ſtat. Wilh.c.29.
Minor ſi ſit pupillus, alteri obligari non poteſt ſine tutoris auctoritate: Sed aliũ ſibi obligare poteſt. lib.1.c.30.5.
Minor 25 annis, non poteſt eſſe arbiter. lib.2.c.4.4.
Quando minor vocatur in warantum, debent quoq; vocari cuſtodes, tàm corporis ejus, quàm terrarum. Quon.Att.c.30.6.
Pupillis & orphanis, juſtitia debet adminiſtrari ſummariè, ſine plegiorum datione. ſtat.Rob.3.c.5.1.
Minori vocatio in warantum dotis, Charta ſui prædeceſſoris debet ei oſtendi. ſtat. Wilh. c, 28.

Miſeri-

Miſericordia *Regis, non extenditur ad amiſſionem tenementi, ſive hæreditatis.* lib. 2. c. 74. 7. lib. 3. c. 1. 18.
In miſericordia Regis, eſt vaſallus, qui Dominum ſuum in jus vocat, & nihil contra eum probat. lib. 1. c. 26. 5.
Qui fidalem concordiam aut arbitrorum ſententiam, non ſervat. lib. 1. c. 27. 7.
Qui eſt plegius pro aliquo, de ſtando ad rectum per defaltam ejus pro quo eſt plegius incidit in miſericordiam Regis. lib. 3. c. 1. 18.
In Miſericordia Regis eſt, qui Cartam & ſcripturam ſuam negavit, & de contrario convictus. lib. 3. c. 8. 9.
Dominus Curiæ eſt in Miſericordia Regis, ſi ejus Curia fuerit convicta de falſo judicio. lib. 3. c. 24. 8.
Actor & Reus, ſi faciunt defaltam, amboſunt in Miſericordia Regis. lib. 1. cap. 8. 3.
Qui vocat warantum in recognitione de nova Diſſaiſina, eſt in Miſericordia Regis, eodem modo, quo is, qui de nova Diſſaiſina convictus fuerit. lib. 3. c. 36. 4. ſtat. Alex. c. 8. 2.
Appellator in crimine læſæ Majeſtatis ſi duello victus fuerit, erit in Miſericordia Regis. lib. 4. c. 1. 16.
Qui infra unam noctem & diem non conqueritur de roboria, haymeſuckin, *vel raptu, incidit in miſericordiam Regis.* lib. 4. c. 10. 2.
In Miſericordia Regis eſt, qui ejus protectionem infregit. Quon. Att. c. 54. 5.
Qui tempore duelli, alterutri parti opem, vel auxilium fert, apponendo manum. Quon. Att. c. 74. 2.
Summonitor in officio ſuo negligens aut defectivus. lib. 1. c. 6. 17.
Qui alienum nativum detinet a Domino ſuo. ſtat. Wilh. c. 8.
Qui pro lucro vel muneribus aliquem replegiat, ab una Curia ad ſuam curiam. ſtat. Alex. c. 4. 2.
Qui aliũ accuſat de nova diſſaiſina & non probat. ſtat. Alex. c. 8. 5.
Qui plegium invenit de proſequendo in criminali cauſſa, & non vult proſequi:
Qui non habet plegium proſequendo in criminali cauſſa:
Qui in judicio convictus eſt. ſtat. Alex. c. 10.
Plegius tenentis non comparentis ad diem legitimum, ad quem citatus eſt. lib. 1. c. 17. 16.
Qui conqueritur de namis à ſe injuſtè captis, & id non probat. ſtat. 2. Rob. 1. cap. 21. 4.
Qui viduam poſt mortem mariti, de dote diſſaiſierit. ſtat. Rob. 3. c. 20 3.
Qui capit feram in foreſta Regis ſine licentia. leg. Foreſt. c. 15. 4.
Præpoſitus Burgi, qui non punit piſtores & braſiatrices. leg. burg. c. 21. 4.
In querela pede-pulveroſi, tàm actor quàm Reus faciens defaltam, eſt in miſericordia Regis. leg. burg. c. 140. 2.
Burgenſes convicti de falſo pondere & menſura. leg. burg. c. 74. 2.
Omnia nomina eorum, qui in itinere Camerarij poſiti in voluntate & miſeridia Regis, debent regi præſentari. Iter. Cam. c. 34.
Qui defraudat Regem de ſua cuſtuma. de Cuſtum. c. 3.
Molendinum, *non judicatur Eſcheta, cujus rota homo occiditur.* Quon. Attach. cap. 48. 13.
Tempore noctis, licet tranſire ad molendinum. Quon. Att. c. 62. 3.

In Molendino debet eſſe vnus magiſter, & duo ſervientes. ſtatuta Wilh. cap. 9.1.
In Burgo ſervientes debent eſſe jurati, ſecundum conſiderationẽ proborum hominum. leg.burg.c.88.ſtat.Wilh.c.9.1.
Si quis captus fuerit tranſiens cum blado, ad aliud molendinum, Dominus recti molendini habebit equum & Molendinarius bladum & ſaccum. ſtat. Wilh. c.3.8.
Bladum emtum ad naves, vel à Burgenſibus, poteſt per emtorem portari ad quodcunq; molendinum. ſtat. 2.Rob.c.36.
Molendini combuſtio, per equum oneratũ duabus ovibus, debet imponi Molendinario. ſtat.2.David.2.c.26.3.
Ad molas manuales non licet grana molere, niſi tempore neceſſitatis. ſtatuta Gild.c.19.
Non licet habere niſi duo paria Molarum. ſtat.Gild.c.42.
Molendinarij poſſunt variis de cauſſis accuſari, coram Camerario. Iter.Cam. cap. 11.
Moneta non debet tranſportari extra Regnum. ſtat. David.2.c.37. *Debet eſſe conformis monetæ Angliæ.* ſtat.David.2.c.38.c.46.
De Morte *anteceſſoris Breve, debet determinari coram juſtitiario.* lib.1.c.5.3
Et per aſſiſam. ſtat.David.2.c.19.1.
Forma Brevis & proceſſus. Quon. Att.c.52.
In hoc proceſſu, Breve debet legi, deinde petens clamẽ ſuum proponit; Poſtea tenens, poſt conſilium habitum cum amicis reſpondet. lib.1.c.11.3.
Breve de morte anteceſſoris, conceditur hæredi petenti, eandẽ poſſeſſionem terræ quã anteceſſor ſuus habuit, qui obijt veſtitus & ſaiſitus, vt de feudo ſuo. lib.3.c.28. ſtat.1.Rob.1.c.23.
In hoc Brevi duo nova Eſſonia conceduntur tenenti. lib.3.c.28.10.
Si Aſſiſa affirmativè pro petente ſententiam dixerit, Vice-comes ſaiſinã terræ & omnium catallorum, quæ in ea ſunt petenti tradit.
Sin verò contra petentem, in gratiã tenentis Aſſiſa judicium negativũ reddiderit; ipſe tenens poſſeſſionẽ, quam habet retinebit. lib.3.c.28.13.14.
Variæ & diverſæ exceptiones, contra Breve de morte Anteceſſoris, per quas impediri poteſt. lib.3.c.19.
In hoc Brevi & major petit contra majorẽ. lib.3.c.28.
Aut minor contra majorẽ. lib.3.c.30. *Aut minor contra minorem.* lib.3.c.31.
Aut major contra minorem. lib.2.c.32.
Per hoc Breve hæres recuperat damna, à Domino detinente hæreditatem, eodẽ modo quo in Brevi de nova diſſaiſina. ſtat.2.Rob.1.c.6.3.
Hoc Breve procedit contra tenentem abſentẽ. lib.3.c.28.4.
Si ſit legitimè citatus. ſtat.David.2.c.21.
In hoc Brevi licet tenenti vocare ſuum waarantũ. ſtat.David.2.c.22.1.
Breve inquiſitionis [the brief of requeſt] *debet deſerviri in plena Curia, coram Vice-comite, per digniores Balliæ ſuæ, ſub præmonitione 15. dierum, ad hoc vocatos.* ſtat. Rob.3.c.1.vid.aſſiſa.
Victus in hoc Brevi poteſt placitare per Breve de recto, & in judicio petitorio. lib. 3. c.28.
Morum *combuſtio, prohibetur fieri in omnibus menſibus, excepto menſe Martio, ſub*

ſub pœna 40 ſolidorum. ſtat.Rob.3.c.11.
Mulier *nunquam ſuccedit cum maſculo neq; poteſt eſſe cum eo particeps, alicuius hæreditatis: Quia mas fœminam ſemper excludit.* lib. 2.c.30.2.
Mulier ſui juris, veluti vidua, poteſt teſtamentum facere. lib.2.c.36.8.
Mulier regulariter non admittitur ad accuſandum in criminali cauſſa. lib. 4.cap. 2.
Niſi pro morte Mariti, vel pro injuria corpori ſuo illata. lib.4.c.5.8.9.
Mulieris mercheta. lib.4.c.31.
Mulier criminis rea dicens ſe eſſe gravidam, & ferre in utero, debet cuſtodiri ejuſq; venter inſpici donec pepererit. ſtat.2.Rob.1.c.26.2.
Mulier dicens ſe eſſe prægnantem poſt mortem mariti debet cuſtodiri. ſtatuta 2.Rob.1.c.27. vid. fœmina. vid. Vidua. vid. Vxor.
Multura *datur per liberum hominem, ſecundum tenorem ſui infeofamenti: Ruſticus verò & firmarius dabunt decimum tertium vas, & de celdra magis unam firlotam.*
Si quis tranſeat de uno loco ad alium cum blado non ſolvit multuram, ſi ponit ſaccum ſuum in via Regia.
Sed ſi ponat eum infra domum, vel ſupra fimarium, dabit multuram: pro ſemine quod ſeminatur non datur multura. ſtat. Wilh.c.9. vid. Molendinum.
Murdrum *eſt unum ex quatuor placitis corona.* leges Malc 2.c.11.1. *Et dicitur fieri, cùm quis nullo vidente vel ſciente interficitur.* lib.4.c.5.3.
Vel dicitur Murdrum publicum, cùm quis publicè interficitur per feloniã. leg. Malc. 2.c.15.5.
In hac accuſatione, admittitur qui propinquior eſt ſanguine murdrato. lib.4.5.4
Qui murdrum committit poteſt ad Eccleſiam confugere. ſtat. Alex.c.6.
Mutilatio *punitur ut homicidium.* ſtat.Rob. 2.c.11. ſtat.Rob.3.c.44.
Mutus *non poteſt eſſe Arbiter.* lib. 2.c.4.3.
Mutuum *conſiſtit in numero, pondere & menſura: ut ſunt ea quæ numerantur, ponderãtur, vel menſurantur.* lib.3.c.1.4.
Fieri poteſt per plegij, ſeu fidejuſſoris dationem. lib.3.c.1.6.7.
Vel ſub vadij, ſeu pignoris datione. lib.3. c.2.1.
Vel ſub fidei interpoſitione. lib.3.c.7.1.
Vel ſub Chartæ expoſitione, quando ſcilicet, per Chartam ſeu ſcripturam, mutuum probatur. lib. 3.c.8.1.
Si quis repetit pecuniam, quam alicui mutuò dedit, debet probare eam fuiſſe mutuò datam. ſtat.2.Rob.1.c.23.

N.

NAMOS *qui capit*, takes ane poynd or diſtres, *debet primò namare & diſtringere bona mobilia & catalla, deinde immobilia.* ſtat. 2.Rob.1.c.9.
Nami non debent capi ſine conſideratione curiæ. ſtat. 2.Rob.1. c.15.1.
Nami non poſſunt capi in aliquo loco, ſine licentia Domini loci, neq; ultra valorem debiti.
Nemo debet namari niſi ipſe debitor & ejus fidejuſſor. ſtatuta 1.Rob.1c.15.

Nami debent cuſtodiri extra caſtra & forialicia in loco ubi capiuntur vel in loco proximo. ſtatuta 1. Rob. 1. cap. 8. 1. ſtatuta 2. Rob. 1. cap. 21. ſtat. David. 2 c. 7. 1.

Qui capit namos in aliqua terra ſine conſenſu Domini, & eos non manifeſtaverit omnibus in itinere ſibi obviantibus, reus eſt furti. lib. 4. c. 22.

Nami non poſſunt capi in aliquo tenemento, ſine licentia Domini, alioqui eos capiens dabit] foriſfactū Domino terræ, & remittet Namos ad fori locū ubi capti fuerunt. lib. 4. c. 20. 2.

Et qui capit Namos ſine licentia Regis, vel Domini terræ rapinam committit. ſtatuta Rob. 3. c. 12. 1. 2.

Quòd ſi capiantur Nami ſine licentia Domini, & manifeſtati fuerint, captor non punitur morte, ſed tantùm ſolvit octo vaccas Regi.

Si verò capti fuerint ſine licentia Domini, & non fuerint manifeſtati: captor eorum punitur, vt latro probatus. ſtatuta David. 2. c. 5. 3.

Licet alicui Domino, infra ſuum Dominium ſine licentia Regis vel alterius Domini capere Namos, pro ſuis firmis & debitis proprijs. ſtatuta Rob. 3. cap. 12. 1.

Quum creditor capit Namos à debitore, & de eorum captione oritur aliqua querela inter eos; vterq; debet invenire plegium Vice-comiti. ſtatuta 2. Rob. 1. cap. 21. 1. 2.

Nami debēt reſtitui ei qui conqueritur, ſe injuſtè namatum eſſe, modò plegium invenerit ad proſequendum contra namantem: Quia in hoc caſu, Nami debent eſſe in poſſeſſione Namati, donec diſcuſſum fuerit, vtrum ſint juſtè capti, nec ne. Quon. Att. c. 11. 1. ſtatuta 2. Rob. 1. c. 21. 7. 13.

Qui habitat in uno Vice-comitatu & voluerit capere namum in alio; debet id facere cum licentia Vice-comitis, & namos tenere ibidem, per tres dies, infra quod tempus poſſunt dimitti ad plegium, id eſt, dato plegio, liberari per creditorem. ſtatuta David. 2. c. 6. 1. 3.

Nami non debent vendi infra 40 dies, à tempore captionis computandos. ſtat. 2 Rob. 1. c. 11.

Qui namos per vim abducit, de feudo alicujus Domini, poteſt puniri vt raptor ſtatuta 2. Rob. 1. c. 21. 13.

De eo qui Nomos vetat capi, aut eos detinet. vide Deforcians.

Diſtringi vel namari nemo poteſt pro ſecta facienda, in Curia Domini ſui, niſi ſecundum tenorem ſuæ Chartæ. ſtatuta 2. Rob. 1. c. 2. 1.

De Namis in burgo capiendis. vide Burg.

Namari vel diſtringi nemo poteſt, ſi ejus mobilia ſufficiunt ad debiti ſolutionem, aut ſi ipſe debitor, eſt paratus ſolvere debitum. ſtatuta 2. Rob. 1 cap. 9.

Nativi, *qui aliter dicuntur Rondi & villani: alij ſunt de avo & proavo qui & ipſi & eorum majores ſervierunt ſervitutem: Alij ſunt qui in terra ſervili, ſervile fecerunt ſervitium: Alij denique ſunt, qui pro alicujus manutenentia ſe in ſervitutem tradiderunt.* Quon. Att. c. 56. 5. c. 70.

Placitum de Nativis, pertinet ad Curiam Vice-comitis. lib. 1. c. 3. 4.

Et debet implacitari per Breve Domini Regis. lib. 1. c. 5. 2.

Ejus forma & proceſſus. Quon. Att. c. 56.

Si quis petit aliquem a libertate in ſervitutem, tanquam ſuum nativum, ei datur

Digitized by Google

datur Breve de Nativis, Vice-comiti directum. lib. 1. c. 11. 3.
Qui in queſtione ſui ſtatus, ſuccumbit in probatione ſue libertatis, adjudicabitur tanquam nativus adverſario ſuo, cum omnibus ſuis catallis. lib. 2 cap. 11. 14.
Nam omnia bona nativi, ad ejus Dominum pertinent, quum is nihil habeat proprium. lib. 1. c. 11. c. 12. 5.
Nativi aſcriptitii dicuntur, qui ita adherent glebæ, ſive terræ, vt illâ venditâ ipſi quoq; venditi intelligantur. lib. 2. c. 12. 3.
Exceptio Villenagij, contra petentem objecta, impedit Breve de morte Anteceſſoris. lib. 3. c. 29. 4.
Nam villanus ſive ſervus non habet jus ſucceſſionis, neq; ulli hæres eſſe poteſt.
Nativus fugitivus, non poteſt capi in nundinis. leges burg. c. 93.
Qui alienum Nativum detinet, eum reſtituere debet Domino ſuo, cum omnibus catallis Nativi & duplo damni per Dominum paſſi. ſtatuta Wilh. c. 8. vide Servus.

Per Navem *mercantiæ in hoc regnum adductæ, non poſſunt in Navi vendi, ſed debent ad terram ferri.* leges Burg. c. 10. ſtat. Gild. c. 22. *Inter ſolis ortum & ejus requiem.* ſtat. Gild. c 44.
Victualia per navim adducta, non poſſunt emi à foriſ-habitantibus. ſtatuta Gild. c. 46.
Nautæ diverſarum regionum, inter ſe contendentes, debent judicari per Ballivos burgorum. leges burg. c. 27.
Navis non portinet tanquam res mobilis, ad hæredem Burgenſis defuncti. leg. burg. c. 125. 2. *Naufragium paſſis bona debent reſtitui.* Quon. Att. cap. 102. vide Wreck.

Nepos *ſolus ex filio vel filia, ſuccedit avo in totam hereditatem,*
Si ſunt plures, primogenitus eſt hæres;
Si ſit Nepos & Neptis, ſolus Nepos ſuccedit. Nam maſculus fœminam excludit. lib. 2. c. 32. 1.
Nepos ex filio primogenito, jure repreſentationis ſuccedit ſuo avo,
Et filium poſt natum avi, id eſt, patruum ſuum excludit. lib. 2. c. 33. 5.

Neptis *ſola, ex filio ſuccedit, & ſi ſunt plures Neptes ex pluribus filijs: Neptis ex filio primogenito, ſive ſit una ſive plures, vel ex una filia, ſuccedunt æqualiter:*
Si ſunt plures ex pluribus filiabus, aut ſunt numero æquales ex ſingulis filiabus, & tunc ſuccedunt in capita: Aut ſunt diſpares in numero, hoc eſt, plures ex una filia & pauciores ex alia, tunc ſuccedunt in ſtirpes, id eſt, eodem modo, quo ipſarũ matres ſucceſſuræ erant, ſi vixiſſent. lib. 2. c. 32. 1.

Nocte *tranſire nemini licet, niſi ſit alicujus authoritatis & bonæ famæ, aut vt adducat Presbyterum ad infirmum.*
Aut ad molendinum, aut pro neceſſarijs negotijs ſuis, vel Domini ſui. Quon. Att. c. 62. leges burg. c. 118.

Non-introitus [Non entres] *terrarum Vaſalli ſeu tenentis mortui, pertinet ad Dominum Capitalem, donec terra per verum hæredem fuerint recuperatæ.* ſtat. Rob. 3. c. 19. 1. c. 38.

Nova diſſaiſina [of ejection forth of immovable gudes, as lands, or ſpuilzie of moveables, as Nolt and ſheepe] *debet terminari coram Juſtitiario.* lib. 1. c. 5. 3.
Et non aliter quàm per aſſiſam proborum hominum. ſtatuta David. 2. cap.

cap. 19. 1.
Forma Brevis & processus. Quon. Att. c. 53.
In hoc processu, Breve debet primò legi, deinde debet petens clameum suum narrare: Tertiò, tenens ei respondere, & amicos suos consulere potest. lib. 1. cap. 11. 3. 4.
Hæc recognitio locum habet, quum quis alium, sine judicio dissaisierit, de libero tenemento suo, ad recuperandam sui tenementi possessionem. lib. 3. c. 36. 2.
Si quis dissaisinam facit in mobilibus, dissaisitus recuperat saisinam suorum bonorum & dissaisitor debet redimi & amerciari per Regem & incarcerari stat. 2. Rob. 1. c. 12.
Hoc Breve datur mercatori, contra debitorem suum incarceratum. stat. 2. Rob. 1. c. 19. 6.
Si plures faciunt dissaisinam & unus eorum moriatur, cæteri tenentur. stat. 1. Rob. 1. c. 13. 2.
In nova dissaisina non exspectatur warantus. lib. 2. c. 36. 4.
Minor tenetur respondere de nova dissaisina. lib. 3. c. 32. 16.
Qui in hoc judicio convictus fuerit, debet restituere saisinam dissaisito, cũ omnibus catallis & fructibus, & præterea erit in misericordia Regis. lib. 3. c. 36. 6. stat. Alex. c. 8. 2.
Hoc Breve variis modis potest impediri. stat. David. 2. c. 23. vide Ejici.
Nundinarum *tempore, non licet aliquem namare.* leg. burg. c. 3.
Neq; capere aut attachiare, nisi pro gravioribus criminibus. leg. burg. c. 91.
Adeò ut nativus fugitivus à Domino, in Nundinis capi non possit. leg. burg. cap. 93.
Propter nundinas, datur essonium Reo in jus vocato, eodem modo quo ratione peregrinationis. lib. 1. c. 8. 30.
In Nundinis, quilibet habet lot, cut & cavill. leg. burg. c. 59.
In nundinis regratarii possunt liberè emere & vendere. leg. burg. c. 73.
Placitum Nundinarum, potest teneri post nundinas, de rebus inventis in nũdinis quæ dicuntur rebatæ, furatæ vel amissæ leg. burg. c. 92.
Nuptiæ, *contrahuntur consensu partium.* Quon. Att. c. 92. 2.
Per masculos post 14 ætatis annum. Quon. Att. c. 91. 92.
Nuptiæ possunt esse inter raptorem & mulierem raptam, cum consensu Regis & parentum mulieris. lib. 4. c. 8. 10.
Ex justis Nuptijs liberi intelliguntur esse legitimi. lib. 2. c. 49. in fin. 6.
Per nuptias subsequentes, liberi ante nuptias geniti, non legitimantur. lib. 2. cap. 51. 3.
Ex justis Nuptijs cum muliere hærede, & prole vivâ procreatâ, oritur curialitas Scotiæ. lib. 2. c. 58.
In maritandis filiabus, Dominus potest petere auxilia à suis vasallis. lib. 2. cap. 73. 2.
Mulier hæres feudi militaris, non potest nubere sine consensu Domini Capitalis. lib. 2. c. 48. 2. c. 70. 1.
Si pater filiam vel filias hæredes maritaverit sine consensu Domini, exhæredatur. lib. 2. c. 48. 5.
Vidua non potest secundas nuptias contrahere, sine consensu Domini. lib. 2. c. 48. 12. 14. *Sed cogi non potest ut nubat.* stat. Alex. c. 23.

Nec

Nec etiam ſine conſenſu warranti ipſius dotis, id eſt, hæredis mariti defuncti. lib.2.c.48.11. vid. Maritagium.

O.

OBLIGATIONES *quædam conſenſu contrahuntur: ſed ex quolibet conſenſu non oritur obligatio: Non enim quilibet conſenſus eſt obligatorius.* lib. 1. c.28.2.

P.

PACTVM *eſt conſenſus duorum vel plurium in eandem rem.* lib.1. cap. 28. 1.

Eſt perſonale vel reale. lib.1. c.29.1.

Item pactum aliud eſt vtile, aliud inutile. lib.1.c.30.1.

Item pactum eorum, quæ in rerum natura non ſunt, neq; eſſe poſſunt, aut eorum quæ ſunt prohibita, & interdicta, turpia, impoſſibilia, vel impia, non eſt obligatorium. lib.1.c.30.7.

Quia pacta debent eſſe licita, & cum pietate conjuncta. lib.1.c.31.

Pacta non ſolùm obligant Paciſcentes, ſed etiam eorum ſucceſſores, & pactum patris obligat filium. lib.3.c.10.7.

Forma Brevis de pactione, ſeu conventione obſervanda. Quon. Attach. cap. 50.

Pannagium *porcorum, quantum eſſe debeat.* leg.Foreſt.c.7.

Pannum *facere & ſecare, nemo poteſt niſi Burgenſis.* leg. burg.c.22.

Extranei Mercatores, non poſſunt ſcindere pannum. ſtat.Wilh. c.37.

Pater *non poteſt invito filio primogenito, legitimo ſuo hærede, donare filio poſtnato mulierato, partem terræ ſuæ, ne primogenitum exhæredare videatur.* lib.2 c.18.c.19.3.

Neque etiam illi permittitur, donare terras in lecto ægritudinis. lib. 2. cap.28.7.

Filio Baſtardo, nihil poteſt dare ſine conſenſu hæredis. lib.2,c. 19.5.

Si ſolum habet conqueſtum, partem ejus donare poteſt, ſed totum non poteſt, ſine conſenſu hæredis.

Si verò conquæſtum & hæreditatem habeat, tunc poteſt totum conqueſtum & partem hæreditatis donare, cuiq; voluerit. lib.2.c.20.

Pater paupertatis cauſſa, poteſt revocare donationem. ſtat. Rob. 3. c. 17. leges burg. c. 11.1.

Et de libero ſoccagio, pater poteſt dare filio, quantum ratione ſucceſſionis conſequi poteſt. lib. 2.c.21.2.

Patris pactum obligat filium. lib.1.c.31.1.

Pater non poteſt maritare filiam ſuam hæredem ſine conſenſu Domini, lib. 2. c. 48. 5.

Pater poteſt filium ſuum conſtituere procuratorem & filius patrem. lib. 3.c.15. 9. vid. exhæredari.

Patronus *laicus debet præſentare perſonam Eccleſiæ vacanti, intra quatuor mẽſes à tempore*

à tempore ſcientiæ computandos. lib. 1. c. 2. 3.
Qui ab eo præſentatur, Eccleſiam totâ vitâ obtinebit. lib. 3. c. 33. 5.
Placitum de jure Patronatus, pertinet ad forum Eccleſiaſticum. lib. 2. cap. 2.
Is intelligitur habere jus Patronatus, qui per aſſiſam probat ſe, vel ſuum anteceſſorem, habuiſſe vltimam præſentationem. lib. 3. cap. 33. 24. vid. Advocatio Eccleſiæ.
Patronus Laïcus debet præſentare Epiſcopo perſonam idoneam. lib. 3. cap. 33. 5.

Pauperibus *juſtitia debet miniſtrari, non minùs quàm divitibus.* ſtat. 1. Rob. 1. cap. 2.
Paupertatis cauſſa, Pater revocare poteſt ſuam donationem factam filio. vide Pater.
Paupertatis probatio, fit per duodecim legales homines in burgo. leg. burg. c. 11. 2. c. 125. 5. c. 127. 5.
Pauperes ſunt ſub protectione & pace Domini Regis: Et furtum illis factum poteſt probari juramento. ſtat. David. 2. c. 13. 3.

Pax *Domini Regis violatur per quamlibet tranſgreſſionem, veluti verberationem vel plagam alicui datam.* leg. Malc. 2. c. 16. 7.
Crimen de pace Regis infricta, pertinet ad Curiam juſtitiarij. lib. 1. c. 1. 5.
Si certus eſt accuſator in aliquo crimine, & præterea is adjecit pacem Regis infrictã eſſe, illa accuſatio pertinet ad Vice-comitem. lib. 1. c. 3. 7. 8.
Pax debet nutriri inter Magnâtes & nobiles Regni. ſtat. 1. Rob. 1. c. 20. ſtat. David. 2. c. 31.
Peregrinantes, mercatores, miniſtri Eccleſiæ, Pauperes & debiles perſonæ, ſunt ſub pace & ſpeciali protectione Regis. ſtatuta David. 2. cap. 12. cap. 13. 1. vid. Protectio.

Pectrices *fugientes ex burgo, poſſunt tetineri & incarcerari.* leges. burg. cap. 109.

Pede-pulveroſus, duſtie-foot, ane pedder, or creamer, who hes no certaine dwelling place where he may dight the duſt from his feete, *debet judicari per legem mercatorum.* leg. burg. c. 120.
Et juſtitia debet illi miniſtrari, ſummariè ſine delatione. leg. burg. c. 134. 3. c. 140.

Pelles *lanitas, nemo poteſt emere ad revendendum, niſi confrater Gildæ.* ſtatuta Gild. cap. 20. *Debent vendi mercatoribus Burgorum.* ſtatuta Wilh. cap. 36.
Pelles lanitæ, debent vendi poſt feſtum Pentecoſtes, uſq; ad feſtum Michaelis. ſtat. Gild. c. 36.
Pelliones, ſive Pelliparij, variis de cauſſis poſſunt accuſari coram Camerario. Iter. Cam. c. 23.

Perambulationis *Breve non tollit terras notas à Rege per certas deviſas: Quia hujuſmodi donatio perambulationem impedit.* Quon. Att. c. 78. 2.
Quemadmodum multi aliis modis, tolli vel impediri poteſt. ſtatuta David. 2. cap. 20.

Peregrinantibus *ſpecialis pax Regis conceditur.* ſtat. David. 2. cap. 12. 2. leg. burg. cap. 63.

Burgenſis

Digitized by Google

Burgenſis calumniatus de terra exſpectari debet, ſi ſit in peregrinatione. leg. burg.c.48. *Eſſonium peregrinationis*, vid. Eſſonium.
Peregrini poſſunt hoſpitio excipi, & liberè teſtari. ſtat. Wilh.c.30.
Mercatores Peregrini. vid. Mercator.
Perjurus *debet carere omni communione Chriſtianorum hominum, & vacuas Regi emendat.*
Fit infamis & ſus teſtimonij & juramenti non habet. lib. 4. cap. 29. leges burg. c.88.
Perjurij pœna ſuper aſſiſa eſt bonorum mobilium confiſcatio, incarceratio per annum & diem & infamia. lib. 1. c. 14.
Perjurus eſt, qui receptat homicidas & malefactores. leges Malc. 2. c. 14.
Perticatæ *terræ menſura & quantitas, infra & extra Burgum.* leg. burg. cap. 119.
Pertinentiæ *dotis, rectè peti poſſunt per mulierem dotem habentem.* lib. 2. cap. 16. 50.
Petens *(id eſt Actor) habet ſua legitima eſſonia.* lib. 1. cap. 8. Quon. Attach. c. 4. 2.
Petens debet cauſſam ſuam amplificare, id eſt, rationibus & argumentis confirmare. lib. 2. c. 2. 3.
Si petens per aſſiſam in Brevi de recto, victor evaſerit, recuperat terram, cum ſuis fructibus. lib. 1. c. 13. 4.
Si is qui petit, alium à libertate in ſervitutem, non comparet ſtatuto die comparitionis, tenês ſive Reus abſolvitur, & in ſtatu priſtino libertatis permanet. lib. 3. c. 11. 8.
Petens probare poteſt coram Vice-comite, inferiorem aliquam curiam, ſibi de recto defeciſſe. lib. 3. c. 21. 3.
Qui petit minùs in Brevi, quàm in petitione, id eſt, clameo; non poteſt plùs petere quàm in Brevi continetur.
Si ſit plus in Brevi, quàm in petitione, id eſt, clameo, quod abundat deleri poteſt.
Error nominis, vel error quantitatis, vitiat Breve petentis. lib. 3, cap. 26. vid. Tenens.
Petitionis *forma in Brevi de recto, per quam terra aliqua petitur jure hereditario.* lib. 1. c. 10. 2.
Forma clamei ſeu petitionis de terra vel annuo redditu infra burgum. Quon. Att. c. 57. 7.
Forma petitionis de dote mulieris, id eſt, rationabili tertia parte. lib. 2. cap. 16. 21.
Petitio non vitiatur, tametſi plùs ſit in ea quàm in Brevi, quia regulatur ſecundum Breve. Si minùs ſit in Petitione, quàm in Brevi, valet petitio: Quia illud quod abundat in Brevi, poteſt deleri. lib. 3. c. 26.
In Petitione debiti, debet nominare quantitas debiti, cauſſa propter quam debetur dies ſolutionis & annus. ſtat. 1. Rob. 1. c. 16.
In placitis tranſgreſſionis, nominari debet dies, locus & annus. Quon. Att. cap. 80.
Et cauſſa querelæ, ac damna petentis in certo, ſine certa quantitate. Quon. Att. c 80. Mod. ten. Cur. c. 20.
Forma accuſationis & reſponſio accuſati. Mod. ten. Cur. c. 78. c. 79.

Qui clameum vel petitionem negat coram aliquo judice, non poteſt ab eo replegiari, ad alium judicem. Quon. Att. c. 8. 3.

Forma petitionis in placitis de captione catallorum, & in actione injuriarum. ſtat. Rob. 1. c. 14.

In actione de pactione, aut conventione non obſervata. ſtat. 1. Rob. 1. c. 15.

Pignus. vid. Vadium.

Piſcari *non licet ſalmones, à die Nativitatis, hoc eſt, octavo die menſis Septembris, vel aſſumptionis, (hoc eſt, 15 die menſis Auguſti) Mariæ Virginis, uſq; ad feſtum S. Martini.* Quon. Att. c. 87. 1.

Nemo debet Piſcari à die Sabbathi poſt veſperas, uſque ad diem Lunæ poſt ortum Solis. ſtatuta Alexand. cap. 16. 2. Which is called the Setterdayes flop.

In aquis ad mare currentibus, Croiæ & Piſcariæ, debent ita fieri, ut ſalmunculi, ſmoltæ & friæ piſcium, poſſint deſcendere ad mare. ſtatuta 1. Rob. 1. cap. 12. 1. 2.

Et eandem ob cauſſam filum aquæ [the ſtreame of the water] *debet eſſe liberũ.* ſtat. Alex. c. 16. 1.

Pœna capientium ſalmunculos, à medio Aprilis, uſq; ad Nativitatem S. Ioannis Baptiſtæ (qui dies eſt 24 Menſis Iunij) Quon. Attach. cap. 87. 2. ſtat. Rob. 3. c. 7.

Piſcatores portantes piſces ad vendendum, non debent namari. leges burg. cap. 38.

Piſces debent publicè vendi in foro. leg. burg. c. 67. 4.

Omnibus tàm extraneis, quàm alijs. leg. burg. c. 72. 1.

Certo tempore modo & forma. leg. burg. c. 79.

Piſcatores ſalmonum & Alborum piſcium, varijs de cauſſis accuſari poſſunt, in itinere Camerarij. Iter Cam. c. 16. c. 19.

Piſtor *in Burgo poteſt puniri per Præpoſitum ſuper colliſtrigium.* leg. burg. c. 21.

Præpoſitus, Ballivi, Bedellus in burgo non poſſunt facere panem ad vendendum. leg burg. c. 65.

Qui proprium furnum habent, debent habere in eo, unum magiſtrum, cui datur unus denarius pro furno, duos ſervientes, quibus datur unus denarius, & unũ garcionem, cui debetur quadrans. leg. burg. c. 66.

Pretium & pondus panis variatur ſecundum pretiũ frumenti aſſiſa de pond. panis. c. 1.

Piſtor debet facere bonum panem, & eum publicè vendere in feneſtra vel in foro. leg. burg. c. 67.

Omnibus tàm extraneis quàm alijs. leg. burg. c. 72.

Sed his tantùm qui ſolvunt pretium. leg. burg. c. 130.

Piſtores varijs de cauſſis poſſunt accuſari in itinere Camerarij. Iter. Cam. cap. 9.

Placitum [ane action or pley] *aliud eſt criminale, in quo agitur de pœna ſanguinis: Aliud civile, quod proſequitur pœnam pecuniariam, aut actionem fundi, ſeu hereditatis: placita criminalia, regulariter pertinent ad Curiam juſtitiarij.* lib. 1. c. 1. 2. 3. 4.

Tum etiam ad eorum curias, qui ſunt infeodati per Chartam, cum ſocco, ſacco, furca, foſſa, toll, theme, infang-thief, out fang-thief, *ſive ſint Epiſcopi, Barones*

rones, vel præpoſiti burgorum. lib.1.c.4.3.
*Placita civilia pertinent ad Epiſcopos, Barones & Burgenſes, ſecundum formam ſuarum chartarum.*lib.1.c.4.2.
Placita aut veniunt directè & ab initio ad Curiam Domini Regis: Quum ſcilicet, primò & originaliter in ea curia intentantur & proponuntur.
*Aut per tranſlationem, quando tranſferuntur à curia inferiore & advocantur ad Curiam Regis.*vid.Tranſlatio.vid Crimina.vid.Cauſſæ.
Placita in Burgo. vid.Burgus. vid.Curia.
Placita coronæ *ſunt quatuor, murdrum, incendiū, rapina ſive roboria & raptus mulierum: De his criminibus juriſdictio, eſcheta & pœna pertinet ad ſolum Regem & non ad Barones,* leg. Malc. 2. c. 11. ſtat. Alex. c. 14. 2. ſtat. Alex. c.2.3. lib.4.cap. 25.
*Neq; ad curias Burgorum; nam quæ accidunt in Burgo debent reſervari ad adventum Juſtitiarij.*leg.burg.c.6.3.
Neq; pertinent ad villas curias inferiores. Quon. Att.c.76.
*Neq; ad curias Eccleſiaſticorum.*ſtat.Alex.c.14.2.
Et ſi accidunt infra Vice-comitatum aliquem, debent teneri à juſtitiario ad caput 40 dierum. ſtat.Willi. c. 2.4.
de Plagis, *id eſt, vulneribus* [of wounds] *placitum pertinet ad juriſdictionem & curiam Vice-comitis.* lib.1.c.3. 7.
Plegius, *id eſt, fide-juſſor* [ane cautioner, pledge or borgh] *in judicio, aut eſt ſicut* foorth-cummand borgh, *& tenetur tantùm de judicio ſiſti: Aut eſt Plegius ad ſtandum juri, & tenetur de judicio ſiſti, & judicatum ſolvi.* Quon. Att. c.17.
In omni emtione, legalis plegius, ſive idoneus fide-juſſor, debet intervenire, borgh of haymhald.lib.1.c.18.1.leg.burg.c.128.1.
*Cedens bonis debet invenire plegium creditoribus ſuis, de debito illis ſolvendo.*ſtat.Wilh.c.17.3. *Si ad pinguiorem fortunam pervenerit.*
*Vaſallus à quo terræ ſunt recognitæ per Dominum, dato plegio, eas repetit & Dominus debet eas ad plegium dimittere.*ſtat.Rob.3.c.2.5.
*Is qui poſſidet rem de cujus warantia quæſtio eſt, debet invenire fide-juſſores, de re intranda in judicium.*lib.1.c.15.5.
Qui finalem concordiam vel arbitrium, hoc eſt, ſententiā Arbitrorum ſervare non vult; cogitur plegios dare de ea ſervanda. lib.1.c.27.5.
*Heres mariti defuncti, poteſt per plegios Attachiari, ut in Curiam veniat, & dotem uxori ſui prædeceſſoris warantizet.*lib.1.c.16.40.
*Actor in Brevi de morte anteceſſoris, debet dare plegium judici de clameo ſuo perſequendo.*lib.3.c.28.2.
Condemnatus per ſententiam judicis ad debiti ſolutionem; debet dare plegios de debito ſolvendo. Quon.Att.7.1.
Plegius debet dari in catallorum haymhaldatione ad intranda catalla in curiam Quon.Att.c.10.1.
Si quis conqueritur ſe injuſtè namatum eſſe: Nami debent ei reſtitui, ſi plegiū dederit ad proſequendum contra Namantem. Quon. Att. c.11.1.
Plegius debet dari ab eo qui judicium falſat. Quon.Att. c.13.3.
Pro omni eſſonio quod recipitur debet dari plegius. Quon.Att.c.33.2.
*Et plegius amerciatur ſi eſſonium non fuerit probatum.*ſtat.1. Rob.1.c.6.3.

Index.

Quilibet liber homo diſtringibilis poteſt eſſe Plegius pro ſeipſo in rebus parvi momenti. Quon. Att. c. 37.

In Brevi de nova Diſſaiſina, vterq; tàm Actor quàm Reus attachiari poteſt per ſecuros plegios: Actor ſcilicet ad agendum; Reus verò, ad comparendū. Quon Att. c. 63. 1.

Nemo retinet advenam in domo ſua, vltra vnam noctem ſine plegio. Quon. Att. c. 63. 1.

Plegius dari debet, tàm ab Actore, quàm à Reo in placito, de recenti deforciamento in Burgo. leg. burg. c. 135. 2.

Plegius debet dari ab eo qui attachiatur de deforciamēto facto miniſtris Domini Regis. ſtat. Willh. c. 4. 1.

Tàm Actor quàm Reus, debet dare plegios, cùm lis eſt inter eos de Namorum vetatione vel injuſta detentione. ſtat. 2. Rob. 1. c. 21. 12.

Fur manifeſtus captus cum re furtiva, ſi plegium non poterit invenire, juſtitiā patitur aut incarceratur. ſtat. David. 2. c. 2. 1.

Si quis plegium non habeat, & fama vnius Baroniæ, eum de malefacto aliquo appellet, ſuſpendi poteſt. ſtat. David. 2. c. 17. 3.

Minor alicujus felonia vel criminis reus, debet attachiari per ſecuros plegios, ad reſpondendum quàm ad ætatem perfectam venerit. lib. 2. c. 42. 11.

Reus læſæ Majeſtatis, attachiatur per plegios. lib. 4. c. 1. 3.

In replegiatione hominis ab vna Curia ad aliam, plegius dari debet. vide Culreauch.

Accuſatus furti debet dare plegium de ſolvendis damnis accuſanti, ſi ipſe duello victor fuerit. Quon. Att. c. 12. 3.

Malefactores & felones, poſſunt per plegios dimitti. lib. 4. c. 1. 7. 10.

Multi tamen ſunt malefactores qui replegiari, ſive per plegios dimitti nō debēt ſtat. Rob. 3. c. 14.

Homicida vt alij ejus exemplo deterreantur, per plegium dimitti non debet. lib. 4. c. 1. 10.

Eccleſiaſtici, Viduæ, Pupilli & Orphani, in ſuis querelis & actionibus non coguntur dare plegios. ſtat. Rob. 3. c. 5.

Dato plegio ſive fide-juſſore, committens murdrum, non debet liberari, vel dimitti, niſi id fiat mandato Regis. leg. Malc. 2. c. 15. 3.

Uxor non poteſt eſſe plegia, quia mulieres prohibētur fide-jubere pro alio. Quō. Att. c. 22.

Plegius non debet dari in proponendis exceptionibus, niſi ſint frivole, aut proponantur differendæ litis cauſſa. Quon. Att. c 34. 1.

Plegij debitoris in judicio condemnati, iiſdem modis coguntur ſolvere debitum quibus principalis debitor. ſtat. 2. Rob. 1. c. 19. 11.

Plegius non poteſt conveniri, vel ad ſolutionem cogi, ſi principalis debitor ſit ſolvendo. lib. 3. c. 1. 7. Quon Att. c. 17. 4.

Plegij qui dantur in judicio pro aliquo, debent eſſe tales, vt poſſint ſolvere amerciamentum Curiæ. ſtat. Rob. 3. c. 29.

Si tenens non venit ſed plegios mittit, illi pro ejus defalta deforciantur & diſtringuntur: Et ſi poſtremo tenens non venerit ad quartam Curiam, in Brevi de recto: terra capitur in manu Regis, & ipſi plegij erunt in Miſericordia Regis, & citabuntur, vt ad quintam Curiam veniant judicium audituri.

lib.

ed by Google

lib.1.c.7.16.c.8.7.
Et generaliter ſi petens non compareat quarto die, ejus plegij debent judicatum ſolvere & Curiæ pro amerciamentis ſatisfacere. Quon. Att. c.58.
Si venditor qui plegium invenit, non ſervat eum indemnem, ſed patitur eum incurrere damnũ, ratione ſuæ implegiationis, ſive fidejuſſionis: Plegius reddit petenti triplum rei petitæ, & octo vaccas Regi: Et ipſe venditor erit vtlagatus per totum regnum. lib.1.c.18.2.3.
Si plures plegij fuerint conjunctim obligati, vnus ſine alijs non cogitur reſpondere in judicio. Quon.Att.c.26.
Plegij confitentes plegiationem ſuam tenentur ſatiſfacere creditori. lib.3.c.1.9.
Plegij conjunctim obligati, diviſim verò obligati tenentur lib.1.c.1.10.
Si vnus plegiorum non ſit ſolvendo, ceteri plegij tenentur ſolvere, lib.3.c.1.11
Plegij qui debitum ſolverunt creditori, id recuperare debent, à principali debitore. lib.3.c.1.16.
Et ob illam cauſſam, datur illis Breve de plegiagio liberando. Quon.Att.c.51.
Et debent habere & percipere redditus de terris debitoris, donec fuerit ijs ſatisfactum. ſtat.2. Rob.1.c.10.3.
Si plegij negant ſe eſſe plegios, creditor poteſt hoc probare ſuo, & teſtium juramento, vel per duellum. lib.3.c.1.in fin.22.
Si quis cadit in duello, ejus plegij ſolvunt Regi octo vaccas & vnum colpindach *& ſatiſfaciunt calumniatori.* ſtat.Alex.c.11.
Gillaſcop *quidam, qui promiſit dare plegios, vel obſides Regi & non dedit, ipſe remanſit obſes, donec plegij darentur.* ſtat.Alex.c.17.
De plegijs Burgenſium. vid.Burgus.
Pœnæ *ſunt inſtitutæ, vt vnius pœna, ſit metus multorum.* lib.1.cap.14.6. lib.4 cap.1.10.
Multiplicari debent quoties multiplicantur tranſgreſſiones. Quon. Att.cap 87.7. ſtat. Rob.3.c.7.
Et ſecundùm quantitatem delicti debent infligi, ſtat. Rob.4.c.5.3.
Vel perſonarum qualitatem. lib.4.c.3.4.
Pœna debet compromiſſo adjici & arbitrorum ſententiæ. lib.2.c.6.3.c,8,2.
Is autem pœnam ſolvere tenetur, qui ſententiæ non obtemperat:
Sed qui ſolvit pœnam arbitrio adjectam, non cogitur ſolvere rem judicatam. lib.2. c.20.6.
Pollicitatio, ane promiſe or hecht, *eſt vnius offerentis promiſſio.* lib. 2.cap. 28. 3.
Pondus *equale debet eſſe in emendo & vendendo.* ſtatuta David. 1. cap. 14. 1. 2.
Debent examinari per Camerarium in ſuo itinere. Iter. Cam.c.30.
Poſſunt haberi in domo cujuſlibet Burgenſis. leg.burg.c.52.
Varia genera ponderis. ſtat.Rob.3.c.22.
Porci, *ſi verrant pratum alienum, eorum Dominus tenetur verrationes frumento implere.* ſtat.Wilh. cap.24. *Non debent vendi in foro.* ſtat.Rob.3. cap.40.
Non debent haberi in Burgo ſine cuſtode, vel in hara. leg.burg.c.89.c.126.
De porcis in foreſta, vid. leg. Foreſt.1.
Præſcriptione *vnius noctis & diei, tolluntur crimina raptus, roboriæ &* hay-

haymſuckin .lib.4.c.7 c.8.c.9.c.10.
*Poſt unam noctem & diem non auditur conquerens de violentia ſibi illata à raptoribus.*lib.4.c.25.
*Qui non replegiat terram ſuam infra quindecim dies, per Regem ratione defaltæ recognitam, terram amittit.*ſtat.2.Rob.1.c.16.2.3.
Falſatio vel contradictio judicij præſcribitur ſpatio 40. *dierum.* Quon. Att. cap. 13. 5.
Nam non debent vendi infra 40 *dies à tempore captionis computandos.* ſtatuta 2. Rob.1.cap. 11.
Vaſallus non petens terras ſuas à Domino recognitas replegiari intra 40 *dies; terras amittit.*ſtat.Rob.3.c.2.3.
In cauſſis Eccleſiaſticis appellare licet infra 40 *dies.*ſtat.Rob.3.c.6.2.
*Patronus laicus, debet præſentare perſonam Eccleſiæ vacanti, infra quatuor menſes, alioquin jus præſentationis, pro illa vice amittit, & devolvitur ad Epiſcopum loci.*lib. 1.c.23.
*Terra pacifice in Burgo poſſeſſa per annum & diem, acquiritur præſcriptione, inter præſentes & majores ætate: Nam præſcriptio non currit contra minorem, vel abſentem.*leg burg.c.19.
Præſcriptione unius anni & diei, ſervus infra Burgum, acquirit libertatem niſi ſervus ſit Regis.
Quia præſcriptio non currit contra Regem. lib. 2. cap.12.17. leges burg. cap.17.
Animal wayff, *ſive pecus aberrans, præſcribitur poſt annũ & diem.* Quon. Att.c.48.14.
Infra annum & diem, vaſallus non perdit poſſeſſionem ſuarum terrarum quæ ſunt ab ipſo recognitæ, per Dominum. ſtat. Rob.3.c.2.5.
*Præſcriptione ſeptem annorum, ſervus conſequitur libertatem in cujuſcunq; terra extra Burgum, niſi ſit ſervus Regis.*lib.2.c.12.15.
Pretium *victualium & aliarum rerum in burgo, conſtitui debet per Camerariũ.* Iter. Cam. c.33.
Pretium literarum & Brevium directorum ex Cancellaria Regis. leg.Malc. 2,cap.2.
Priſæ *Regis, quo modo debent capi.* ſtat.David 2.c.40.c.48.c.52.
Probatio *debiti poteſt fieri per teſtes, vel per duellum, vel per juramentum.* lib.3. cap.7.1.c.8.1.
Probatio per teſtes. vid.Teſtes.
*Probatio per duellum.*vid Duellum.
Probatio per juramentum. vid.Juramentum.
Probatio per fidem. vid. Confeſſio.
Probatio per aſſiſam. vid.Aſſiſa.
*Probatio quoq; fieri poteſt per Chartam.*lib.1.c.25.12.
*Probatio libertatis in quæſtione ſtatus, fieri debet per conſanguineos ejus qui libertatem petit: Quorum libertates ſunt ſatis notæ & manifeſtæ: Et ſi de horum libertate ſit quæſtio, per aſſiſam determinari debet.*lib. 2. c.11.10.
Creditor debet probare debitum contra debitorem, qui debitum negat. lib. 3. cap. 3.11.
*Per Chartam vel aliter ut ſuprà dictum eſt.*lib.3.c.7.c.8.

Digitized by Google

Res aliqua probatur, emta, commodata, vel aliquo modo acquiſita, perſcripta, vel per duellum. lib. 3. c. 13. 4.
Fide-juſſor tenetur ſolvere debitum, aut ejus ſolutionem probare. lib. 3. c. 1. 9. vid. Plegius.
Si de ætate alicujus ſit controverſia, majorem ætatem alleganti, incũbit probatio Et probatio illa adverſus eum tantùm vim habet contra quem deducitur, & non contra alios. lib. 3. cap. 32. 19. 22.
In curia juſtitiarij, ſi debitum ſit minus ſumma quadraginta ſolidorum, poteſt per duos teſtes probari.
Si verò debitum ſit majus probari debet per ſcripta. Quon. Att. c. 81.
Eſſonium de ſervitio Regis, debet probari per literam Regis.
Eſſonium verò infirmitatis per aſſiſam. ſtat. 1. Rob. 1. c. 6. 2. 3.
Et eſſonium extra patriam vel Cundinarium, unica manu. ſtat. Will. c. 26. 2.
Pecunia mutuò data, debet probari per Actorem, & exceptio ſolutionis per Reum. ſtat. 2 Rob. 1. c. 23.
Dominus in Curia ſua, poteſt probare aliquid contra ſuum tenentẽ per ſcripta, ſed non per teſtes. Quon. Att. c. 24. 1.
Fides Chartæ vel ſcripturæ, probare poteſt per ſigillum, vel per plurium ſigillorũ ſeu Chartarum comparationem. lib. 3. c. 8. 7.
In termino probatorio, ſi actor vel petens fuerit abſens, vel in probatione defecerit terminus probationis contra eum; per Reum præſentem circumducitur, & petens cauſſam amittit. Si verò Reus fuerit abſens, cauſſam perdit.
Si ambo abfuerint, citantur per judicem, ad proximam curiam & amerciantur. ſtat. 1. Rob. 1. c. 30. lib. 3 cap. 8. 35.
Si actor defecerit in ſua probatione, Reus abſolvitur. Mod. ten. Cur. c. 11.
Forma probationis terræ venditæ in Burgo. leg. burg. c. 127.
Probatio ſummonitionis. vide Summonitio.
Si Actor nullas habeet probationes, aut ſi aliquas habet, ſed non legitimas, locus eſt purgationi Rei ſive petentis. vid. Purgatio.
Quod eſt ſemel probatum, non debet iterum probari. lib. 1. c. 8. 5.

Procurator, *ſive reſponſalis dicitur, qui in placito civili loco alicujus in aliqua querela conſtituitur, pro eo ad perdendum, vel lucrandum.* lib. 3. c. 15. 2.
Qui conſtituit procuratorem, debet eſſe præſens in judicio, niſi excuſatorio nomine, aliquis alium conſtituit. lib. 3. c. 17. 5. 6. lib. 3. c. 15. 3.
Sed procurator poteſt conſtitui contra abſentem: Et præterea abſens poteſt conſtitui procurator. lib. 3. c. 15. 3. 4.
Conſtitui poſſunt plures vel unus, & his conſtitui poſſunt conjunctim, vel diviſim cum ſpeciali mandato. lib. 3. c. 15. 5. 8.
Procurator donec revocetur, utitur legitimis eſſonijs. lib. 3. c. 16. 2.
Revocari poteſt Procurator, arbitrio & voluntate conſtituentis. lib. 3. cap. 16. 3. 4.
Procuratoris factum, obligat conſtituentem, & pro eo conſtituens diſtringi poteſt, quia debet habere firmum & ratum quod ab eo geſtum eſt, ſed ipſe procurator non diſtringitur. lib. 3. c. 17. 3. 4.
Procurator non habet poteſtatem alium ſubſtituendi, niſi ſit ei ſpecialiter conceſſa. lib. 3. c. 19. 2.
Serjandus curiæ, non poteſt eſſe procurator. ſtat. 1. Rob. c. 28. 1.

Procurator debet habere ſpeciale mandatum. lib. 3. c. 15. 8.
Niſi ſint nonnulli religioſi, qui ſine mandato procuratores eſſe poſſunt. lib. 3. cap. 18.
Proditionis *pœna contra Regem.* vid. læſæ Majeſtatis.
Contra Dominum Capitalem, eſt perpetua amiſſio omnium terrarum, quas proditor tenet de illo Domino: Et earum quas tenet de alijs, pro toto tempore vitæ ſuæ. Quon. Att. c. 19. 1.
Proditores Dominorum, poſſunt ad Eccleſiam confugere. ſtat. Alex. c. 6. 7.
Protectio *Regis infrictæ, ejuſq; Preve, forma & proceſſus.*
Ejus pœna eſt miſericordia Domini Regis, & ſolutio damnorum parti læſæ. Quon. Att. c. 54.
Sed Galwidienſes *convicti hujus criminis, ſolvunt Regi* 22 *vaccas, vel tres cathorios.* Quon. Att. c. 73.
Burgenſes ſunt in firma protectione Regis. leg. burg. c. 139. vid Pax.
Proviſores *Regis, Juſtitiarij vel Camerarij, poſſunt variis de cauſſis accuſari in* Itinere Camerarij. c. 17.
Pupillus. vid. Minor.
Purgatio *ſive acquietatio, fieri ſolet per juramentum tenentis, vel Rei & aliorum quorundam juramentum: Qui propterea conjuratores, vel ſacramentales dicuntur.*
Forma autem Purgationis eſt hujuſmodi in cauſſa debiti & alijs cauſſis.
Primùm, Reus jurat ſe nihil debere: Deinde jurat ſe ſecum ducere fideles conjuratores: Et poſtremo ipſi jurant, juramentum Rei, vel debitoris eſſe verum. Quon. Att. c. 5. 7.
Purgatio conceditur Reo, quum actor nullas habet probationes. lib. 4. cap. 21. Quon. Att. c. 5. 5. leg. burg. c. 30.
Aut cùm aliquas habet probationes, ſed illegitimas, quæ propterea à judice repelluntur. Quon. Att. c. 24. leg. burg. c. 82.
1 *Si tenens quarto die compareat, probabit ſua eſſonia, propriâ manu & unicâ, id eſt, ſuo & unius juramento.* lib. 1. c. 8. 4. ſtat. Wilh. c. 26. 2.
2 *Juramento ſuo & duorum conjuratorum, poteſt quis probare curiam de recto ſibi defeciſſe.* lib. 3. c. 21. 3.
Si pecunia furtiva inveniatur in aliqua villa, Præpoſitus illius villæ cum duobus debet jurare ſe eſſe innocentem à furto. ſtat. Wilh. c. 14. 3.
Poteſt quis ſuo & duorum juramento, haymhaldare *ſua catalla.* Quon. Att. cap. 10. 6.
4 *Purgatio quartâ manu, conceditur vaſallo accuſato, in Curia Domini ſui, de exheredatione Domini, vel de atroci injuria ipſi illata.* lib. 2. c. 63. 11.
6 *Qui accuſatur in Burgo de fractione legis & aſſiſæ, poteſt purgare ſe ſextâ manu.* leg. burg. c. 41.
Debitor qui debitum negat, & ad purgationem admittitur, purgabit ſe ſextâ manu, hoc eſt ſuo, & quinq; aliorum juramento. Quon. Att. c. 5. 5.
12 *Tenens purgabit ſe contra Dominum ſuum, cum ſe duodecimo, id eſt ſuo, & undecim aliorum juramento, & contra Regem, & in multis alijs cauſſis duodecimâ manu.* Quon. Att. c. 24.
Burgenſis excuſans ſe a duello, purgabit ſe duodecima manu leg. burg. cap. 24.

vel

Digitized by Google

Vel ſi Burgenſis accuſatus fuerit de furto manifeſto, per rure manentem. leg. burg.c.28.

Tenens ſive Reus comparens in quarta curia,& omnes ſummonitiones negans; jurare debet duodecimâ manu,id eſt ſuo,& undecim conjuratorum juramento. Et ſi ex his unus repellatur, per exceptionem tenens cauſſam amittit. lib. 1. c.7.11.12.

Et de injuria contra Regem ſuo,& duodecim hominum legalium, juramento. Quon.Att.c.75.

24 *Contra Regem de felonia, purgabit ſe aliquis ſuo,& viginti quatuor hominũ ſibi pariũ, ut jurando.* Quon.Att. c.25.4.

37 *Accuſatus furti, poteſt ſe purgare juramento viginti ſeptem hominum,& trium Thanorum.* lib.4.c.21.1.

Et ſi fur legitimè ſe non purgaverit, punitur vt latro probatus. ſtat. David. 2.cap. 4.

Si fur incarceratus ab aliquo Domino vel Barone, evaſerit è vinculis: Dominus jurabit cum viginti ſeptem hominibus,& tribus Thanis, ſe eſſe innocentem. ſtat.David.2.c.1.6.

Juramento ſuo,& quorundam aliorum, poteſt quis contradicere his, quæ in curia affirmatur dixiſſe. lib.3.c.24.2.

Purgatio conceditur tenenti, contra Dominum volentem probare contra eum per teſtes: Sed non admittitur contra probationem per ſcripta. Quon.Attach. cap. 24.2.

Purgatio ſemel facta non debet iterari. Quon.Att.c.82.

Diverſæ & multæ perſonæ repelluntur à purgatione faciendâ. ſtat. 2.Rob. 1.cap.36.

De purgatione Burgenſis. leg.burg.c.28.c.31.c.41.c.82.c.24.

Purgatio per ferrum vel aquam, dicitur judicium Dei,& eam ſubire coguntur, qui duellum declinant, ratione ſenectutis ve'mihamij. lib.4.c.3.4.

Tanquam impia abrogatur & prohibetur. ſtat.Alex.c.7.3.

Purpræſtura *contra Regem, committitur multis modis, veluti in Dominio Regis, id eſt, interris ratione proprietatis ad eum pertinentibus:*

Item in vijs publicis, ſive Regiis aſtorpatis & intercluſis.

Item in aquis retornatis, à recto curſu.

Qui de hujuſmodi purpræſtura coram juſtitiario convictus fuerit, amittit omnes terras quas de Rege tenet,& reſtituit id quod occupavit.

Item committitur Purpræſtura contra Regem quando quis in Burgo Regis, occupat aliquid ſuper platèam publicam.

In hoc caſu convictus in Curiâ Juſtitiarij, non amittit terras, quas de Rege tenet: ſed ſolùm punitur per miſericordiam Regis, pœnâ arbitraria. lib 1. cap. 5.lib.2.c.74.

Secundò, ſi quis committit purpræſturam, contra Dominum ſuum Capitalẽ; in Curia Domini poteſt accuſari,& omnibus terris, quas de eo tenet privari,& exhæreditari. lib.3.c.74.9.

Tertiò, ſi purpræſtura fiat contra alium quàm Dominum, veluti vicinum de limitibus terrarum, ejus rei recognitio pertinet ad Vice-comitem. lib.2. cap. 74. 14.

Querela

Index.

Q

QVERELA *de fine ſacto in curia non obſervato, pertinet ad curiam Vice-comitis.* lib. 1. cap. 3. 3.

Querela placitum, idem eſt quod cauſſa. lib. 1. c. 8. in. fin. 34.

Querelam oſtendere, idem eſt quod libellum, vel petitionem proponere, quod in jure civili dicitur actionem edere. lib 1. c. 10. 1.

Querelæ ſen loquelæ finitæ, non debent reſuſcitari. lib. 1. c. 13. 3.

Querela de fine facto, in Curia non obſervato, proponi poteſt per eum, qui illum finem, id eſt, concordiam obſervat, contra illum, qui illum non obſervat. lib. 1. c. 27. 3.

Querelæ debent determinari, in proprijs Curijs Dominorum. Quon. Attach. cap. 27.

Querelæ non debent manu-teneri, per Magnates. ſtatuta 1. Rob. cap. 22. 1. leg. Malc. 2. c. 14. 4.

Querelæ aut ſunt civiles aut criminales. ſtatuta 1. Rob. 1. cap. 30. 1. lib. 1. cap. 1. 1.

Querelæ contra Burgenſem debent terminari infrà Burgum. leg. burg. c. 7.

R

RAPINA. vid. Roboria.

Rapina *bonorum alienorum prohibetur.* ſtat. Wilh. c. 33.

Raptus, *eſt unum ex quatuor placitis coronæ.* leges Malc. 2. cap. 11. 1.

Et pertinet ad Curiam juſtitiarij. lib. 1. c. 1. 5.

Dicitur autem raptus, quum mulier dicit ſe à viro oppreſſam, contra pacem Domini Regis. lib. 4. c. 8. 1.

Mulier rapta debet crimen incontinenter manifeſtare vicinis, Maro Regis, & alijs apud principale caſtrum Vice-comitatus. lib. 4. c. 8. 2.

Raptor poteſt Raptum ducere in uxorem, cum conſenſu Regis & parentum raptæ. lib. 4. c. 8. 10.

Hoc crimen extinguitur, per lapſum unius noctis & diei. lib. 4. c. 10. 2.

Raptor hæredis debentis maritagium Domino, incarceratur & abjurat regnum. Quon. Att. c. 65. vid. Carcer.

Raptor Monialis, incarceratur per triennium. ſtat. 2. Rob. 1. c. 14.

Receptator *malefactorũ, punitur perpetua curiæ ſuæ amiſſione.* leg. Malc. 2. cap. 10. ſtat. Wilh. c. 7. 6.

Receptator homicidæ punitur per amiſſionem bonorum & terrarum, durante vitâ ſuâ. ſtat. 2. Rob. 2. c. 10.

Receptator Katheranorum, id eſt, prædonum vulgo, Sorners, *punitur,* ſtatuta Rob. 2. c. 12.

Præterea receptator homicidæ eſt perjurus, & capitis ſupplicio puniri poteſt. leg. Malc. 2. c. 14. 5.

Non debet puniri ante principalem malefactorem. lib. 4. cap. 16. Quon. Att. cap. 83. 1. ſtat. David. 2. c. 29.

Receptator

Digitized by Google

Receptator aliena vxoris fugitiva à marito cum ejus bonis, furtum facit. Quon. Att. c. 85.

Receptator furti, punitur eâdem pœnâ, qua fur principalis. ſtatuta Alex. cap. 21.

Habetur receptator furti, qui turbat aut impedit canem, vel homines ſuē perſequentes. ſtat. 1. Rob. 1. c. 73.

Recognitionis *Breve, debet coram juſtitiario terminari.* lib. 1. c. 53.

Recognoſci, ſive ſaiſiri non poteſt tenementum vacuum, à Domino, pro arrieragijs firmæ annualis: Sed benè poteſt recognoſci, per Capitalem Dominum, pro ſervitio ſibi debito. Quon. Att. c. 46. c. 47.

Forma proceſſus recognoſcendi terras, propter non ſolutum annuum cenſum. leg. burg. c. 136.

Terræ non poſſunt recognoſci per Capitalem Dominum, niſi ob juſtam cauſſam in parochiali Eccleſia publicatam. ſtat. Rob. 3. cap. 21. ſtat. Wilh. cap. 31. ſtat. David. 2. c. 34.

Cauſſæ recognitionis ſunt plures numero. ſtatuta Rob. 3. cap. 19. ſtatuta Alex. cap. 26.

Is à quo terræ recognoſcuntur, retinet earum poſſeſſionem per annum & diem: Et infra 40 dies, aut annum & diem, poteſt eas à Domino replegiare.

Præterea poſſeſſio & feudum terrarum, remanent apud tenentem, donec proceſſus recognitionis fuerit finitus. ſtat. Rob. 3. c. 13.

Recordum curiæ. vid. Curia. *Recordum ſummonitionis.* ſtatuta David. 2. cap. 51.

Regaliarum *Domini, debent tenere curias in cauſſis criminalibus, bis in anno: & eodem modo quo juſtitiarius tenet ſuas.* ſtat. Rob. 3. c. 33. 1.

Regalitatum Domini, debent punire ſuos Ballivos delinquentes in officio: quod ſi non fecerint, ipſi Domini puniuntur per Regem. ſtat. Rob. 2. c. 14. *debent citare malefactores fugitivos.* ſtat. Rob. 2. c. 16. *Et obedire literis Vicecomitis per quas malefactores citantur.* ſtat. Rob. 2. c. 4.

Regratarij *qui communiter vendunt in Burgo, debent vendere omnibus, tàm extraneis quàm alijs.* leg burg. c. 73. 1.

Nihil debent emere ante horam tertiam.

Non poſſunt emere lanam niſi albam, neq; filatum. leg. burg. c. 73.

Non poſſunt emere aliquid ante pulſationem campanæ in Berefrido. ſtat. Gild cap. 28.

Regratarij poſſunt accuſari coram Camerario, varijs de cauſſis. Iter. Cam. cap. 20.

Relevium *ſuorum hæredū, Barones conceſſerunt Malcolmo, ejus nominis ſecundo.* leg. Malc. 2 c. 1. 2.

Placitum de relevijs pertinet ad Curiam Vice-comitis. lib. 1. c. 3. 5.

Relevium de feudo unius militis, quingq; libræ.

De ſoccagio eſt cenſus annuus, (ane yeirs rent)

De Baronia relevium eſt arbitrarium Regis. lib. 2. c. 71. 2.

Dominus Capitalis, poteſt retinere in manu ſua, terras ſui Vaſalli, donec relevium ſolvatur, aut de eo ſolvendo, ipſi ſatisfiat. ſtat. Rob. 3. c. 19, 2.

Si hæres recuſat ſolvere relevium, poteſt diſtringi & cogi à Domino vt ſolvat. lib. 2. c. 73. 6.

Relevium debet offerri Domino per heredem, antequam recuperabit hereditatem à Domino. lib. 2. c. 72. 1.
Vaſallus debet Dominis ſuis Capitalibus, etiamſi plures ſint, relevium dare. lib. 2. c. 44. 2.
Relevium debet dari heredi primogenitæ filiæ per heredem tertium, ex poſtnatis filiabus deſcendentem. lib. 2. c. 29. 4.
Relevium ſemel præſtitum non debet iterari. lib. 2. c. 70. 4.
Relevium non debetur per heredem, ſi hæres major factus, ſtatim hereditatem adierit, antequam terminus ſolutionis relevij venerit. lib. 2. c. 68. 3.
Relevium non debet dari Domino per mulierem, aut ejus maritum, ſi adhuc minor nupſerit cum conſenſu Domini.
Verùm ſi ſit major cùm nubit, maritus ejus dabit relevium. lib. 2. c. 70. 2. 3.
Relevium poteſt à Domino recuſari. lib. 2. c. 72.
Debet dari ab eo qui tenementum in judicio recuperat. lib. 2. c. 70. 6.
Religioſi, *non tenentur pugnare in Duello.* ſtat. Alex. c. 5. 1.
Poſſunt eſſe procuratores ſine ſpeciali mandato. lib. 3. cap. 18. vid. Eccleſia. vid. Pax.
Remiſſio *criminis conceſſa alicui per Regem ſine conſenſu partis, parti non præjudicat.* lib. 4. c. 17. 4. vid. Rex. *Eſt nulla, niſi parti læſæ ſatisfiat, quæ pro voluntario homicidio concedi debet.* ſtat. David. 2. c. 44. c. 50.
Replegiare *aliquem poteſt, vel ipſe Dominus ad ſuam curiam, vel Ballivus Domini ad curiam ſui Domini, ſi modo habeat ſpecialem Domini poteſtatẽ.* Quon. Att. c. 8. 1. c. 15. 2.
Sectator alicujus Baronis, poteſt homines replegiare ad ejus Curiam. Quon. Att. c. 15. 2.
Qui replegiat aliquem ad ſuam Curiam, ab alia curia, debet relinquere in Curia, à qua fit replegiatio plegium qui dicitur Culreuch. vid. Culreauch.
Nemo poteſt replegiari per aliquem, niſi ſit ejus homo ligius vel nativus, vel in terra ſua manens, vel de familia ſua. ſtat. Alex. c. 4. 1.
Vel de conſanguinitate propinqua. ſtat. 1 Rob. 1. c. 11.
Homicidæ *& fures replegiari poſſunt à Dominis, ſi ab alijs capti ultra unam noctem cuſtodiantur.* Quon. Att. c. 39. 3.
Replegiari nemo poteſt ab una Curia, ad aliam, poſtquam clameum negavit in curia. Quon. Att. c. 8. 3.
Replegiari non debet is, qui vocatur in warantum. Quon. Att. c. 10. 8.
Si quis conqueritur namos injuſtè captos eſſe, & Vice-comes ipſe, eos ipſi reſtituit, accepto plegio de perſequendo contra Namantem: Is qui plegium invenit, non poteſt replegiari à Curia Vice-comitis, ad Curiam Domini ſui. Quon. Att. cap. 11. 3.
Replegiari non poteſt à Curia Regis, qui attachiatur pro re aliqua, tanquã eſcheta Regis. Quon. Att. c. 48. 9.
Replegiari per ſuum Dominum nemo poteſt in majoribus criminibus, contra Regem vel Dominum ſuperiorem. Quon. Att. c. 39. 2.
Replegiatio non habet locum à Curijs Burgorum. ſtat. 1 Rob. 1. c. 17.
Sed tamen Burgenſis citatus ad Curiam Regis, poteſt comparere, & ab ea Curia ad Curiam ſui Burgi replegiari. leg. burg. c. 61, 1.
Multi ſunt malefactores qui replegiari non poſſunt. ſtat. Rob. 3. c. 14.

Digitized by Google

In itinere juſtitiarij replegiari poſſunt Burgenſes, & homines Regalitatis. Iter. Juſtit. c. 9.
Reſignatio *terrarum in Burgo.* vid. Alienare.
Reſpectuatio *ſive continuatio querelarum.* vid. Judex.
Reſponſalis *dicitur, qui in judicio pro alio reſpondet.* vid. Procurator.
Retornatus [ane retowre, or ane anſwer returned from the Schireff to the Briefe directed forth of the Chancellarie] ſtat. Rob. 3. c. 1.
In Brevi Inquiſitionis debet contineri, in cujus manibus terræ exiſtunt, & per cujus mortem, it ſigillari ſigillis eorum, qui inquiſitioni interfuerunt. ſtat. Rob. 3. c. 1. 3. 4.
Reus, vid. Tenens. vid. Accuſatus.
Rex *in ſuo Regno nullum habet parem, multò minus ſuperiorem; Ideoq; eſt omniũ ſupremus.* lib. 2. c. 44. 3.
Et nullum habet ſuperiorem niſi ipſum Deum, Creatorem cæli & terræ. Vt in Præfatione. lib. 1.
Rex Malcolmus ejus nominis Secundus, dedit totam terram ſuam omnibus ſuis Baronibus. leg. Malc. 2. c. 1. 1.
Domeſtici ſervi Regis, particularia ſua habent feoda. leg. Malc. 2. c. 5.
Non gaudent Eſſonio de ſervitio Regis. lib. 1. c. 8. 15.
Regis licentia requiritur in manu-miſſione ſervorum. lib. 2. c. 12. 13.
Confirmatio Regis eſt neceſſaria in alienatione terrarũ Eccleſiaſticarum. lib. 2. cap. 23.
Rex præferri debet in cuſtòdia & maritagio hæredis omnibus dominis Capitalibus etiam antiquioribus: Verùm ſi quis teneat de Rege terram nomine Burgagij, & alias terras de alio Domino per ſervitium militare, Dominus ille præfertur Regi in maritagio & cuſtòdia hæredis lib. 2. c. 44. 3. 4.
Rex debet habere cuſtòdiam fatuorum naturalium & terrarum ad eos pertinẽtium. lib. 2. c. 46. 1.
Rex ſuccedit Baſtardo, non habenti hæredem de corpore ſuo. lib. 2. c. 52.
Curia Regis non ſolet curare de privatis pactionibus partium in Vadio ſeu pignore. lib. 3. c. 4. 5. *Concilio Regis, ſoli conſiliarij debent intereſſe.* ſtat. David. 2. c. 47. ſtat. Rob. 2. c. 1.
Contra Regem ejuſq; ſervos nulla currit præſcriptio. lib. 2. c. 12. 16.
Curia Regis tenetur dare conſilium Baronibus, de jure ipſum conſulentibus. lib. 3. cap. 23. 6.
In Curia Regis tractatur recognitio, vtrum feudum aliquod ſit Eccleſiaſticum an laicum. lib. 3. c. 25. 3.
Ad Regem pertinent Theſauri, ſub terra reconditi, quorum Domini ignorantur. Quon. Att. c. 48. 5.
Rex præfertur cæteris creditoribus in ſolutione debitorum, quæ per aliquem ipſi debentur. ſtat. Wilh. c. 21. 1.
Rex tenetur terras datas per certas diviſas warantizare. Quon. Att. c. 78. 3.
Rex poteſt tenere terras hæredis in manu ſua, donec ei ſit ſatisfactum de relevio & alijs ſervitijs. ſtat. 2. Rob. 1. c. 7. 1.
Rex dat ſuam pacem peregrinantibus, pauperibus & debilibus perſonis: A mercatoribus ſuas rectitudines recipit, & Miniſtri Eccleſiæ debent ei eſſe fideles, ſtat. David. 2. c. 12. c. 13.

Index.

Regia via debet continere 14 pedes vel (vt alijs placet) 40 pedes in latitudine, & ejus vſus debet eſſe omnibus liber. ſtat. David. 2. c. 6. 4.

Rex non poteſt alienare ſuperioritatem ſui vaſalli ſine ejus conſenſu: Adeo vt ſi quis teneat ſuas Baronias de aliquo Comite, & contingat ipſum comitatum incidere in manus Regis, & ab eo alienari cum tenandrys: Nihil ominus ipſi Barones, non tenebunt niſi voluerint ſuas Baronias, de eo cui comitatus eſt alienatus; ſed de ipſo Rege. ſtat. Rob. 3, c. 4. 1. 2. 3.

Ad Regem pertinet non introitus terrarum & Baroniarũ, quæ de ipſo tenentur in capite. ſtat. Rob. 3. c. 19. 1. c. 38.

Ad Regem pertinent omnes res mobiles felonis fugitivi & vtlagati, vnà cum terris de Rege tentis ſine vlla diſtinctione temporis aut loci.

Si ejus terra de alio Domino tenta, pertinet ad Regem tantùm, per ſpatium vnius anni & diei: Nam poſt annum & diem, pertinet ad Dominum Capitalem de quo tenetur, becauſe the life-rent of the vaſſall perteines to the immediat ouer-Lord. lib. 2. c. 55 11. Quon. Att. c. 18. 1.

Rex reſtituere poteſt ex miſericordia, felonem vel malefactorem in integrum ſtatum: Sed iſta reſtitutio non præjudicat alijs habentibus jus in bonis felonis. lib. 2. c. 56. 1. 2.

Rex poteſt vitam & aliam pœnam corporalem remittere his qui damnantur pro falſa charta. lib. 4. c. 13. 7.

Et etiam his qui ſunt homicidæ: Sed hujuſmodi remiſſio non præjudicat cognatis interfecti. lib. 4. c. 17. 4.

Homicida ex beneficio Regis poteſt dimitti per plegios. lib. 4. c. 5. 2.

Rex poteſt accuſare malefactorem, tametſi ſit abſolutus à crimine ad inſtantiam partis. lib. 4. c. 28.

Quæcunq; ſunt in nullius bonis & nullam habent Dominum, pertinent ad Dominum Regem tanquam eſcheta. Quon. Att. c. 48. 4.

Sine Regis licentia Barones non poſſunt facere concordiam inter partes de homicidio vel furto. Quon. Att. c. 77.

Bona furis convicti pertinent ad ejus Dominum, ſi Dominus habeat curiam de vita & membro: Alioqui pertinent ad Regem. Quon. Att. c. 12. 5.

In criminibus contra Regem commiſſis non admittitur replegiatio. Quon. Att. c. 39. 4.

Punitur qui rumores invenit, & ſeminat diſcordiam inter Regem & ſuum populum. ſtat. 1. Rob. 1. c. 21. 1.

Officiarij Regis delinquẽtes in officio puniuntur à Rege. ſtat. Rob. 2. c. 13. ſtat. Rob. 3. c. 41. *Tum etiam Domini Regalitatum.* ſtat Rob. 2. c. 14.

Sine licentia Regis non licet tranſportare vel alienare bona extra regnũ. ſtat. 1. Rob. 1. c. 24.

Homines inventi in terra Regis ſine Domino, debent cuſtodiri per juſtitiarium ad opus Domini Regis, donec Dominum invenerint. ſtat. David. 2. cap. 3. 2.

Rex debet punire malefactores inventos in foreſtis Baronum, licet ipſi Barones noluerint eos accuſare, aut delictum concelaverint. leg. Foreſt. c. 21.

Proviſores Regis poſſunt varijs de cauſſis accuſari coram camerario. Iter. Cam. c. 17.

Sine conſenſu Regis amerciamenta coram Camerario non poſſunt modificari.

Iter.

Iter. Cam. c. 32.
Regi debent præſentari nomina Foriſtallatorum, & omnes eſchetæ in Burgis, omnia judicia falſata; & nomina illorum qui ſunt poſiti in voluntate Regis. Iter. Cam. c. 34. c. 31.
Regem adjuvare debent Magnates in adminiſtranda juſtitia. ſtat. Wilh. c. 7.
Regi nemo debet conqueri de aliquo placito, niſi priùs conqueſtus fuerit ſuo Domino, vel Vice-comiti. ſtat. David. 2. c. 8. 1.
Qui duellum inter ſe vadiarunt, non poſſunt reconciliari ſine licentia Regis. lib 4. c. 1. 15. vide Miſericordia Regis. *Regem, cùm fuerit in aliqua provincia, Judices illius provinciæ debent ſequi.* ſtat. Wilh. c. 3. 1.
Rex in verbo Regis obligat ſe ad obſervationem legum. ſtat. Rob. 2. c. 17.
Roboria *eſt unum ex quatuor placitis Coronæ.* leg. Malc. 2. c. 11. 1.
Et pertinet ad curiam juſtitiarij. lib. 1. c. 1. 5.
Forma proceſſus eſt eadem, quæ eſt de raptu mulieris. lib. 4. c. 7. c. 25. *Punitur morte & bonorum confiſcatione.* ſtat. Rob. 3. c. 44.
Rapinam committunt venientes ad exercitum, qui plùs capiunt, quàm ſuſtentationem ſuam, ut vaſtum faciunt. ſtat. 1. Rob. 1. c. 5. 4.
Si debitor vel alius ejus nomine, per vim namos abſtulerit à creditore, punitur ut raptor probatus. ſtat 2. Rob. 1. c. 21. 12.
Rapinam committit qui capit namos, abſq; officiarijs Regis, vel Domini terræ. ſtat. Rob. 3. c. 12. 2. vide Raptus.
In crimine roboriæ, damna accuſantis poſſunt modificari per aſſiſam. Quon. Att. c. 68.
Raptor poteſt confugere ad Eccleſiam vel aſylum. ſtat. Alex. c. 6. 1.
Hoc crimen præſcribitur per lapſum unius noctis & diei. lib. 4. c. 10. 2.
Ruſticus *admittitur ad accuſandum in crimine læſæ Majeſtatis.* lib. 4. c. 2. 3.
Ruſtici debent terram arare, ſeminare, & agriculturam exercere. ſtat. Alex. cap. 1. 1.
Ruſticus ſi declinat duellum ratione ſenectutis vel mahamij, cogitur ſe purgare per aquam ſervidam. lib. 4. c. 3. 4.
Ruſticus factus Burgenſis in aliquo Burgo, in eo tantùm burgo erit burgenſis. leg. burg. c. 13.

S

Sacerdos *vocatus in warantum rei furtivæ, non recipitur, etiam ſi ſe offerat niſi legitimè probetur res eſſe ejus propria.* lib. 1. cap. 19. 3.
Sacerdos nullum denum recipere debet, niſi ſub teſtimonio fidedigno. lib. 1. c. 19. 7.
Saiſina *neceſſaria eſt in omni donatione, ſeu diſpoſitione terrarum.* lib. 2. cap. 18. 5. 6.
Prior ſaiſina præfertur poſteriori, quia melior eſt conditio poſſidentis. lib. 2. cap. 33. 14.
Pro ſaiſina terræ venditæ in Burgo, emtor dat unum denarium Præpoſito, & venditor alterum. leg. burg. c. 56. 1.
Saiſina quando debet frangi. ſtat. Rob. 3. c. 39.
Saiſina in burgo poteſt dari extra Curiam. leg. burg. c. 114.

Super fundum terræ. leg. burg. c.127.3.
Sal *poteſt vendi in navi per mercatores.* leg.burg.c.10.ſtat.Gild.c.22.
Salmones vid.Piſcari. *Salmones corrupti non debent vendi.*ſtat.Rob.3.c.40.
Sanguinis *effuſi pœna.* lib.4.c.39.ſtat.Wilh.c.20.
Sartotes [Tailzours] *poſſunt varijs de cauſſis accuſari coram Camerario.* Iter. Cam. c. 24.
Jn Scaccario [in the Eſchequer] *computum reddi debet de terris ad Regem ratione wardæ pertinentibus.*lib.2.c.45.1.
*Vice-comes debet ſingulis annis in Scaccario comparere, ſub pœna decem librarum & amiſſione officij.*ſtat.Rob.3.c.26.
In eo, vice-comites debent examinari de officio ſuo & legum obſervatione. ſtat Rob. 3.c.24.
Secretarius *Regis debet ſcribere nomina teſtium, qui interfuerunt reſignationi factæ in manibus Regis, & ea ad Cancellarium mittere.* ſtat.Rob.3.c.9.
Sectatores *priuſquam admittuntur, debent in tribus curijs examinari, per Ballivum ſeu judicem.*Quon.Att.c.36.3.
Illis legitima conceduntur eſſonia. Quon.Att.c.33.1.
*Non tenentur venire ad curiam, niſi legitimè citati: Sed ad placita Capitalia tenentur venire ſine citatione.*Quon. Att.c.33.3.
Per eorum os, recordum curiæ debet dari. Quon.Att.c.36.2.
Et judicium in præſentia judicis. Quon. Att.c.35.2.c.66.
Sectatores poſſunt declarare wardas curiæ, id eſt, ſententias interloquutorias. Quon. Att. c. 35. 2.
Poſſunt in curia Domino ſuo litigare vel reſpondere, homines ad Curiam Domini ſui replegiare: ſed pro alio reſpondere nõ poſſunt, ſine licentia Domini. Quon.Att.cap.15.1.
Si ſunt ignari, debent à judice informari. Quon.Att.c.16.5.
Sed pro eorum imperitia non debent amerciari. Quon. Att.c.36.4.
Poſſunt difficiles cauſſas ad ſuperiorem curiam mittere, vt ibi declarentur. Quon.Att.c.14.3.
*Sectatores amerciantur, ſi judicium per eos datum fuerit falſatum.*Quon.Att. cap.13.7.
*Pro ſecta curiæ nemo poteſt diſtringi niſi ſecundum tenorem ſuæ Chartæ.*ſtat.2. Rob. 1. c.2.2.
Si de terra ad plures hæredes pertinente, vnica tantum ſecta debeatur, is qui principalem partem hereditatis habet, ſectam facere debet. ſtat.2.Rob.1.c.3.1.
Proceſſus pro ſectis curiarum inter Dominum & tenentem. ſtat. 2. Rob. 1. cap. 4. cap.5.
Sellarum *factores* [Sadlers, *Ephippiarij*] *poſſunt varijs de cauſſis accuſari corã Camerario.* Iter. Cam. c.27.
Sententia *aſſiſæ, aut eſt abſolutoria, aut condemnatoria, & qui condemnatur nunquam poſtea auditur.*lib.1.c.13.3.vid.Aſſiſa.
In executione ſententiæ pro debito, primò debitor poteſt incarcerari, & ejus bona mobilia capi: Deinde immobilia poſſunt ſaiſiri, quæ fuerint debitoris tempore recognitionis debiti, à quocunq; poſſeſſore, & ſoluto debito, debent poſſeſſori reſtitui. ſtat.2.Rob.1.c.19.vid.Iudicium. vid.Debitum.
Sententia *Arbitrorum.*vid.Arbitrium.

Digitized by Google

Servitium *terræ debet præſtari Domino, ſecundum terræ quantitatem.* ſtat. 2. Rob.1.c.18.
Eodem modo quo homines debent armari ad guerram, ſecundum bonorum ſuorum & terrarum valorem. vid. Exercitum.
Servitium non priùs poteſt peti à Domino, quàm is homagiũ hæredis receperit. lib. 2. cap. 60.6.
Vaſallus habens plures Dominos, debet ſingulis Dominis ſuis ſervitia præſtare. Sed obtemperare debet antiquiori Domino præ ceteris. lib.2.c.61.1.2.
Pro ſervitio terra poteſt recognoſci per Dominũ Capitalẽ. ſtat Rob.3.c.19.6.
Servitium indebitum factum alicui per firmarium, non præjudicat ejus Domino. Quon. Att.c.44.
Servitium indebitum factum alicui per tenentem, non debetur propterea ejus Domino. Quon.Att.c.45.
Serjandus, *neq; in Burgo, neq; extra Burgum, poteſt eſſe procurator, actornatus, neq; teſtis, neq; ſacramentalis in acquietatione.* ſtat.1.Rob.1.c.28.1.
Servitus *opponitur libertati eodem modo quo ſervus libero homini:*
Servitus autem ſumſit initium ab ebrietate Noæ. lib.2.c.14.4.
Nam filius ejus Cham, *factus eſt ſervus ſuorum fratrum, quia patrem ſuum ebrium irriſit.*
Servus *non poteſt eſſe arbiter.* lib.2.c.4.1.
In ſervitute aliquis conſtitutus, poteſt petere libertatem, & ad eandem proclamare. lib. 2,c.11.4.
Servus non poteſt ſuam libertatem acquirere ſuis proprijs denarijs, quia nihil habet proprium. lib.2.c.12.5.
Servi non poſſunt ordinari ad ſacros ordines. lib.2.c.13.1.
Servus deformiter in facie vulneratus à Domino, debet habere quartam partẽ ſui pretij, & etiam pretium ſanguinis. ſtat.Wilh.c.20.
Servus à Domino manumiſſus ſine licentia Regis, liber erit quoad Dominum & ejus hæredem, ſed non quoad alios. lib. 2. c. 12.13.
Hi enim in teſtimonio dicendo, aut in probatione vel aſſiſa, poſſunt ei villenagium objicere. lib.2. c.12.10.12.
Servus manens in Burgo per annum & diem pacificè ſine calumnia, conſequitur libertatem. leg.burg.c.17.
Servitus multis modis amittitur, nempe ijſdẽ quibus libertas recuperatur. v.libert.
Servi domeſtici debent revelare Domini maleficium, aut ab ejus ſervitio diſcedere. ſtat.Wilh. c.19.9.vide Nativus.
Sigillum *Chartæ appenſum, affirmans eſſe ſuum, tenetur implere ea omnia quæ in Charta continentur.*
Si verò negat ſigillum id ejus eſſe, probari poteſt per duellum: Quòd teſtis Chartæ inſertus poteſt vadiare. lib.3.c.8.4.6.
Retornatus in Brevi inquiſitionis debet ſigillari. ſtat.Rob.3.c.1.4.
Per plurium ſigillorum comparationem probari poteſt, fides Chartæ vel ſcripturæ. vide Charta.
Socco-manni *unicus filius illi in aſſem & totam hæreditatem ſuccedit; eodẽm modo quo fit in feudo militari.* lib.2.c.26.c.27.3.
Sed ſi ſocco-mannus plures habuerit filios, omnes æqualiter illi ſuccedunt. lib. 2. cap.21.1.

Sed principale Meſſuagium debet reſervari filio primogenito, ratione primogenitura. lib. 2. c. 27. 4. vid. Filius.

De cuſtôdia hæredis Socco-manni. vid. Cuſtôdia.

Soccagium liberum, opponitur ſervitio militari. lib. 2. c. 27. 1.

Solutio *debiti.* vid. Debitum.

Soror *ſuccedit in hæreditatem ſui fratris, ſi frater nullum habet hæredem de corpore ſuo; neq; fratrem aut fratres, vel liberos ex his deſcendentes: Et ſi ſit vnica ſoror, illa ſola ſuccedit: Si verò ſunt plures, omnes ſuccedunt æqualiter.* lib. 2. cap. 34. 2.

Soror germana excludit conſanguineum, in ſucceſſione fratris germani. Quon. Att. c. 89.

Si plures ſorores ſuccedunt patri, & pater earũ ante mortẽ ſuam vni dedit portionẽ hæreditatis, de Domino capitali tenendam: Illa pars non veniet in diviſionẽ hæreditatis; ſed eam, vnà cum ſua parte hæreditatis, ſoror occupabit.

Aliud eſt dicendum, ſi portio data fuerit in libero maritagio. ſtat. Rob. 3. cap. 35.

Spoliatus *ante omnia eſt reſtituẽdus.* ſtat. Rob. 3. c. 15. 2. vid. Nova diſſaiſina.

Sponſus *poteſt ſi velit reſpondere pro ſua ſponſa.* vid. Maritus. vid. Uxor.

Stallangiator *in die fori, debet ſatiſfacere Præpoſito Burgi, pro ſuo ſtallo.* leg. burg. c. 40. 1.

Poteſt namari per Burgenſem. leg. burg. c. 58. vid. Lot.

Summonitio *eſt certi diei & loci exhibitio, ſive declaratio partibus facta ad diẽ legalem.* Quon. Att. c. 2. 1.

Summonitor [exſecutor ſummonitionis] debet eſſe legalis, coram teſtibus ſummonitionem facere & eam probare per ipſos teſtes, ſummonitionis recordo [indorſationi] inſertos, idq; inſtanter priuſquàm curiam egrediatur. lib. 1. c. 6. 4.

Debet ſuum & officij ſui nomen in recordo ſuæ ſummonitionis exprimere.

Et ſi in officio ſuo deliquerit, erit in miſericordia Regis, ſummonitio erit invalida & ipſe ſatiſfaciat parti damnum paſſæ. lib. 1. c. 6. 17.

Debet probare attachiamenta & citationes. Quon. Att. c. 33. lib. 1. c. 6. 4.

Surdus *non poteſt eſſe arbiter.* lib. 2. c. 4. 3.

Sutor *non poteſt emere coria ad tannandum, niſi cornua & aures ſint æqualis longitudinis.* leg. burg. c. 98.

Neq; poteſt eſſe confrater Gildæ. leg. burg. c. 99. vid. Coria.

Poteſt accuſari coram Camerario. Iter. Cam. c. 22.

T

TENENS [*Reus, ſive pars defendens*] *legitimè ſummonitus ad tres curias, poteſt facere tres defaltas in placitis de* wrang *&* vnlauch: *ſed diſtrictio pro qualibet defalta capi debet, & pro tribus diſtrictionibus tria amerciamenta poſſunt capi.* Quon. Att. c. 4. 2. 3. 6.

Tenenti legitimè citato, legitima conceduntur Eſſonia. vid. Eſſonium.

Tenens ſi in tribus primis Curijs non venerit neq; miſerit, pro ſingulis amerciari poteſt, niſi poſtea compareat, & defaltas ſuas ſalvaverit. Mod. ten. Cur. c. 7. vid. Defalta.

Digitized by Google

Ad quartam curiam, aut venit, aut non venit: Si non venit, & queſtio ſit de terra per Breve de recto: terra Tenentis de qua eſt controverſia, capietur in manu Domini Regis: Et ſi tenens adhuc venerit infra 15 dies, poteſt ſaiſinam terræ ſuæ recuperare.

Quòd ſi infra illos quindecim dies non venerit, terram amittit. lib. 1. cap. 7. 5. cap. 8. 6.

In alijs verò placitis, ſi tenens non cõpareat quarto die, habetur pro non defenſo. [and ſo tynes his action for null defence] Quon. Att. c. 58.

Et præterea ſolvit damna taxata ipſi petenti: Et quia pro tribus ſuis defaltis, tres factæ ſunt diſtrictiones, pro tribus diſtrictionibus, tria ſolvit amerciamenta. Quon. Att. c. 4. 6.

In queſtione verò ſui ſtatus, quum tenens trahitur per aliquem à libertate in ſervitutem, ſi die ſtatuto in citatione non compareat, libertatem amittit, & in ſervitutem redigitur: Sed legitima Eſſonia illi concedi debent. lib. 2. c. 11. 6. 7.

Si tenens legitimè citatus, ad quartũ diem venerit, tunc aut petens facit defaltã in quo caſu Tenens eſt quietus ab illa citatione. Quon. Att. c. 6.

Aut nullam facit defaltam, ſed ambo & petens, & tenens comparent in judicio, & tunc Tenens aut nullis vtitur defenſionibus, ſeu exceptionibus in quo caſu eligitur aſſiſa ad determinationem controverſiæ. lib. 1. c. 12. 1.

Sed ſi quarto die cõpareat & defaltas ſuas excuſaverit non amerciatur. Quon. Att. cap. 5. 1.

Aut tenens quarto die comparens, vtitur exceptionibus, & Actoris cauſſam extenuare, eamq; exceptionibus tollere & caſſare nititur. lib. 2. c. 2. 4.

Et ſi legitimo vtitur eſſonio, hoc admittitur: Quod ſi omnes ſummonitiones contra ſe factas negat, jurabit duodecimâ manu, pro qualibet ſummonitione: Quòd ſi ſufficienter juraverit, & omnes ſummonitiones excuſaverit, tunc de principali placito reſpondebit. lib. 1. c. 7. 13.

Et tamet ſi in tribus curijs, ſe tribus vicibus eſſoniari fecerit. lib. 1. cap. 7. 14 Quon. Att. c. 4. 2.

Tamen quarto die, poteſt probare omnia ſua eſſonia, ſuo & vnius juramento. Sed non tenetur reſpondere petenti, aut ſuas exceptiones proponere, donec ſummonitor, ſuam ſummonitionem probaverit. lib. 1. c. 6. 4.

Neq; cogitur reſpondere, ſed poteſt in Brevi de recto petere viſum terræ petitæ poſt Eſſoniorum ſuorum probationem. lib. 1. c. 9. 1.

Non cogitur reſpondere, & ſe adverſus narrationem petentis defendere, donec petens totum clameum ſuum narraverit. lib. 1. c. 11. 1.

Nã primò, breve Regis debet legi, deinde petẽs ſuã petitionẽ proponere; Poſtremò tenens petitioni reſpondere: Quod vt melius faciat poteſt bona cum venia, exire curiam & amicos conſulere, de modo quo petenti reſpondere debeat: Atq; ita exceptiones ſuas primũ contra Breve Regis, deinde contra clameum petentis proponere. lib. 1. c. 11. Quon. Att. c. 84.

Sed Tenens ſeu defendens non tenetur reſpondere vni petenti, vno die, niſi de vna calumnia. Quon. Att. c. 65. 1. leg. burg. c. 83.

Tenens poteſt allegare & vocare ſuum warantum, de ea re propter quam in judicium vocatur. lib. 5. c. 15. 2. vid. Warantus.

Tenens ſive Reus victus in judicio poſſeſſorio, per Breve de morte Anteceſſoris poteſt in judicio petitorio placitare per Breve de recto. lib. 3. c. 28. 15.

Si deniq; neq; Actor, neq; Reus compareat in iudicio, ambo poſſunt citari per judicem & amerciari. lib. 1. c. 8. 35.

Tenementum *communiter accipitur pro hæreditate vel feudo: Sed liberum tenementum, idem eſt quod uſusfructus,* life-rent or franktenement. leg. burg. c. 135. 9. *Sed ſæpiſſimè confunduntur, & hæc differentia non obſervatur.*

Terra *data cum homagio alicui, deſcendit ad donatarij hæredem proximum vel remotiorem; nunquam autem revertitur ad donatorem.* lib. 2. c. 22. 12.

Alienatio terrarum Eccleſiaſticarum & terrarum in lecto ægritudinis. vid. Alienare. vid. Rex.

Terra fatui naturalis per eum alienari non poteſt. lib. 2. c. 46. 3.

Terra felonum ſunt Eſchetæ temporales: Proditorum autem terræ ſunt perpetuæ. Quon. Att. c. 48. 16. vid. Felonum bona. vid. Rex.

Terræ debitoris poſſunt appretiari & vendi pro ipſius debito. ſtatuta Alexan. cap. 24.

Terra debet ſervitium præſtare Domino capitali, ſecundum ſui quantitatẽ. vid. Servitium.

Et auxilia Domino per vaſallum. lib. 2. c. 73. 1.

In terris eleemoſynatis nihil poteſt capi ad uſum Regis, ſi poteſt alibi inveniri ſtat. Alex. c. 20. 1. 2.

Neq; de his terris cuſtuma debet ſolvi. de Cuſtum. c. 2

Terra per defaltam partis amiſſa, poteſt recuperari. ſtat. 2. Rob. 1. cap. 16. 1. 2. vid. Defalta.

Terræ poſſunt per Dominum capitalem recognoſci. vid. Recognitio.

Omnes debent terras proprias colere & alienas, neq; invadere, neq; vaſtare. ſtat. David. 2. c. 10. 1.

De Tertia *parte mulierum placitum, pertinet ad curiam Vice-comitis.* lib. 1. cap 3. 1. lib. 2. c. 16. 37.

Tertia pars liberi tenementi ad virum pertinentis, tempore quo uxorem deſponſat ad oſtium Eccleſiæ poteſt dari uxori.

Tlus autem dari non poteſt, licet minùs poſſit lib. 2. c. 16. 7. 77.

Tertia quantacunq;, vel qualiſcunq; mulieri ſemel data & aſſignata, non poteſt poſte àaugeri vel ampliari. lib. 2. c. 16 11.

Teſtamentum *poteſt fieri, per quemlibet liberum hominem, qui legata relinquere poteſt, ut ipſe voluerit.*

Nam Uniuſcujuſq; voluntas in teſtamento cùm ſit ultima, debet eſſe libera. lib. 2. c. 36. 1. 5.

Mulier ſui juris poteſt teſtamentum facere. lib. 2. c. 36. 6.

Sed uxor viro nupta, non poteſt ſine conſenſu viri ſui. lib. 2. c. 36. 7.

Teſtator in ſuo teſtamento, poteſt ſi velit relinquere Domino ſuo, emliorem rem quam habet. vid. Herrezelda.

Frater Gildæ debet in Teſtamento aliquid legale Gildæ. ſtat. Gild. c. 3.

Et ſi extraneus aliquid legaverit, recipiatur in Gildam. ſtat. Gild. c. 4.

Teſtamentum ſit de rebus mobilibus, quarum una pars debetur liberis; altera uxori:

Tertia Teſtatori, quæ ipſius voluntati diſponenda liberè relinquitur. lib. 2. cap. 37. 2

Quòd ſi nulli ſint liberi, bona dividuntur inter duas partes, inter Teſtatorem & eſus

Digitized by

*ejus uxorem.*lib.2.c.37.2.4.leg.burg.c.124.
Verùm nulli ſit bonorum diviſio, niſi ædictis debitis, quæ per teſtatorem debentur. lib. 2. c.39.1.
*Præſertim debitis, ſi quæ per defunctum Regi debentur.*ſtat.Wilh.c,21.3.
*Teſtes in teſtamento ad minus debent eſſe numero duo.*lib.2.c.38.1.
Peregrini & advenæ poſſunt liberè teſtamentum facere. ſtatuta. VVilh. cap. 30.
*Et exſecutores, aut ſunt teſtamentarij, aut dativi.*lib.2.c.38.2.
Cauſſa teſtamentaria, quæ tangit validitatem vel formam teſtamenti, aut res in eo legatas, pertinet ad forum Eccleſiaſticum. lib. 1.c.2.1.lib.2.c.38.6.
*Teſtamentum debet ſervari ab hærede teſtatoris.*lib.2.c,35.
Teſtes *in teſtamento debent eſſe duo.* lib. 2. c.38.1.
Perjurus & infamis, non poteſt eſſe teſtis. lib. 4. cap. 29. 3. ſtat. Wilhel. cap. 11.7.
Multi quoq; alij prohibentur eſſe teſtes. ſtat.2.Rob.1.c.35.
*Serjandus curiæ non poteſt eſſe teſtis.*ſtat. 1. Rob.1.28.1.
Serjandus vel præco convictus de falſo, repelletur à teſtimonio. leg. burg. cap. 75.
Pupillus non cogitur dicere teſtimonium. leg.burg.c.85.
*Teſtes juꝛare debent & quomodo.*leg.burg.c.32.1.2.
Teſtes debent deponere de viſu & auditu. Quon. Att. c. 33.
*Per teſtes licet probare aliquem eſſe plegium.*lib,3.c.1.22.
Et ſummonitionem legitimè factam eſſe. Quon.Att.c.3.
Duo teſtes requiruntur in catallorum hainhaldatione. Quon.Att.c.10.6.
*In curia juſtitiarij, vel Vice-comitis, duo teſtes ſufficiunt ad probandum 40 ſolidos.*Quon. Att.c.81.1.
*Nemo poteſt augere vel ampliare numerum teſtium ſemel deſignatum.*Quon. Att.c.81.3.
Probatio per teſtes, non conceditur Præpoſito, vel Præconi in Burgo contra aliquem. leg.burg.c.82.
Contra probationem per teſtes, admittitur probatio per ſcripta. vid.Purgatio. vid.Probatio.
Textores [Webſters] *poſſunt accuſari varijs de cauſſis coram Camerario.*Iter. Cam. c.25.
Theſauri *fraudulosa occultatio & de ea placitum ſive querela, pertinet ad curiam juſtitiarij* lib.1.c.1.5.
Theſauri ſub terra reconditi quorum Domini ignorantur, pertinent ad Regē. Quon.Att.c-48.5.
Tinctor [ane Litſtar] *non poteſt eſſe confrater Gildæ.* leg. burg. c.99.
Torralium [*ſic dictum à Torrendo*, ane Kill] *ſi fuerit gratis commodatum alicui & comburatur, commodatarius tenetur de damno: Sed ſi fuerit locatum pro certa mercede & comburatur, conductor non tenetur de damno.* leg.burg. cap.54.3.4.
Tranſlatio *cauſſæ* [*quam nos advocationem*, Galli *Evocationem vocant*] *ſeu loquèle poteſt fieri propter iniquitatem judicis in inferiori Curia, vel ejus dubitationem ſeu imperitiam.* lib.2.c.16,24.
Ut cum curia inferior probatur de recto defeciſſe. lib.3.c.20.c.21.

Loquèla tranſlata à curia inferiore ad ſuperiorem, non debet remitti ad curiam inferiorem, ſi probatum ſit eam de recto defeciſſe. lib. 3. c. 21. 4.

Cauſſe poſſunt ad ſuperiorem curiam tranſferri, ſi ſectatores juraverint ſe neſcire eas determinare. Quon. Attach. cap. 14. 3. vid. Probatio. vid. Sectatores.

Trona *ordinatur ad lanas ponderandas.* ſtat. David. 2. c. 39.

Tronatores *poſſunt variis de cauſſis accuſari in itinere Camerarij.* Iter. Cam. cap. 15.

Tutor *ſive cuſtos hæredis ſoccagii, non poteſt alienare hæreditatem pupilli, nec eam vaſtare, ſed ſalvam cuſtodire ad uſum pupilli, & cùm is ad ætatem pervenerit, computum ei reddere debet, ſalvis ſibi ſuis neceſſariis expenſis.* ſtat. 2. Rob. 1. c. 8. 2. 3.

Tutor debet reſpondere in judicio pro Pupillo. leg. burg. c. 85.

In actione warantiæ cùm minor vocatur, Tutor quoque vocari debet. Quon. Att. cap. 90. 6.

V

VADIUM *ſive pignus, conſiſtit in re mobili vel immobili.* lib. 3. cap. 7. 1.

Creditor non debet abuti Vadio mobili, ſed illud cuſtodire. lib. 2. cap. 3. 1.

Et ſine deterioratione reſtituere debiteri. lib. 3. c. 4. 3.

Vadium aut datur ad certum terminum, aut ſine termino: Quum ad terminum res ponitur ad vadium, poteſt convenire inter creditorem & debitorem, ut ſi ante terminum debitor non acquietet, Vadium: illud ad creditorem pertineat. lib. 3. c. 3. 4. Whilk is called drowned wadd.

Si autem Vadium ſit poſitum ad certum terminum ſine conventione ulla, tunc debitor auctoritate judicis, cogi poteſt, ut Vadium ſeu pignus luat & acquietet, to redeeme and lowſe the wadd, *alioqui adjudicatur creditori.* lib. 3. cap. 3. 6.

Si res mobilis datur in Vadium ſine termino, repeti poteſt quocunq; tempore. lib. 3. cap. 4. 2.

Quum res immobilis, veluti fundus, ponitur in Vadium, aut convenit inter creditorem & debitorem, quòd fructus rei ſe interim acquietabunt, id eſt, in ſortem computabuntur: [that is, the frutes and profites ſhall be reakoned as ane part of the ſtock and principall ſumme.] *Quæ pactio eſt licita.* lib. 3. cap. 5. 1. 2.

Aut convenit, ut fructus ſe non acquietent, ita ut eorum ſolutio non impediat ſolutionem ſortis: Et hujuſmodi Vadium dicitur mortuum Vadium & pactio eſt uſuraria. lib. 3. c. 5. 3.

Dicitur enim mortuum Vadium illud, cujus fructus, vel redditus percepti tempore vadij, non acquietant ſe, & in ſortem non computantur. lib. 3. c. 2. 5.

Vadium non debet detineri per creditorem, poſtquam debitum fuerit ei ſolutũ. lib. 3. c. 6. 1.

Si quis dicit ſe tenere terram nomine feudi, quam re vera poſſidet nomine vadij: Atq; hoc modo Vadium negat, terram amittit; & debitum ratione illius

Digitized by Google

Vadij, non recuperabit. lib. 3. c. 35. 5.
Terra invadiata in Burgo ſine termino, vel ad terminum poteſt redimi. leg. burg. c. 84.
Vaſallus *obedire debet antiquiori Domino, cui primùm fecit fidem & ligeanciã* lib. 2. c. 44. 1.
Et ei contra reliquos inſervire. lib. 2. c. 61.
Vaſallus poteſt exharedari, ſi negaverit debitum ſervitium ſuo Domino. lib. 2. c. 63. 13.
Vaſallus non poteſt infeſtare Dominum ſuum: Regi debet inſervire contra Dominum, nihil faciet ad exheredationem Domini ſui, vel ad defectus corporis ejus, vel ejus dedecus: Alioqui exharedari poteſt in Curia Domini ſui, niſi ſe quartâ manu purgaverit lib. 2. c. 63. 1, 2.
Vaſallus tantum debet Domino ratione homagij, quantum debet Dominus vaſallo, ratione Domini, præter ſolam reverentiam. lib. 2. c. 67. 1.
Nam Vaſallus debet reverentiam ſuo Domino, tanquam inferior ſuperiori, ſed non contrà.
Vaſallus debet dare auxilia ſua Domino in ſolvendo relevio, in filiabus maritandis, & in creando filium primogenitum in militem. lib. 2. cap. 73. 5. ſtat. 2. Rob. 1. c. 18. 1.
Vaſallus poteſt diſtringi per Dominum, pro relevio ſuo ſervitijs & auxilijs. lib. 2. cap. 73.
Vaſallus debet coram ſuo Domino, non autem alio, litigare. lib. 3. c. 21. 8.
Vaſallus non tenetur reſpondere de ſuo tenemento in Curia Domini ſui, ſine præcepto Domini Regis. lib. 1. c. 25. 12. Quon. Att. c. 25. 1
Vaſallus poteſt declinare Dominum ſuum. ſtat. Rob. 3. c. 18. 1.
Vaſallus non poteſt alienare ſuas terras, ſine conſenſu Domini. ſtat. Willel. cap. 31.
Tenetur oſtendere Chartam ſuo Domino. vid. Charta. *facere ſectam in Curia Domini ſui.* vid. Sectatores. *Facere illi homagiũ.* vid. Homagium. *Dare illi relevium & auxilia.* vid. Relevium, vid. Recognitio. vid. Dominus. vid. Feudum.
Venditio, vide Emtio. vide Alienare.
Verberibus *placitum* [of ſtraikes] *pertinet ad Curiam Vice-comitis.* lib. 1. cap. 3. 7.
Vergelt, *id eſt*, Thieft-bute *furis, eſt* 30 *vacca & una juvenca.* lib. 4. c. 17.
Vice-comes *debet tenere ſua placita & Curias, ad caput quadraginta dierum & illis intereſſe debent Barones, milites, libere-tenentes, & Seneſcalli Epiſcoporum, Abbatum & Comitum.* ſtat. Wilh. c. 2. 2. 3.
Habet tria placita Capitalia per annum. Quon. Att. c. 9. 1.
Vice-comes pro ſuo feudo, debet habere 10 *libras de Eſchetis Curiæ ſuæ.* leg. Malc. 2. c. 7. 1. ſtat. Rob. 3. c. 25.
Et ejus Clericus pro quolibet amerciamento duos ſolidos, & ejus ſerviens, ſeu ſerjandus, unum Colpindach, *vel triginta denarios.* leg. Malc. 2. c. 7.
Clericus ejus debet per Regem deputari, ei ſoli obligari & ejus mandata ſequi. ſtat. Rob. 3. c. 23.
Amerciamentum in ejus Curia, non debet excedere ultra 16 *ſolidos.* leg Malc. 2. c. 8. 2. 3.

Index.

Ad curiam Vice-comitis pertinent placita, de Baronijs, de tertia parte malefactorum, de ſine facto & non obſervato, de homagijs, de relevijs & de debitis laïcorũ. lib. 3. c. 3. 1.

De placitis de recto, de liberis tenementis (in ſecunda vt nunc loquuntur inſtantia, & per viam reductionis) ſi curiæ Dominorum inferiorum, iniquè jus dixerint. lib. 1. c. 5. 1. lib. 3. c. 21. 2. c. 22. 1.

De diſtrictionibus ſuper debitis [for poynding or diſtres for debt] *ex præcepto Regis.* lib. 1. c. 5. 5.

Vice-comes cognoſcit de violatione finalis concordiæ ſive arbitrii. lib. 1. cap. 27. 3.

De Brevi de nativis, quum quis alium à libertate in ſervitutem trahere contendit, vel è contra. lib. 1. c. 3. 4. lib. 2. c. 11. 3.

De limitibus terrarum inter Vicinos. lib. 2. c. 74. 14.

De Brevi de morte Anteceſſoris. lib. 3. c. 28. 2.

De Brevi de waranto. Quon. Att. c. 55. 1.

Vice-comes debet diſſaiſito reſtituere ſaſinam in judicio, de nova diſſaiſina, cum catallis & fructibus. lib. 3. c. 36. 10.

Debet reſtituere namos injuſtè captos, ipſi à quo ſunt capti. Quon. Att. c. 11. 1. ſtat. 2. Rob. 1. c. 21. 1.

Vice-comes debet curare, vt debita Regis, ipſi ſolvantur, per exſecutores ante teſtamenti confectionem. ſtat. Wilh. c. 21. 1.

Vice-comes, aut ejus ſerviens debet intereſſe Curijs Eccleſiaſticorum & Baronum. ſtat. Alex. c. 14. 1.

Ad Vice-comitem pertinet querela inter Dominum & Vaſallum de ſectis Curiæ, ſtat. 2. Rob. 1. c. 4. 5.

In vno Vice-comitatu habitans, non poteſt capere namos in alio Vice-comitatu, ſine licentia Vice-comitis, ejus Vice-comitatus vbi capiuntur; & hac de re juſtitiam adminiſtrare debet. ſtat. David. 2. c. 6. 1.

Vice-comes eſt judex ordinarius in Brevi inquiſitionis. ſtat. Rob. 3. c. 1. 1.

Vice-comes debet inquirere de murdro, & corpus murdrati ſepelire. leg. Malc. 2. c. 15. 6. *Et de wrecto maris.* ſtat. Alex. c. 25.

Toteſt attachiare malefactores, quando de maleficio tantùm, & non etiam de pace Regis infricta accuſatur. leg. Malc. 2. c. 16.

Vice-comes cognoſcit de furto & homicidio cum certus eſt accuſator. lib. 1. cap. 1. 6.

Debet mittere ſervientes ſuos, qui videant jus & juſtitiam rectè adminiſtrari, de warantia rerum furtivarum vel raptarum. lib. 1. c. 16. 4.

Toteſt capere ſatiſfactionem pro ejus morte, qui per poſteriores pedes equi occiditur. lib. 2. c. 24. 3.

De furto cognoſcere poteſt, eodem modo quo juſtitiarius. Quon. Attach. cap. 42. 2.

Et de homicidio. Quon. Att. c. 59. *Et generaliter in cauſſis criminalibus debet tenere curias ſuas, eodem modo quo juſtitiarius.* ſtat. Rob. 3. c. 33. 2.

Cognoſcit de furto facto viris religioſis & alijs. ſtat. Alex. c. 5. 1.

Debet curare, vt pecunia furtiva Domino reſtituatur. ſtat. Wilh. c. 14. 2.

Debet punire eos qui retinent in Domo ſua advenam ſine plegio. Quon. Att. cap. 63. 2.

Cognoſcit

Digitized by Google

Cognoſcit de deforciamento, facto miniſtris Domini Regis. ſtat. Wilh. c. 4. 1.
Et de placitis Coronæ ex præcepto Juſtitiarij ſtat. Wilh. c. 2. 5.
Debet lawari foriſ-factum 6. *ſolidorum* 8. *denariorum, ab his qui occidunt lepores tempore nivis.* ſtat. Rob. 3. c. 10.
Debet importare extractus itineris Juſtitiarij. ſtat. Rob. 3. cap. 25. Iter Iuſtit. cap. 6.
Generaliter cognoſcit de omnibus criminibus, veluti de melletis, de verberibus, de plagis, & alijs quando accuſator adjicit pacis regiæ violationem. lib. 1. cap. 3. 8.
Res mobiles furis convicti ad Vice-comitem pertinent. lib. 2. c. 55. 16. wherof he ſould make compt in the Eſchequer. ſtat. Rob. 3. c. 26. c. 25.
Si duellum vadiatum fuerit in curia Vice-comitis, Vice-comes poteſt habere recordum de eodem in curia Regis. lib. 3. c. 23. 8.
Vice-comes debet intereſſe curijs Baronum, duelli aquæ vel ferri. ſtat. Wilh. cap. 16.
Vice-comes debet curare vt ſtatutum de ſalmonum piſcatione ſervetur. ſtat. 1. Rob. 1. c. 12. 5.
Et curare vt leges Burgorum in Burgis obſerventur. leg. burg. c. 133.
Debet comparere in Scaccario ſingulis annis, ſub pœna 10 *librarum & amiſſione officij.* ſtat. Rob. 3. c. 26.
Debet vendere terras debitoris, vt ſatiſfiat creditori. ſtat. Alex. c. 24.
Debet habere acta Parliamenti & inſtructiones à concilio Regis, & de eorum obſervatione examinari in Scaccario. ſtat. Rob. 3. c. 24.
Debet reddere computum in Scaccario, priuſquam feudum ſuum recipiat. ſtat. Rob. 3. c. 25.
Vice-comes nullam habet juriſdictionem extra ſuum Vice-comitatum. Quon. Att. c. 71. 1. 2.
Quilibet debet venire ad forũ illius Vice-comitatus vbi manet & reſidet. ſtat. 2. Rob. 1. c. 32.
Vice-comes poteſt ab officio removeri per juſtitiarium. ſtat. Rob. 3. c. 34. 2.
Et ab eo puniri. ſtat. Rob. 3. c. 45.
Vice-comes debet citare malefactores fugitivos, & eos punire. Et ſi non comparent, declarantur rebelles. ſtat. Rob. 2. c. 15. c. 16. ſtat. Rob. 3. c. 45.

Victualia *poſſunt emi & vendi ab omnibus ligijs Regis.* ſtat. Rob. 3. c. 8.
Sed per navem adducta ad burgum, non poſſunt emi per foriſ-habitantes. ſtat. Gild. cap. 46.
Pretium victualium & aliarum rerum infra burgum, debent conſtitui per Cæmerarium. Iter. Cam. c. 33.

Vidua *poteſt eſſe plegia & pro alio fide-jubere, & de bonis ſuis liberè diſponere.* Quon. Att. c. 22.
Viduis debet juſtitia adminiſtrari ſummariè, ſine plegiorum datione. ſtat. Rob. 3. cap. 5. 1.
Vidua poſt mortem mariti ſui, non recidit in poteſtatem Domini ſui, nec per ſuum putagium, ſive fornicationem (ſi quam fecerit tempore Viduitatis) amittit hæreditatem: ſed in ſecundis nuptiis debet habere conſenſum Domini. lib. 2. cap. 49. 3. *Non cogitur ſecundò nubere.* ſtat. Alex. c. 23.
Si quis detinuerit injuſtè dotem [the tearce or thrid] *alicujus Viduæ, debet ei ſol-*

ei ſolvere damna & valorem dotis, à tempore mortis mariti, & erit in miſericordia Regis. ſtat. Rob. 3. c. 20. 1. 2. ſtat. Alex. c. 22.

Vidua non poteſt ſecundò nubere, ſine conſenſu warranti dotis ſuæ. lib. 2. cap. 48. 11.

Vidua in burgo non cogitur vigilare. leg. burg. c. 86. 2.

Sed ſi communiter emit & vendit cum Burgenſibus, debet in omnibus communicare cum eis. leg. burg. c. 107. vide Mulier. vide Uxor.

Vigiliæ *in Burgo debent cautè & ſollicitè ſervari propter periculum ignis & alia incommoda.* leg. burg. c. 86. 1.

Villanus, Villenagium. vide Servus. vide Nativi.

Vini *tabernatores poſſunt variis de cauſſis accuſari, coram Camerario.* Iter. Cam. cap. 18.

Viſus *terræ controverſæ in Brevi de recto, tenenti conceditur poſt eſſoniorũ ſuorũ probationem.* lib. 1. cap. 9. 1. *Non datur in petitione dotis.* ſtat. 2. Rob. 1. cap. 38. *Neq; illi qui habet vnicum tenementum aut terram.* ſtat. 2. Rob. 1. cap. 39.

Et etiam in Brevi de morte Anteceſſoris. lib. 3. c. 28. 7.

Ultimus *hæres*, vide Hæres.

Uſurarius *qui in vita ſua pœnitentiam non egit & uſuras exercere non deſiit, ipſe & hæredes ejus poſt mortem Regis exhæredantur, & omnia ejus bona, tàm mobilia quàm immobilia confiſcantur.* lib. 2. c. 54. 4. 5.

De uſuris non licet paciſci. lib. 1. c. 31. 3.

Mortuum vadium dicitur uſura quum ſcilicet, fructus pignoris ſeu vadij, non computantur in ſortem. lib. 3. c. 5. 3. lib. 3. c. 2. 5.

Si quis aliquid mutuò dat, & plùs recipit quàm dedit, uſuram committit. lib. 3. cap. 1. 5.

Uſuræ ſive annui redditus, non ſolvuntur per minorem, donec venerit ad perfectam ætatem, ſed principalis ſumma ſolvi debet cum uſuris debitis, tempore ipſius Anteceſſoris. ſtat. Rob 3. c. 21. 1. 2.

Utlagari *poteſt principalis debitor, qui non ſervat ſuum plegium indemnem.* lib. 1. c. 18. 3.

Utlagari poteſt homicida, qui in jus vocatus non comparet. Quon. Att. c. 59. 3.

Præcipuè ſi non comparet in quarta curia. Quon. Att. c. 103.

Utlagatus Domini Regis poteſt capi in Nundinis, poſt earum pacem proclamatam. leg. burg. c. 92. 2.

Utlagatus ex gratia & beneficio Principis reſtitutus, non conſequitur bona ſua alicui tertio conceſſa per Principem. lib. 2. c. 56. 1.

Si Rex dederit homicidæ utlagato pacem, hoc non præjudicet parentibus interfecti. lib. 4. c. 17. 4.

Uxor *ſine auctoritate viri ſui paciſci, aut contrahere non poteſt.* lib. 1. c. 30. 6.

Debet rationabiliter dotari à viro: Plus tertiâ parte tenementi ad virum pertinentis, petere non poteſt nomine dotis & debet eſſe contenta dote, ſemel ſibi aſſignata. lib 2. c. 16. 2. 11.

Poſt mortem viri ſui cum conſenſu hæredis, poteſt ingredi poſſeſſionem dotis nominatæ, & vacantis, ſive tota vacat, ſive pars. Et de reliquo dotis nominatæ & non vacantis, habet actionem, quæ dicitur dotis petitio, adverſus poſſeſſorem dotis, vel contra warantum dotis, hoc eſt, hæredem mariti defuncti.

Digitized by Google

lib. 2. c. 16. 18. 20.
Mulier poteſt petere dotem ab hærede mariti, ſi maritus dum viveret eam alienavit ſine conſenſu uxoris. lib. 2. c. 16. 16. 49. 51.
Uxori competit petitio dotis vacantis, & non nominatæ à marito. lib. 3. c. 4. 16.
Debet morari in domo mariti defuncti per 40 dies, donec dos ſua ſibi reſtituatur ſtat. Alex. c. 22.
Uxor habens advocationem Eccleſiæ tanquam pertinentiam dotis poteſt perſonam preſentare eidem Eccleſiæ. lib. 2. c. 16. 61. 67.
Mulier poteſt perdere dotem multis modis. 1. Si conſenſit viro dotem alienanti. 2. Propter turpitudinem criminis. 3. Propter parentelam & ſanguinis conjunctionem inter ipſam & maritum. lib. 2. c. 16. 73. *4. Propter impotentiam coeundi. 5. Si terra pertinebat ad maritum ratione curialitatis, reſpectu prioris uxoris. 6. Si maritus fuit damnatus læſæ Majeſtatis. 7. Propter adulterium per mulierem commiſſum.* lib. 2. c. 17.
Mulier amittit dotem ſi nupſerit ſine conſenſu waranti ſuæ dotis. lib. 2. c. 48. 9.
Si cum bonis mariti aufugerit. Quon. Att. c. 85. *Et cum adultero moratur.* ſtat. 2. Rob. 1. c. 13. *Sed mulier dotem non amittit, ſed eam recuperat ſi maritus accuſatus fuerit & ante datum judicium moriatur.* Quon. Att. c. 98.
Uxor ſine conſenſu viri teſtamentum facere non poteſt. lib. 2. c. 36. 8.
Poteſt conſtituere maritum ſuum procuratorem. lib. 3. c. 15. 9.
Et mariti ſi ſit procurator ejus, factum præſtare tenetur, & ex eo obligatur etiam mortuo marito. lib. 3. c. 17. 1. 3.
Uxor admittitur ad accuſandum pro morte mariti. lib. 4. c. 5. 8.
Non cogitur accuſare virum de furto aut alio crimine. ſtat. Wilh. c. 19. 1.
Non tenetur pro furto viri ſui, niſi res furtiva inveniatur ſub ejus clavibus, & cuſtodia. Quon. Att. c. 12. 7. ſtat. Wilh. c. 19. 3.
Poteſt revocare alienationem hæreditas ſuæ, factam per maritum ſine ejus conſenſu. Quon. Attach. c. 20. 2.
Uxor nihil poteſt vendere, vel dare de bonis mariti, ultra valorem quatuor denariorum. Quon. Attach. c. 21. 1.
Uxor nō poteſt eſſe plegia, neq; litigare in judicio pro viro ſuo. Quon. Att. c. 22
Uxor majoris ætatis excuſator propter minorem ætatem mariti, ne cogatur litigare ſuper hæreditate ſua. Quon. Att. c. 38. 3.
Uxorem alienum, cum bonis mariti receptans, tenetur furti. Quon. Att. c. 85. ſtat. 2. Rob. 1. c. 13.
Uxor debet obedire marito in omnibus quæ non ſunt contra Deū. lib. 2. c. 16. 15
Sed non tenetur illi obedire in criminibus atrocibus. ſtat. Wilh. c. 19. 8.
Uxor poteſt moderatè corrigi & caſtigari per maritum. ſtat. David. cap. 16. 2. leg. burg. c. 131.
Uxor dicens ſe eſſe gravidam poſt mortem mariti, debet diligenter cuſtodiri, ante partum & in partu. ſtat. 2. Rob. 1. c. 27.
Uxor burgenſis mortuo marito, habebit principalem Dominum. leg. burg. cap. 25. 2.
Uxor burgenſis qui plures habuit uxores, non morabitur in domo primi hæredis, niſi per quadraginta dies poſt mortem mariti. leg. burg. cap. 26. vide Mulier.

Sed principale Meſſuagium debet reſervari filio primogenito, ratione primogenitura. lib. 2. c. 27. 4. vid. Filius.

De cuſtôdia heredis Socco-manni. vid. Cuſtôdia.

Soccagium liberum, opponitur ſervitio militari. lib. 2. c. 27. 1.

Solutio *debiti.* vid. Debitum.

Soror *ſuccedit in hæreditatem ſui fratris, ſi frater nullum habet hæredem de corpore ſuo; neq; fratrem aut fratres, vel liberos ex his deſcendentes: Et ſi ſit vnica ſoror, illa ſola ſuccedit: Si verò ſunt plures, omnes ſuccedunt æqualiter.* lib. 2. cap. 34. 2.

Soror germana excludit conſanguineum, in ſucceſſione fratris germani. Quon. Att. c. 89.

Si plures ſorores ſuccedunt patri, & pater earũ ante mortẽ ſuam vni dedit portionẽ hereditatis, de Domino capitali tenendam: Illa pars non veniet in diviſionẽ hereditatis; ſed eam, vnà cum ſua parte hereditatis, ſoror occupabit.

Aliud eſt dicendum, ſi portio data fuerit in libero maritagio. ſtat. Rob. 3. cap. 35.

Spoliatus *ante omnia eſt reſtituẽdus.* ſtat. Rob. 3. c. 15. 2. vid. Nova diſſaiſina.

Sponſus *poteſt ſi velit reſpondere pro ſua ſponſa.* vid. Maritus. vid. Uxor.

Stallangiator *in die fori, debet ſatiſfacere Præpoſito Burgi, pro ſuo ſtallo.* leg. burg. c. 40. 1.

Poteſt namari per Burgenſem. leg. burg. c. 58. vid. Lot.

Summonitio *eſt certi diei & loci exhibitio, ſive declaratio partibus facta ad diẽ legalem.* Quon. Att. c. 2. 1.

Summonitor [*exſecutor ſummonitionis*] *debet eſſe legalis, coram teſtibus ſummonitionem facere & eam probare per ipſos teſtes, ſummonitionis recordo* [*indorſationi*] *inſertos, idq; inſtanter priuſquàm curiam egrediatur.* lib. 1. c. 6. 4.

Debet ſuum & officij ſui nomen in recordo ſuæ ſummonitionis exprimere.

Et ſi in officio ſuo deliquerit, erit in miſericordia Regis, ſummonitio erit invalida & ipſe ſatiſfaciat parti damnum paſſæ. lib. 1. c. 6. 17.

Debet probare attachiamenta & citationes. Quon. Att. c. 33. lib. 1. c. 6. 4.

Surdus *non poteſt eſſe arbiter.* lib. 2. c. 4. 3.

Sutor *non poteſt emere coria ad tannandum, niſi cornua & aures ſint æqualis longitudinis.* leg. burg. c. 98.

Neq; poteſt eſſe confrater Gildæ. leg. burg. c. 99. vid. Coria.

Poteſt accuſari coram Camerario. Iter. Cam. c. 22.

T

TENENS [*Reus, ſive pars defendens*] *legitimè ſummonitus ad tres curias, poteſt facere tres defaltas in placitis de* wrang *&* vnlauch: *ſed diſtrictio pro qualibet defalta capi debet, & pro tribus diſtrictionibus tria amerciamenta poſſunt capi.* Quon. Att. c. 4. 2. 3. 6.

Tenenti legitimè citato, legitima conceduntur Eſſonia. vid. Eſſonium.

Tenens ſi in tribus primis Curijs non venerit neq; miſerit, pro ſingulis amerciari poteſt, niſi poſtea compareat, & defaltas ſuas ſalvaverit. Mod. ten. Cur. c. 7. vid. Defalta.

Digitized by Google

ad quartam curiam, aut venit, aut non venit: Si non venit, & queſtio ſit de terra per Breve de recto de terra Tenentis de qua eſt controverſia, capietur in manu Domini Regis: Et ſi tenens adhuc venerit infra 15 dies, poteſt ſaiſinam terræ ſuæ recuperare.

Quòd ſi infra illos quindecim dies non venerit, terram amittit. lib.1. cap.7. 5. cap. 8. 6.

In alijs verò placitis, ſi tenens non cõpareat quarto die, habetur pro non defenſo. [and ſo tynes his action for null defence] Quon. Att. c. 58.

Et præterea ſolvit damna taxata ipſi petenti: Et quia pro tribus ſuis defaltis, tres factæ ſunt diſtrictiones, pro tribus diſtrictionibus, tria ſolvit amerciamenta. Quon. Att. c 4. 6.

In queſtione verò ſui ſtatus, quum tenens trahitur per aliquem à libertate in ſervitutem, ſi die ſtatuto in citatione non compareat, libertatem amittit, & in ſervitutem redigitur: Sed legitima Eſſonia illi concedi debent. lib. 2. c. 11. 6. 7.

Si tenens legitimè citatus, ad quartũ diem venerit, tunc aut petens facit defaltã in quo caſu Tenens eſt quietus ab illa citatione. Quon. Att. c. 6.

Aut nullam facit defaltam, ſed ambo & petens, & tenens comparent in judicio, & tunc Tenens aut nullis utitur defenſionibus, ſeu exceptionibus in quo caſu eligitur aſſiſa ad determinationem controverſiæ. lib. 1. c. 12. 1.

Sed ſi quarto die cõpareat & defaltus ſuus excuſaverit non amerciatur. Quon. Att. cap. 5. 1.

Aut tenens quarto die comparens, utitur exceptionibus, & Actoris cauſſam extenuare, eamq; exceptionibus tollere & caſſare nititur. lib. 2. c. 2. 4.

Et ſi legitimo utitur eſſonio, hoc admittitur: Quod ſi omnes ſummonitiones contra ſe factas negat, jurabit duodecimâ manu, pro qualibet ſummonitione: Quòd ſi ſufficienter juraverit, & omnes ſummonitiones excuſaverit, tunc de principali placito reſpondebit. lib. 1. c. 7. 13.

Et tamet ſi in tribus curijs, ſe tribus vicibus eſſoniari fecerit. lib. 1. cap. 7. 14 Quon. Att. c. 4. 2.

Tamen quarto die, poteſt probare omnia ſua eſſonia, ſuo & unius juramento. Sed non tenetur reſpondere petenti, aut ſuas exceptiones proponere, donec ſummonitor, ſuam ſummonitionem probaverit. lib. 1, c. 6. 4.

Neq; cogitur reſpondere, ſed poteſt in Brevi de recto petere viſum terræ petitæ poſt Eſſoniorum ſuorum probationem. lib. 1. c. 9. 1.

Non cogitur reſpondere, & ſe adverſus narrationem petentis defendere, donec petens totum clameum ſuum narraverit. lib. 1. c. 11. 1.

Nã primò, breve Regis debet legi, deinde petẽs ſuã petitionẽ proponere; Poſtremò tenens petitioni reſpondere: Quod ut melius faciat poteſt bona cum venia, exire curiam & amicos conſulere, de modo quo petenti reſpondere debeat: Atq; ita exceptiones ſuas primũ contra Breve Regis, deinde contra clameum petentis proponere. lib. 1. c. 11. Quon. Att. c. 84.

Sed Tenens ſeu defendens non tenetur reſpondere uni petenti, uno die, niſi de una calumnia. Quon. Att. c 65. 1. leg. burg. c. 83.

Tenens poteſt allegare & vocare ſuum warantum, de ea re propter quam in judicium vocatur. lib. 5. c. 15. 2. vid. Warantus.

Tenens ſive Reus victus in judicio poſſeſſorio, per Breve de morte Anteceſſoris poteſt in judicio petitorio placitare per Breve de recto. lib. 3. c. 28. 15.

Si deniq; neq; Actor, neq; Reus compareat in iudicio, ambo possunt citari per judicem & amerciari. lib.1.c.8.35.

Tenementum *communiter accipitur pro hæreditate vel feudo: Sed liberum tenementum, idem est quod vsusfructus,* life-rent or franktenement. leg.burg.c. 135.9. *Sed sæpissimè confunduntur, & hæc differentia non observatur.*

Terra *data cum homagio alicui, descendit ad donatarij hæredem proximum vel remotiorem, nunquam autem revertitur ad donatorem.* lib.2.c.22.12.

Alienatio terrarum Ecclesiasticarum & terrarum in lecto ægritudinis. vid. Alienare. vid. Rex.

Terra fatui naturalis per eum alienari non potest. lib.2.c.46.3.

Terra felonum sunt Escheta temporales: Proditorum autem terræ sunt perpetuæ. Quon.Att.c.48.16. vid. Felonum bona. vid. Rex.

Terræ debitoris possunt appretiari & vendi pro ipsius debito. statuta Alexan. cap.24.

Terra debet servitium præstare Domino capitali, secundum sui quantitatẽ. vid. Servitium.

Et auxilia Domino per vasallum. lib.2.c.73.1.

In terris eleemosynatis nihil potest capi ad vsum Regis, si potest alibi inveniri stat. Alex. c.20.1.2.

Neq; de his terris custuma debet solvi. de Custum.c.2

Terra per defaltam partis amissa, potest recuperari. stat.2.Rob.1.cap.16.1.2. vid. Defalta.

Terræ possunt per Dominum capitalem recognosci. vid. Recognitio.

Omnes debent terras proprias colere & alienas, neq; invadere, neq; vastare. stat. David.2,c.10.1.

De Tertia *parte mulierum placitum, pertinet ad curiam Vice-comitis.* lib.1.cap 3.1. lib.2.c.16.37.

Tertia pars liberi tenementi ad virum pertinentis, tempore quo vxorem desponsat ad ostium Ecclesiæ potest dari vxori.

Tlus autem dari non potest, licet minùs possit. lib.2.c.16.7.77.

Tertia quantacunq;, vel qualiscunq; mulieri semel data & assignata, non potest poste àaugeri vel ampliari. lib.2.c.16 11.

Testamentum *potest fieri, per quemlibet liberum hominem, qui legata relinquere potest, vt ipse voluerit.*

Nam Vniuscujusq; voluntas in testamento cùm sit vltima, debet esse libera. lib.2.c.36.1.5.

Mulier sui juris potest testamentum facere. lib.2.c.36.6.

Sed vxor viro nupta, non potest sine consensu viri sui. lib.2.c.36.7.

Testator in suo testamento, potest si velit relinquere Domino suo, emliorem rem quam habet. vid. Herrezelda.

Frater Gildæ debet in Testamento aliquid legale Gildæ. stat. Gild.c.3.

Et si extraneus aliquid legaverit, recipiatur in Gildam. stat. Gild.c.4.

Testamentum fit de rebus mobilibus, quarum vna pars debetur liberis; altera vxori:

Tertia Testatori, quæ ipsius voluntati disponendæ liberè relinquitur. lib.2. cap. 37. 2

Quòd si nulli sint liberi, bona dividuntur inter duas partes, inter Testatorem & ejus

Digitized by

*ejus uxorem.*lib.2.c.37.2.4.leg.burg.c.124.
*Verùm nulla ſit bonorum diviſio, niſi dedu.ctis debitis, quæ per teſtatorem debentur.*lib. 2. c.39.1.
*Præſertim debitis, ſi quæ per defunctum Regi debentur.*ſtat.Wilh.c,21.3.
*Teſtes in teſtamento ad minus debent eſſe numero duo.*lib.2.c.38.1.
Peregrini & advenæ poſſunt liberè teſtamentum facere. ſtatuta. VVilh. cap. 30.
*Et exſecutores, aut ſunt teſtamentarij, aut dativi.*lib.2.c.38.2.
Cauſſa teſtamentaria, quæ tangit validitatem vel formam teſtamenti, aut res in eo legatas, pertinet ad forum Eccleſiaſticum. lib. 1.c.2.1.lib.2.c.38.6.
*Teſtamentum debet ſervari ab hærede teſtatoris.*lib.2.c,35.
Teſtes *in teſtamento debent eſſe duo.* lib. 2. c.38.1.
Perjurus & infamis, non poteſt eſſe teſtis. lib. 4. cap. 29. 3. ſtat. Wilhel. cap. 11.7.
Multi quoq; alij prohibentur eſſe teſtes. ſtat.2.Rob.1.c.35.
Serjandus curiæ non poteſt eſſe teſtis. ſtat. 1. Rob.1.28.1.
Serjandus vel præco convictus de falſo, repelletur à teſtimonio. leg. burg. cap. 75.
Pupillus non cogitur dicere teſtimonium. leg.burg.c.85.
*Teſtes jurare debent & quomodo.*leg.burg.c.32.1.2.
Teſtes debent deponere de viſu & auditu. Quon. Att. c. 33.
*Per teſtes licet probare aliquem eſſe plegium.*lib,3.c.1.22.
Et ſummonitionem legitimè factam eſſe. Quon.Att.c.3.
Duo teſtes requiruntur in catallorum hainhaldatione. Quon.Att.c.10.6.
*In curia juſtitiarij, vel Vice-comitis, duo teſtes ſufficiunt ad probandum 40 ſolidos.*Quon. Att.c.81.1.
*Nemo poteſt augere vel ampliare numerum teſtium ſemel deſignatum.*Quon. Att.c.81.3.
Probatio per teſtes, non conceditur Præpoſito, vel Præconi in Burgo contra aliquem. leg.burg.c.82.
Contra probationem per teſtes, admittitur probatio per ſcripta. vid.Purgatio. vid.Probatio.
Textores [Webſters] *poſſunt accuſari varijs de cauſſis coram Camerario.*Iter. Cam. c.25.
Theſauri *fraudulosa occultatio & de ea placitum ſive querela, pertinet ad curiam juſtitiarij* lib.1.c.1.5.
Theſauri ſub terra reconditi quorum Domini ignorantur, pertinent ad Regē. Quon.Att.c.48.5.
Tinctor [ane Littſtar] *non poteſt eſſe confrater Gildæ.* leg. burg. c.99.
Torralium [*ſic dictum à Torrendo*, ane Kill] *ſi fuerit gratis commodatum alicui & comburatur, commodatarius tenetur de damno: Sed ſi fuerit locatum pro certa mercede & comburatur, conductor non tenetur de damno.* leg.burg. cap.54.3.4.
Tranſlatio *cauſſæ* [*quam nos advocationem*, Galli *Evocationem vocant*] *ſeu loquèlæ poteſt fieri propter iniquitatem judicis in inferiori Curia, vel ejus dubitationem ſeu imperitiam.* lib.2.c.16,24.
Ut cum curia inferior probatur de recto defeciſſe. lib.3.c.20.c.21.

Loquela tranſlata à curia inferiore ad ſuperiorem, non debet remitti ad curiam inferiorem, ſi probatum ſit eam de recto defeciſſe. lib. 3. c. 21. 4.
Cauſſe poſſunt ad ſuperiorem curiam tranſferri, ſi ſectatores juraverint ſe neſcire eas determinare. Quon. Attach. cap. 14. 3. vid. Probatio. vid. Sectatores.

Trona *ordinatur ad lanas ponderandas.* ſtat. David. 2. c. 39.

Tronatores *poſſunt variis de cauſſis accuſari in itinere Camerarij.* Iter. Cam. cap. 15.

Tutor *ſive cuſtos hæredis ſoccə-manni, non poteſt alienare hæreditatem pupilli, nec eam vaſtare, ſed ſalvam cuſtodire ad uſum pupilli, & cùm is ad ætatem pervenerit, computum ei reddere debet; ſalvis ſibi ſuis neceſſarijs expenſis.* ſtat. 2. Rob. 1. c. 8. 2. 3.
Tutor debet reſpondere in judicio pro Pupillo. leg. burg. c. 85.
In actione warantiæ cùm minor vocatur, Tutor quoque vocari debet. Quon. Att. cap. 90. 6.

V

VADIVM *ſive pignus, conſiſtit in re mobili vel immobili.* lib. 3. cap. 2. 1.
Creditor non debet abuti Vadio mobili, ſed illud cuſtodire. lib. 2. cap. 3. 1.
Et ſine deterioratione reſtituere debiteri. lib. 3. c 4. 3.
Vadium aut datur ad certum terminum, aut ſine termino: Quum ad terminum reſponitur ad vadium, poteſt conveniri inter creditorem & debitorem, ut ſi ante terminum debitor non acquietet Vadium: illud ad creditorem pertineat. lib. 3. c. 3. 4. Whilk is called drowned wadd.
Si autem Vadium ſit poſitum ad certum terminum ſine conventione ulla, tunc debitor auctoritate judicis, cogi poteſt, ut Vadium ſeu pignus luat & acquietet, to redeeme and lowſe the wadd, *alioqui adjudicatur creditori.* lib. 3. cap. 3. 6.
Si res mobilis datur in Vadium ſine termino, repeti poteſt quocunq; tempore. lib. 3. cap. 4. 2.
Quum res immobilis, veluti fundus, ponitur in Vadium, aut convenit inter creditorem & debitorem, quòd fructus rei ſe interim acquietabunt, id eſt, in ſortem computabuntur: [that is, the frutes and profites ſhall be reakoned as ane part of the ſtock and principall ſumme.] *Quæ pactio eſt licita.* lib. 3. cap. 5. 1. 2.
Aut convenit, ut fructus ſe non acquietent, ita ut eorum ſolutio non impediat ſolutionem ſortis: Et hujuſmodi Vadium dicitur mortuum Vadium & pactio eſt uſuraria. lib. 3. c. 5. 3.
Dicitur enim mortuum Vadium illud, cujus fructus, vel redditus percepti tempore vadij, non acquietant ſe, & in ſortem non computantur. lib. 3. c. 2. 5.
Vadium non debet detineri per creditorem, poſtquam debitum fuerit ei ſolutũ. lib. 3. c. 6. 1.
Si quis dicit ſe tenere terram nomine feudi, quam re vera poſſidet nomine vadij: Atq; hoc modo Vadium negat, terram amittit; & debitum ratione illius

Digitized by Google

Vadij, non recuperabit. lib. 3. c. 35. 5.
Terra invadiata in Burgo ſine termino, vel ad terminum poteſt redimi. leg. burg. c. 84.
Vaſallus *obedire debet antiquiori Domino, cui primùm fecit fidem & ligeanciã* lib. 2. c. 44. 1.
Et ei contra reliquos inſervire. lib. 2. c. 61.
Vaſallus poteſt exhæredari, ſi negaverit debitum ſervitium ſuo Domino. lib. 2. c. 63. 13.
Vaſallus non poteſt infeſtare Dominum ſuum: Regi debet inſervire contra Dominum, nihil faciet ad exhæredationem Domini ſui, vel ad defectus corporis ejus, vel ejus dedecus: Alioqui exhæredari poteſt in Curia Domini ſui, niſi ſe quartâ manu purgaverit. lib. 2. c. 63. 1, 2.
Vaſallus tantum debet Domino ratione homagij, quantum debet Dominus vaſallo, ratione Domini, præter ſolam reverentiam. lib. 2. c. 67. 1.
Nam Vaſallus debet reverentiam ſuo Domino, tanquam inferior ſuperiori, ſed non contrà.
Vaſallus debet dare auxilia ſuo Domino in ſolvendo relevio, in filiabus maritandis, & in creando filium primogenitum in militem. lib. 2. cap. 73. 5. ſtat. 2. Rob. 1. c. 18. 1.
Vaſallus poteſt diſtringi per Dominum, pro relevio ſuo ſervitijs & auxilijs. lib. 2. cap. 73.
Vaſallus debet coram ſuo Domino, non autem alio, litigare. lib. 3. c. 21. 8.
Vaſallus non tenetur reſpondere de ſuo tenemento in Curia Domini ſui, ſine præcepto Domini Regis. lib. 1. c. 25. 12. Quon. Att. c. 25. 1
Vaſallus poteſt declinare Dominum ſuum. ſtat. Rob. 3. c. 18. 1.
Vaſallus non poteſt alienare ſuas terras, ſine conſenſu Domini. ſtat. Wilhel. cap. 31.
Tenetur oſtendere Chartam ſuo Domino. vid. Charta. *facere ſectam in Curia Domini ſui.* vid. Sectatores. *Facere illi homagiũ.* vid. Homagium. *Dare illi relevium & auxilia.* vid. Relevium, vid. Recognitio. vid. Dominus. vid. Feudum.
Venditio, vide Emtio. vide Alienare.
Verberibus *placitum* [of ſtraikes] *pertinet ad Curiam Vice-comitis.* lib. 1. cap. 3. 7.
Vergelt, *id eſt*, Thieft-bute *furis, eſt* 30 *vacæ & una juvenca.* lib. 4. c. 17.
Vice-comes *debet tenere ſua placita & Curias, ad caput quadraginta dierum & illis intereſſe debent Barones, milites, libere-tenentes, & Seneſcalli Epiſcoporum, Abbatum & Comitum.* ſtat. Wilh. c. 2. 2. 3.
Habet tria placita Capitalia per annum. Quon. Att. c. 9. 1.
Vice-comes pro ſuo feudo, debet habere 10 *libras de Eſchetis Curiæ ſuæ.* leg. Malc. 2. c. 7. 1. ſtat. Rob. 3. c. 25.
Et ejus Clericus pro quolibet amerciamento duos ſolidos, & ejus ſerviens, ſeu ſerjandus, unum Colpindach, *vel triginta denarios.* leg. Malc. 2. c. 7.
Clericus ejus debet per Regem deputari, ei ſoli obligari & ejus mandata ſequi. ſtat. Rob. 3. c. 23.
Amerciamentum in ejus Curia, non debet excedere ultra 16 *ſolidos.* leg Malc. 2. c. 8. 2. 3.

Index.

Ad curiam Vice-comitis pertinent placita, de Baronijs, de tertia parte malefactorum, de fine facto & non obſervato, de homagijs, de relevijs & de debitis laicorū. lib. 3. c. 3. 1.

De placitis de recto, de liberis tenementis (in ſecunda vt nunc loquuntur inſtantia, & per viam reductionis) ſi curiæ Dominorum inferiorum, iniquè jus dixerint. lib. 1. c. 5. 1. lib. 3. c. 21. 2. c. 22. 1.

De diſtrictionibus ſuper debitis [for poynding or diſtres for debt] *ex præcepto Regis.* lib. 1. c. 5. 5.

Vice-comes cognoſcit de violatione finalis concordiæ ſive arbitrii, lib. 1. cap. 27. 3.

De Brevi de nativis, quum quis alium à libertate in ſervitutem trahere contendit, vel è contra. lib. 1. c. 3. 4. lib. 2. c. 11. 3.

De limitibus terrarum inter Vicinos. lib. 2. c. 74. 14.

De Brevi de morte Anteceſſoris. lib. 3. c. 28. 2.

De Brevi de waranto. Quon. Att. c. 55. 1.

Vice-comes debet diſſaiſito reſtituere ſaſinam in judicio, de nova diſſaiſina, cum catallis & fructibus. lib. 3. c. 36. 10.

Debet reſtituere namos injuſtè captos, ipſi à quo ſunt capti. Quon. Att. c. 11. 1. ſtat. 2. Rob. 1. c. 21. 1.

Vice-comes debet curare, vt debita Regis, ipſi ſolvantur, per exſecutores ante teſtamenti confectionem. ſtat. Wilh. c. 21. 1.

Vice-comes, aut ejus ſerviens debet intereſſe Curijs Eccleſiaſticorum & Baronum. ſtat. Alex. c. 14. 1.

Ad Vice-comitem pertinet querela inter Dominum & Vaſallum de ſectis Curiæ, ſtat. 2. Rob. 1. c. 4. 5.

In vno Vice-comitatu habitans, non poteſt capere namos in alio Vice-comitatu, ſine licentia Vice-comitis, ejus Vice-comitatus vbi capiuntur; & hac de re juſtitiam adminiſtrare debet. ſtat. David. 2. c. 6. 1.

Vice-comes eſt judex ordinarius in Brevi inquiſitionis. ſtat. Rob. 3. c. 1. 1.

Vice-comes debet inquirere de murdro, & corpus murdrati ſepelire. leg. Malc. 2. c. 15. 6. *Et de wrecto maris.* ſtat. Alex. c. 25.

Poteſt attachiare malefactores, quando de maleficio tantùm, & non etiam de pace Regis infricta accuſatur. leg. Malc. 2. c. 16.

Vice-comes cognoſcit de furto & homicidio cum certus eſt accuſator lib. 1. cap. 1. 6.

Debet mittere ſervientes ſuos, qui videant jus & juſtitiam rectè adminiſtrari, de warantia rerum furtivarum vel raptarum. lib. 1. c. 16. 4.

Poteſt capere ſatiſfactionem pro ejus morte, qui per poſteriores pedes equi occiditur. lib. 2. c. 24. 3.

De furto cognoſcere poteſt, eodem modo quo juſtitiarius. Quon. Attach. cap. 42. 2.

Et de homicidio. Quon. Att. c. 59. *Et generaliter in cauſſis criminalibus debet tenere curias ſuas, eodem modo quo juſtitiarius.* ſtat. Rob. 3. c. 33. 2.

Cognoſcit de furto facto viris religioſis & alijs. ſtat. Alex. c. 5. 1.

Debet curare, vt pecunia furtiva Domino reſtituatur. ſtat. Wilh. c. 14. 2.

Debet punire eos qui retinent in Domo ſua advenam ſine plegio. Quon. Att. cap. 63. 2.

Cognoſcit

Digitized by Google

Cognoſcit de deforciamento, facto miniſtris Domini Regis. ſtat. Wilh. c. 4. 1.
Et de placitis Coronæ ex præcepto juſtitiarij ſtat. Wilh. c. 2. 5.
Debet lawari foriſ-factum 6. ſolidorum 8. denariorum, ab his qui occidunt lepores tempore nivis. ſtat. Rob. 3. c. 10.
Debet importare extractus itineris Juſtitiarij. ſtat. Rob. 3. cap. 25. Iter Juſtit. cap. 6.
Generaliter cognoſcit de omnibus Criminibus, veluti de melletis, de verberibus, de plagis, & alijs quando accuſator adjicit pacis regiæ violationem. lib. 1. cap. 3. 8.
Res mobiles ſuis convicti ad Vice-comitem pertinent. lib. 2. c. 55. 16. wherof he ſould make compt in the Eſchequer. ſtat. Rob. 3. c. 26. c. 25.
Si duellum vadiatum fuerit in curia Vice-comitis, Vice-comes poteſt habere recordum de eodem in curia Regis. lib. 3. c. 23. 8.
Vice-comes debet intereſſe curijs Baronum, duelli, aquæ vel ferri. ſtat. Wilh. cap. 16.
Vice-comes debet curare vt ſtatutum de ſalmonum piſcatione ſervetur. ſtat. 1. Rob. 1. c. 12. 5.
Et curare vt leges Burgorum in Burgis obſerventur. leg. burg. c. 133.
Debet comparere in Scaccario ſingulis annis, ſub pœna 10 librarum & amiſſione officij. ſtat. Rob. 3. c. 26.
Debet vendere terras debitoris, vt ſatiſfiat creditori. ſtat. Alex. c. 24.
Debet habere acta Parliamenti & inſtructiones à concilio Regis, & de eorum obſervatione examinari in Scaccario. ſtat. Rob. 3. c. 24.
Debet reddere computum in Scaccario, priuſquam feudum ſuum recipiat. ſtat. Rob. 3. c. 25.
Vice-comes nullum habet juriſdictionem extra ſuum Vice-comitatum. Quon. Att. c. 71. 1. 2.
Quilibet debet venire ad forũ illius Vice-comitatui vbi manet & reſidet. ſtat. 2. Rob. 1. c. 32.
Vice-comes poteſt ab offcio removeri per juſtitiarium. ſtat. Rob. 3. c. 34. 2.
Et ab eo puniri. ſtat. Rob. 3. c. 45.
Vice-comes debet citare malefactores fugitivos, & eos punire: Et ſi non comparent, declarantur rebelles. ſtat. Rob. 2. c. 15. c. 16. ſtat. Rob. 3. c. 45.

Victualia *poſſunt emi & vendi ab omnibus ligijs Regis.* ſtat. Rob. 3. c. 8.
Sed per navem adducta ad burgum, non poſſunt emi per foriſ-habetantes. ſtat. Gild. cap. 46.
Pretium victualium & aliarum rerum infra burgum, debent conſtitui per Cimerarium. Iter. Cam. c. 33.

Vidua *poteſt eſſe plegia & pro alio fide-jubere, & de bonis ſuis liberè diſponere.* Quon. Att. c. 22.
Viduis debet juſtitia adminiſtrari ſummariè, ſine plegiorum datione. ſtat. Rob. 3. cap. 5. 1.
Vidua poſt mortem mariti ſui, non recidit in poteſtatem Domini ſui, nec per ſuum putagium, ſive fornicationem (ſi quam fecerit tempore Viduitatis) amittit hæreditatem: ſed in ſecundis nuptiis debet habere conſenſum Domini. lib. 2. cap. 49. 3. *Non cogitur ſecundò nubere.* ſtat. Alex. c. 23.
Si quis detinuerit injuſtè dotem [the tearce or thrid] *alicujus Viduæ, debet ei ſol-*

lib. 2. c. 16. 18. 20.
Mulier poteſt petere dotem ab hærede mariti, ſi maritus dum viveret eam alienavit ſine conſenſu uxoris. lib. 2. c. 16. 16. 49. 51.
Uxori competit petitio dotis vacantis, & non nominatæ à marito. lib. 3. c. 4. 16.
Debet morari in domo mariti defuncti per 40 dies, donec dos ſua ſibi reſtituatur ſtat. Alex. c. 22.
Uxor habens advocationem Eccleſiæ tanquam pertinentiam dotis poteſt perſonam præſentare eidem Eccleſiæ. lib. 2. c. 16. 61. 67.
Mulier poteſt perdere dotem multis modis. 1. Si conſenſit viro dotem alienanti. 2. Propter turpitudinem criminis. 3. Propter parentelam & ſanguinis conjunctionem inter ipſam & maritum. lib. 2. c. 16. 73. *4. Propter impotentiam coeundi. 5. Si terra pertinebat ad maritum ratione curialitatis, reſpectu prioris uxoris. 6. Si maritus fuit damnatus læſæ Majeſtatis, 7. Propter adulterium per mulierem commiſſum.* lib. 2. c. 17.
Mulier amittit dotem ſi nupſerit ſine conſenſu warenti ſuæ dotis. lib. 2. c. 48. 9.
Si cum bonis mariti aufugerit. Quon. Att. c. 85. *Et cum adultero moratur.* ſtat. 2. Rob. 1. c. 13. *Sed mulier dotem non amittit, ſed eum recuperat ſi maritus accuſatus fuerit. & ante datum judicium moriatur.* Quon. Att. c. 98.
Uxor ſine conſenſu viri teſtamentum facere non poteſt. lib. 2. c. 36. 8.
Poteſt conſtituere maritum ſuum procuratorem. lib. 3. c. 15. 9.
Et mariti ſi ſit procurator ejus, factum præſtare tenetur, & ex eo obligatur etiam mortuo marito. lib. 3. c. 17. 1. 3.
Uxor admittitur ad accuſandum pro morte mariti. lib. 4. c. 5. 8.
Non cogitur accuſare virum de furto aut alio crimine. ſtat. Wilh. c. 19. 1.
Non tenetur pro furto viri ſui, niſi res furtiva inveniatur ſub ejus clavibus, & cuſtodia. Quon. Att. c. 12. 7. ſtat. Wilh. c. 19. 3.
Poteſt revocare alienationem hæreditas ſuæ, factam per maritum ſine ejus conſenſu. Quon. Attach. c. 20. 2.
Uxor nihil poteſt vendere, vel dare de bonis mariti, ultra valorem quatuor denariorum. Quon. Attach. c. 21. 1.
Uxor nō poteſt eſſe plegia, neq; litigare in judicio pro viro ſuo. Quon. Att. c. 22
Uxor majoris ætatis excuſator propter minorem ætatem mariti, ne cogatur litigare ſuper hæreditate ſua. Quon. Att. c. 38. 3.
Uxorem alienam, cum bonis mariti receptans, tenetur furti. Quon. Att. c. 85. ſtat. 2. Rob. 1. c. 13.
Uxor debet obedire marito in omnibus quæ non ſunt contra Deū. lib. 2. c. 16. 15
Sed non tenetur illi obedire in criminibus atrocibus. ſtat. Wilh. c. 19. 8.
Uxor poteſt moderatè corrigi & caſtigari per maritum. ſtat. David. cap. 16. 2. leg. burg. c. 131.
Uxor dicens ſe eſſe gravidam poſt mortem mariti, debet diligenter cuſtodiri, ante partum & in partu. ſtat. 2. Rob. 1. c. 27.
Uxor burgenſis mortuo marito, habebit principalem Dominum. leg. burg. cap. 25. 2.
Uxor burgenſis qui plures habuit uxores, non morabitur in domo primi heredis, niſi per quadraginta dies poſt mortem mariti. leg. burg. cap. 26. vide Mulier.

W.

WARANTVS *rei in judicio petitæ, poteſt vocari per tenentem; dato ſcilicet plegio, de lite contra eum perſequenda, vt rem ſibi warantizet.* lib.1.c.15.5.9.

Uſq; ad quartum warantum, licet waranto vocare ſuum warantum. lib.1.c.2.3.lib.3.cap.13.1.

Quia tertius warantus debet reſpondere. Quon. Att. c.10.5.

Tenenti warantum vocanti, tria conceduntur Eſſonia, & totidem ipſi waranto. lib.3.c.15.10.

Et eodem modo circa eſſonia & juris ordinem, cum waranto, quarto die non cõparente agendum eſt, quo cum principali tenente. lib.1.c.21.5.

Verùm waranto non admittuntur Eſſonia, donec priùs comparuerit in Curia. ſtat.David.2.c.25.1.2.

Si quis vnus & ejuſdem rei plures habuerit warantos, eſt in ejus optione, vocare quem voluerit. ſtat.2.Rob.1.c.33.3.

Si quis vocatur in warantum, recuſat venire, cogendus eſt vt compareat, & de warantia reſpondeat. lib.1.c.15.13.

Nam Dominus waranti debet ipſum cogere, vt petenti eum in warantum vocanti reſpondeat. lib. 1. c.17.2.

Sub pœna centum vaccarum, quas ſi non habuerit, earum valorem ſolvit Regi: & warantus propter contumaciam ſuam, triplum rei reddet. lib.1.c.17.3.4.5.

Si warantus in Judicio compareat & fateatur rem petitam ſuam eſſe, hæc ejus confeſſio eximit tenentem liti, eumq; liberat:

Et ipſe warantus cogitur litem in ſe ſuſcipere & defendere contra petentem. lib. 1.c.15.7.

Et ſi warantus ſit minor, Charta ſui predeceſſoris debet ei oſtendi. ſtat. Wilh. cap. 28.

Et cùm ad ætatem pervenerit, poteſt petere reſtitutionem in integrum. ſtat. Wilh.c.29.

Mulier in querela de dote, poteſt vocare warantum dotis, id eſt, heredem mariti defuncti, qui in omni controverſia de dote vxoris vocari debet. lib. 2. cap. 16 36.45.54.lib.2.c.59.4.

Warantus maritagij [of tocher-gude] *poteſt vocari in petitione ejuſdem.* lib. 2. cap. 59. 2.

Warantus rei emtæ quæ dicitur eſſe furtiva, in jus vocatus, debet cauſſam in ſe ſuſcipere ſi fateatur rem ſuam eſſe: Sin autem negaverit, placitum erit inter ipſum & emtorem. lib.3.c.12.4.5.

Warantus rei furtivæ debet attachiari, donec legitimè probatum fuerit ſe rem emiſſe. lib. 3.c.13.3.

Warantus poteſt vocari pro equo qui dicitur eſſe furtivus. lib.4.c.20.1.

Warantus poteſt vocari in catallorum hamhaldatione. Quon. Att.c.10.2.

Warantus poteſt vocari in recognitione, vtrum terra ſit feudum an Vadium. lib. 3.c.35.8.

Et in Brevi de morte anteceſſoris ſtat. David. 2.c.22.1.

Sed in nova diſſaiſina non exſpectatur warantus, ſed ſi vocatus fuerit, tenetur reſpondere

reſpondere: Verùm qui eum vocavit, erit in miſericordia Regis. lib. 3. cap. 36. 4. ſtat. 1. Rob. 1. c. 13.

Minor vocatus in warantum, non tenetur reſpondere ante perfectam ætatem. Quon. Att. c. 90. 2.

Uxor majoris ætatis, habens virum minoris ætatis, poteſt vocari ad warantum; ſed non reſpondebit de hæreditate, quandiu vir eſt minor. Quon. Attach. cap. 38. 2. 3.

Si duæ ſorores vocentur ad warantiam, & una ſit minor, altera major; neutra reſpondebit, donec minor quoq; fuerit major. ſtat. 2. Rob. 1. c. 17.

Warantizationis, ſive evictionis nomine tenetur, qui terram donat pro ſervitio vel homagio. Nam hic titulus eſt oneroſus accipienti: Si quis ſine ſervitio vel homagio rem donat gratis, non tenetur warantizare, quia is titulus eſt lucrativus. lib. 2. c. 67. 2. *Venditor & ejus hæredes, tenentur warantizare rem venditam emtori & ejus hæredibus.* lib. 3. c. 11. 2.

Quia is titulus eſt oneroſus emtori, & generaliter hæredes donatorum, tenentur warantizare eorum donationes, ſive alienationes illis quibus facta ſunt. lib. 2. cap. 24.

Warantus in judicio convictus, & ad rem warantizandam condemnatus, itenetur ei qui illum vocavit ad competens excambium, & intereſſe, ſeu rei æſtimationem ſi res in judicio fuerit evicta. lib. 1. c. 15. 12. c. 21. 6.

Si pendente lite, warantus moritur, ejus hæres poteſt vocari. ſtat. 2. Rob. 1. c. 33

Si quis warantum ſuum invenire non poterit, debet rem calumniatam petenti reſtituere & actio illi reſervatur, contra ſuum warantum. lib. 1. c. 17. 9.

In Brevi de waranto ejus forma & proceſſus. Quon. Att. c. 55.

Qui vocatur in warantum non poteſt replegiari ab illa Curia, in qua vocatur ad aliam. Quon. Att. c. 10. 8.

Rex tenetur warantizare, terras datas per certas diviſas. Quon. Att. c. 78. 3.

Sacerdos vocatus in warantum non recipitur, niſi legitimè probaverit rem ſuam eſſe. lib. 1. c. 19. 1. 2.

Qui negligit vocare warantum ſuum tempeſtivè, rem petitam amittit, & actionem contra warantum. lib. 1. c. 22. 2.

Wardam *ſuarum terrarum omnes Barones conceſſerunt Malcolmo ejus nominis ſecundo.* leg. Malc. 2. c. 1.

Is qui habet wardam heredis, poteſt Eccleſias vacantes donare, & alia negotia heredis ſicut ſua diſponere, durante tempore wardæ. lib. 2. c. 45. 2. c. 42. 1. 3.

Hæredes minores feudi, ſunt in cuſtòdia Domini, donec fuerint perfectæ ætatis. lib. 2. c. 41. 1. c. 68. 1.

Mulier feudi militaris eſt in cuſtòdia Domini, donec fuerit perfectæ ætatis, nempe 14 annorum. Et ulteriùs donec nupſerit cum conſenſu Domini. lib. 2. c. 42. 2. c. 48. 2. c. 70. 1.

Qui habet wardam terrarum hæredis, non poteſt eas alienare ad remanentiam, licet alienare poſſit pro tempore wardæ. lib. 2. c. 42. 4.

warda terrarum tentarum, de pluribus Dominis, pertinet reſpectivè ad ſingulos Dominos: Sed cuſtòdia perſonæ hæredis, cum ejus maritagio pertinet ad antiquiorem Dominum. lib. 2. c. 44. 1. vid. Rex.

Si Dominus Capitalis ſit in cuſtòdia Regis, ratione wardæ; terræ de feudo militari ad Domini vaſallos pertinentes, erunt quoq; in cuſtòdia Regis, quia warda

vaſalli de feudo militari, ſequitur wardam Domini, & licitum eſt Regi, durante warda Domini, alienare terras vaſalli, ſed non ad remanentiam. Quon. Attach. cap. 18. 4.

warda terrarum non aufert mulieri dotem, ſeu rationabilem tertiam ſuam. ſtat. Alex. c. 9. vid. Dominus. vid. Cuſtodia.

Wayff *animal, vel pecus aberrans.* vid. Animal. vid. Haymhaldare.

Wreck *maris, quid ſit & ad quem pertineat.* ſtat. Alex. c. 25.

Digitized by Google

INDEX VERBORVM LATINORVM ET BARBARORVM, QVAE

passim in his libris explicantur. An. Annotationem.

M. Marginem. T. Textum indicat.

A

ADjournatus. ſtat. David. 2. c. 21. m.
Affidatio. lib. 2. cap. 48. m.
AEnea pars hæreditatis. ſt. 2. R. 1. c. 3. m.
AEtas in nuptiis. lib. 2. c. 17. an.
AEtates hominum tres. lib. 2. c. 41. an.
Acquietare vadium. lib. 3. cap. 3. m.
Amerciamentum. leg. Malc. 2. c. 8. an.
Αντιφερνή. lib. 2. c. 15. an.
Αντιγραφις. lib. 3. c. 5. an.
Arbitrium. lib. 2. cap. 2. t. cap. 9. t.
Arbiter. lib. 2. cap. 4. an. cap. 5. t.
Arbitrator, ibidem.
Arrieragium. Quon. Attach. cap. 46. m. ſtat. Rob. 3. cap. 14. m.
Aſcendentes. lib. 2. cap. 3. an.
Aſcriptitij ſervi. lib. 2. cap. 12. t. an. Quon. Att. cap. 56. an.
Aſſaſinium. leg. Mal. 2. c. 14. an.
Attachiamentum. Quon. att. cap. 1. t. an.
Averia. Quon. att. cap. 23. t. an. ſtat. 2. Rob. 1. c. 4. m.

B

BAllivus. lib. 2. c. 4. an.
Baro. lib. 1. c. 4. an. l. Mal. 2. c. 2. an.
Baſtardus filius. lib. 2. cap. 19. an.
Baur. lib. 4. c. 39. m.
Beneficium ordinis ſive excuſſionis. lib. 3. cap. 1. an.
Berefridum. ſtat. Gild. c. 28. m.
Bigamus. ſtat. Wilh. cap. 11. m.
Bolla. Aſſyſ. David. de ponder. & menſur. c. 2. t. ſtat. Rob. 3. cap. 22. t.
Bona patria. lib. 1. cap. 25. an.
Bondorum tres ſpecies. Quon. att. c. 56. t.
Borgh of haymhald. lib. 3. cap. 18. m.
Borgh foorthcummand. lib. 3. cap. 1. an.
Bothena. ſtat. Wilh. cap. 9. m.
Braſitrix leg. Burg. cap. 69. m.
Breve placitabile. Quon. att. c. 25. c. 49. an. ſtat. 1. Rob. 1. cap. 25. m.
Breve inquiſitionis. ſtat. Rob. 3. c. 2. an.
Broccarij. ſtat. Gild. cap. 27. m.
Burdingſeck. lib. 4. cap. 16. m.
Burlaw. lib. 4. cap. 39. m.

C

CAnis traſſans. lib. 4. cap. 42. an.
Capilmut, cabalmut, cattelmut. Quon. att. cap. 10. an.
Capitatio. ſtat. 2. Rob. 1. cap. 18. an.
Caſtellanus. leg. burg. cap. 49. m.
Carrucata terræ. lib. 2. cap. 16. m.
Charta. lib. 2. cap. 18. t. an.
Cathorius. Quon. att. c. 72. an.
Catouris. ſtat. David. 2. c. 52. an.
Cedere bonis. ſtat. Wilh. c. 17. m.
Centauri. lib. 1. cap. 30. an.
Champarte. ſtat. 1. Rob. 1. c. 22. an.
Chaudmelle. Malc. 2. c. 15. m.
Cindra. leg. foreſt. cap. 7. 7.
Clan. ſtat. Wilh. c. 27. an.

Digitized by Google

Clericus liberationis. l. Malc. 2. cap. 5. an.
Cognati. lib. 2. cap. 32. an.
Collistrigium. leg. burg. cap. 21. m.
Colpindach. leg. Malc. 2. cap. 7. an.
Comitatus. Quon. Att. cap. 48. m.
Componere. lib. 1. cap. 3. an.
Compositio. leg. Malc. 2. cap. 3. m.
Compurgatores. lib. 1. cap. 7. an.
Conjuratores. lib. 1. cap. 7. an.
Contumax. stat. Rob. 3. cap. 31. m.
Corps-presentis. lib. 2. cap. 36. m.
Cro. lib. 4. cap. 24. m.
Culreach. Quon. Att. cap. 8. m.
Curia. lib. 1. cap. 25. an.
Crux Clan-mack-duff. st. Wilh. c. 27. an.
Curialitas Scotiæ. lib. 2. cap. 58. t. m.

D

Dardanarij. stat. Gild. cap. 28. m.
Davata terræ. lib. 2. cap. 16. m. Quon. Att. c. 23. An.
Debitum. lib. 3. cap. 32. an.
Degradatio clericorum. lib. 2. cap. 13. m.
Dei judicium. lib. 4. cap. 3. t.
Descendentes. lib. 2. cap. 32. an.
Dirationare, disrationare. lib. 2. c. 12. m.
Disclamatio. lib. 2. cap. 63. An.
Dissaisina. lib. 3. cap. 3. an. stat. Alex. cap. 8. m.
Doli capax. lib. 1. cap. 30. an.
Domanium Regis. lib. 2. cap. 74. m.
Dominicum Regis. ibidem. t.
Domester. lib. 1. cap. 13. m.
Dominium. lib. 2. cap. 18. an.
Donatio. lib. 2. cap. 24. an.
Donatio propter nuptias. lib. 2. c. 15. an.
Dominus antiquior. lib. 2. cap. 44. an. cap. 61. t. an.
Dominus major. lib. 2. c. 69. m. c. 74. an. stat. 2. Rob. 1. c. 6. m.
Dos. lib. 2. cap. 16. t. cap. 18. t.
Dotalitium. lib. 2. cap. 15. an.
Downin dure. lib. 4. cap. 36. an.
Dowarie. lib. 2. cap. 15. an.

E

Edictum peremtorium. lib. 1. c. 7. an.
Ejectio. lib. 3. cap. 26. an.
Enach. lib. 2. cap. 12. t. lib. 4. c. 36. an.
Ειξδικτ κόν. lib. 2. c. 71. an.
Eremoditium. lib. 1. c. 8. an.
Escheta. quon. att. cap. 48. m.
Essonium. lib. 1. cap. 8. an.
Essonium de malo lecti. ibidem.
Estoverium. stat. 2, Rob. 1. cap. 22. m.
Evictio. lib. 1. cap. 15. an. cap. 67. an.
Exceptiones proponendi modus. lib. 1. cap. 11. an.
Exceptio omissæ denunciationis varantiæ. lib. 1, cap. 22. an.
Exceptio transactionis. lib. 1. cap. 27. an.
Executores testamentarij dativi. lib. 2. cap. 38. an.
Exemplatio instrumenti. Quon. att. cap. 55. an.
Exitus. lib. 2. cap. 22. m.
Extrinsecus. leg. burg. cap. 3. m.

F

Felonia. lib. 2. cap. 17. an.
Feriæ triplices. lib. 1. c. 6. lib. 2. c. 7, an
Feodum. leg. Malc. 2. c. 2.
Feudum Guardiæ. leg. Malc. 2. c. 2. an.
Feudum hauberticum. lib. 2. cap. 19. an. stat, 2. Rob. 1, cap. 28. an.
Feudum militare. lib. 2. cap. 19. an. c. 27. an. cap. 41. an. stat. 2. Rob. 1. cap. 28. an.
Feudum loricatum. stat. 2. R. 1. c. 28. an.

Filius

Digitized by Google

Filius poſt natus. lib. 2. cap. 22. an.
Finalis concordia. lib. 1. cap. 27. t.
Forinſecus. Iter. Camer. cap. 2. m.
Forethocht felonie. lib. 1. cap. 4. an. leg. Malc. 2. cap. 15. m.
Foriſfactum. leg. burg. cap. 42. m.
Foriſfamiliari. lib. 2. cap. 33. t. m.
Foſſa. lib. 1. cap. 4. an.
Fratres conſanguinei. lib. 2. cap. 31. an.
Fructus pendentes conſumti. l. 1. c. 13. an.
Furca lib. 1. cap. 4. an.
Furioſus. lib. 1. c. 3[illegible] an. lib. 2. cap. 46. an.
Furtum non manifeſtum. lib. 4. c. 21. m.

G

Galnes. lib. 4. cap. 24. t. an.
Gardi[illegible]gardia. leg. Malc. 2. c. 1. an.
Gardrobe. ibidem.
Gelt. lib 4. cap. 19. an.
Gilda. ſtat. Gild. cap. 1. m.
Gradus æquales. Inæquales. l. 2. c. 32. an.
Grangia. ſtat. 1. Rob. 1. cap. 1. m.
Grex. leg. Foreſt. cap. 4. m.
Guarent. lib. 1. cap. 15. an.
Guarenter. leg. Malc. 2. cap. 1. an.
Guardia Eccleſiæ. ibidem.

H

Habere ſequelam. leg. Mal. 2. c. 14. an
Hæres apparens. lib. 2. cap. 22. an.
Hariotum. Quon. Att. cap. 23. an.
Habergeon. ſtat. 2. Rob. 1. cap. 28. an.
Haym, haymſucken. lib. 4. cap. 9. an.
Hamehaldare. Quon. Att. cap. 10. m.
Herre, here, herrezalda. Qu. att. c. 23. an.
Hippocentaurus. lib. 1. cap. 30. an.
Homagium ligium. lib. 2. cap. 61. an. t.
Homagium non ligium. lib. 2. cap. 62. an. t. cap. 65. an.
Homo. leg. Malc. 2. cap. 1. an.
Hominium. ibidem.
Homo amerciatus. leg. Malc. 2. cap. 3. an
Homo venditus. ibidem.
Horarum computatio. leg. burg. c. 71. an.
Hueſium. ſtat. 2 Rob. 1. cap. 21. m.

I

IN continenti. ſtat. David 2. cap. 3. m.
Indictamentum. l. 1. c. 2. an. l. 4. c. 5. an.
Indorſatio. lib. 1. c. 6. an.
Inducie deliberatorie. lib. 1. c. 11. t. an.
Infamia. ſtat. Wilh. cap. 11. m.
Infang-thief. lib. 1. cap. 4. an.
Infeofamentum publicum, privatum. leg Malc. 2. cap. 1 an.
Jocalia vxoris. Quon. Att cap. 22. t. an.
In rem præſentem venire. lib. 1. c. 9. an.
Jugatio. ſtat 2. Rob. 1. cap. 18. an.
Jus accreſcendi. lib. 2. cap. 28. an.
Jus retractus. leg. burg. c. 45. m.

K

KElchen. lib. 4. cap. 38. an.

L

LAgena. ſtat. Rob. 3. cap. 22. t.
Laiſne. ſtat. 2. Rob. 1. c. 3. m.
Languor. lib. 1. c. 8. an.
Legem facere. lib. 2. cap. 12. m.
Leuca. leg. Malc. 2. cap. 6. an.
Lex paribilis. lib. 4. cap. 1. an.
Libellus. lib. 1. cap. 10. an.
Liberalis cauſſa. lib. 2. c. 6. an. cap. 11. an.

Libra

Digitized by Google

*Proportatio patriæ.*quon.att.cap.68.m
ſtat.Alex.cap.5 m.
*Prorogatio diei in compromiſſo.*lib.2.cap
7.an.cap.10.an.
Proxeneta. ſtat. Gild. cap. 27 .m.
Putagium. lib.2.cap.49. an.m.
Pupillus. lib. 1. cap. 30.
Purgatio. lib. 1. cap. 7. an.
Purweyouris. ſtat. David. 2. 25.an.

Q

*Quarentena viduarum.*ſtat. Rob. 3.
cap. 20. an.
*Queſtio ſtatus.*lib.2.cap. 11.t.
Quota litis. ſtat. 1. Rob. 1. cap. 22. an.

R

Rachetum. ſtat. 1. Rob. 1. cap. 3. m.
Recordum curiæ. lib. 3. cap. 23. an.
*Rectatus.*leg. burg cap.80.m.
Regratarij. ſtat. Gild. cap.28.m.
*Relevium*leg.Malc.2.c.1.a.l.2.c.71.an.
*Reliqua, reliquatores.*Quon.Attach.c.
46. m. ſtat. Rob. 3.cap.14.
Remiſſio. leg.Malc. Mack.c.2.a.c.12.a.
Replegiare terram. ſtat. 2. Rob. 1. cap.
16. m. t.
Repreſentationis jus. lib. 2. cap. 23.an.
Reſpectus lib. 4. cap. 20.m.
Reſtitutio felonis leg.Malc.2.cap.12.an
Reſſeantiſa. lib. 1. cap. 8. t. an.
*Retornatio.*ſtat.Rob.3.cap.2. an.

S

Sacca, ſacha. lib. 1. cap. 4. an.
Saccus lanæ. ſtat.David.2.cap.39.m.
Sacramentales. lib. 1. cap. 7. an.
Saiſina. lib.3.cap. 36.an.
Sede vacante. ſtat.2 Rob. 1. cap. 7. an.
*Serjanteria.*lib.2.cap.71.an.ſtat.2.Rob.
1. cap. 7 an.
*Servientes.*Quon. Att. cap.59 m.
*Servitium aſſiſæ affirmativum, negati-
vum.* lib.2. cap. 13. an.
*Servitium militare.*ſtat. 2.Rob.1.c.7. a.
Setterdayes ſlop. ſtat. Alex. cap. 16. m.
Soccagium. lib. 2. cap. 71.an.
Soccomannus. lib. 2. cap. 19. an.
*Soccus.*lib. 1. cap. 4. an.
Sorores conſanguineæ. lib. 2. cap. 31. an.
Spolium, ſpoliatio. lib. 3. cap. 36. an.
*Stallangiator.*leg. burg. cap. 40.m.
Sterlingus. ſtat. Rob. 3.cap. 22.t.
Stipulatio. lib. 1.cap. 28. an.
*Succeſſio in capita & in ſtirpes.*l.2.c.32.a.
*Summonitio.*Quon.Att.cap.2.t.

T

Taſſa. leg. Malc. 2.cap.3.4.
*Templarij.*lib. 3.cap.18.m.
Tenementum. ſtat.Wilh.cap.4.m.lib.2.
cap. 74. m.an.
*Tenere.*lib. 3.cap. 11.an.
Tenens. lib.2.cap.2.t.
*Thanus.*lib.4.cap.31.an.
Thieft-bute. ſtat.Rob. 1.cap.9.m.
Titulus lucrativus & oneroſus. lib. 1.
cap. 10. an.
Tol,toill. lib. 1. cap. 4.an.
Torralium. leg.burg.cap.54.an.
*Toſchoderach.*lib. 1. cap. 6.an.
*Tracer,traſer.*lib.4.cap.32.an.
Treuga. lib. 1, cap. 1. an.

V

Vadiare duellum. lib. 3. cap. 23. an.
Vadiare legem. lib. 3. cap. 1. an.
Vadium. lib. 3. cap. 2. an.
Vaga. ſtat. Rob. 3. cap. 22. t.
Ver, vergelt. lib. 4. cap. 19. an.
Veuta terræ. lib. 1. cap. 9. an.
Vicinetum. lib. 1. cap. 1. an.
Vicinitas. Quon. At. cap. 82. m.
Vlna. ſtat. Rob. 3. cap. 22. t.
Vltimus hæres. lib. 2. cap. 55. t. an.
Vncia. ſtat. Rob. 1. cap. 22. t.
Vnlauch & wrang. ſtat. Rob. 1. cap. 17. vide cauſſæ. Quon. Att. cap. 1. m. cap. 4. m. leg Malc. 2. cap. 8. an.
Voiſinetum. lib. 1. cap. 1. an.

W

Wapinſchaw. ſtat. Wilh. cap. 23. t.
Warda. leg. Malc. 2. cap. 2. an.
Warantus. lib. 1. cap. 15. an. 2. c. 48. a.
Wrang, Quon. Att. cap. 1. m. leg. Mal. 2. cap. 8. an.
Wrectum maris. ſtat. Alex. cap, 25. t.

Y

Yburpananſeca. lib. 4. cap. 16.

☞ AMPLIOREM HORVM, Aliorumque verborum explicationem, petat qui volet, ex tractatu de Verborum ſignificatione, qui ante annos aliquot a me ſcriptus, ſeorſim excuſus eſt.

ΤΩ ΘΕΩ ΔΟΞΑ.

COMMISSA ET OMISSA.

C. caput. Ver. verſum. L. lineam. T. textum. M. marginem. An. Annotationes indicant.

Leg Malc 2.	C. 8. verſ. 7. T. l. 1, *Quod militet.* ver. 8. An. lin. 1. *communes.*
Lib. 1.	C 7 An. ver. 15. l. 2. *vel* poteſt. ver. 18 An. l. 2. *non* poteſt C 8. T. ver 29. l. 1. debet *dari*, ver. 3. An. l. 4. *ſonticus*. ver. 32. l. vlt. *deſerunt*. C. 15. An l. 14. *ſimplum* pretium. C. 12. ver. 6. An. l. 2. *an* aſſiſa.
Lib 2.	C 24 An. l. 3. *donatori*. C. 46. T. ver. 1 l. 3. *deſtructione*. C. 41. ver. 5. T. l. 3. cùm *numos*. C. 54. M. l. 5. Deut. 23.
Lib. 3.	C. 1. ver. 18. An. l. 6. *in* cauſſia. C. 16. An. ver. 4. l. 1. Quin *autem.*
Lib. 4.	C. 14. M. ver. 21. l. *indicat* C. 23. T. ver. 21 3. cum *alio*. C 35. An. l. 3 *peregrinam*
Quon. Attach.	C. 1 An. l. 6 *venire*. C. 6 An. l. 3 ipſi *ſuis*. C. 17 M. l. 3 *promittet*. C. 48 M. l. 6. *dominum*. C. 57. M. l. 5. de *morte*. C. 68. m. l. 3 *judicem.*
Leg. Burg.	C. 67 T. ver. 3 l. 3 *Quinam*. C. 70 T. ver. 41. 2. *habeant*
Stat. Gild.	C. 6 T. l. pen. *aut mutilaverit*. ſecundum. C. 21 l. pen. *alterius.*
Iter Cam.	C. 8 T. ver. 9. l. 2. *ſeabello*. C. 19 ver. 27 l. 1 de *piſtoribus.*
Stat. Wilbel.	C. 1 An. l. 6 Chriſti 1165. c. 3 T. ver. 1. l. 2. judices *illius provincia*
Stat. Alex. 2	C. 9 T. l. 7. ipſam *E.* non. C. 15 M. ver. 5 *cum* rex. C. 24 T. ver 61 3 *juribus.*
Stat. Rob. 1.	C. 4 T. ver. 1. l. 4 *indictatus*. C. 1. T. ver. 21. 1. aſcendendo *vel deſcendendo*. C. ver. 3. T. l. 2. *ſine* plus.
Stat. 2 Rob. 1.	C. 1 T. ver. 8. l. 5 *poſſeſſorem*. An. ver. 12. l. 5 cùm *ad illos*. C. 14 t. l. 3 *abducta* fuit.
Stat. Rob. 3.	C 21. T. ver. 1 l. 2. qui *eſt*. c. 33 T. ver. 2. l. 1. *comitatibus*

Omnes l. ſunt terniones præter F f. in primo. & T. V. in ſecundo Vol.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google